



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

De Anima. Lib. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)



# HIERONYMI DANDINI

Cæsenatis, è Societate Iesu.

## IN TRES ARISTOTELIS LIBROS

de Anima Commentarij.

### PRÆFATIO.



**V**ICINQUE Philosophia sacris initiandus sit, eum in 7. de Repub. libro voluit omnino Philosophia  
 Plato ad laboris alacritatem atque constantiam non esse claudum, dimidiaque parte laboris studiosus  
 amantem, & laborem dimidia fugitantem. Diximus pro ratione instituti nostri in superiori-  
 bus libris accuratè satis de organici corporis constitutione: dicendum & de anima, cui tam  
 præclarum subiectum ac domicilium tamque admirabile organum preparatur, ut diuinius ni-  
 hil aut admirabilius inter corpora reperitur. Prior laboris nostri pars ea ferè quàm breuissi-  
 me comprehendit, quæ in libris de partibus æque incessu animalium Philosophus tradidit. Po-  
 sterior hæc diligentem faciet interpretationem eorum, quæ tribus de animalibus idem ipse  
 Aristoteles, nescio an breuitate an sapientia maiori, complexus est. Nam, ut verè Themistius loquitur, cum pleraque  
 omnia illius scripta eiusmodi sint, ut dominari præstantiam hominis facile possis, nulla tamen est cõmentatio, in qua ille  
 perinde ingenij sui vim atque sublimitatem ostenderit, atque in ea, quæ anima rationem continet. Sive namque multi-  
 tudinem questionum querat, sive rerum pulcherrimam copiam, sive doctrinæ subtilitatem & ubertatem, eiusmodi sunt  
 eius libri de anima, ut vni illi homini omnia, quæ ad hoc genus pertinent, innumerata fuisse constitisseque videtur.  
 Quod ante Themistium Alexander quoque paucioribus licet verbis confirmauit.

Duos porro interpretis officij partes Simplicius fecit. Prima ad Aristotelis dictionum ac Verborum expositionem  
 pertinet. Altera ad res ipsas, quæ dicuntur, examinandas. Themistius autem tria complecti priorem partem voluit.  
 Nam & inuoluta atque obscura aperire debet interpret atque illustrare dicendo: & illustrata simpliciter ad verbum  
 transcribere, quid enim opus inanis verbis augere volumina, detinerèque ac fatigare lectorem? Ac demum ea, quæ  
 breuiter & concise nimis adstricta sunt, planius ac fusius explicare, atque (ut Galenus loquitur ad initium 3. Apho-  
 rismorum libri) singulis demonstrationem apponere. Dum autem posteriorem exequimur, atque ambigua & contro-  
 uersa dissoluimus, cauendum est magnopere, ne non tam suscepti muneris ac veritatis, quam inanis ostentationis studio  
 elucamur ad ea, quæ non tam graui Philosopho, quam vano ac leui Sophista conueniant, dumq. tenebras rebus addunt,  
 non ad sapientiam deducant, sed ab ea retrahant atque abducant. Venique mihi in mentem cum Galeno in libro de  
 præcognitione ad Posthumum cap. 1. non iam medicorum, sed quorundam nostri temporis Philosophorum conditionem  
 deplorare, qui videri malint, quam esse, eaq. in pretio habeant, quibus parum alliciant, partim in stuporem adducant  
 hominis, qui verum de rebus ferre iudicium nesciunt. Ita subtilibus iam questionibus ac ræque excogitatis argumen-  
 tationibus perstreperunt scholæ commentarij redundantes.

Mihi veteres peripateticos & sentiendo sectari, & imitari scribendo, quantum fieri poterit, propositum est. Atque  
 in eorum, quæ ad animæ cognitionem spectant, explicatione Aristotelis præsertim sententiam fideliter primùm Latinum  
 & diuina conuertere, verbum verbo reddendo: dein de planis eam ac dilucidis commentarijs coplecti & illustrare: tum  
 verò de aliquibus, non tam contentiose disputando, quam (quod desiderabant Simplicius ac Themistius) ea examinan-  
 do paulo copiosius interdum dispreddendo differere.

Sunt verò qui translationis huius subiectum velant esse animatum corpus vniuersum, aut certè animal. Verum Gre-  
 ci omnes interpretes solam agnoscunt animam. Aristotelis mens, inquit Simplicius, aperte patet, quod de anima agere  
 ac loqui velit. Non solum enim hunc libris præfixit titulum, sed statim etiam agendum de illa proposuit. Librumque  
 exordians de sensu & sensibilibus, egisse se aut de anima: & in priore de interpretatione libro cap. 1. libros citat de anima.  
 Neque aliud omnino agit in tractatione tota. Namque in 1. lib. veterum Philosophorum de anima opiniones exami-  
 nat, in altero statuit suam, tum de animæ vniuersæ naturâ, tum in specie de vegetante & sentiente illarumque facultati-  
 bus: atque in tertio demum ea comprehendit, quæ ad intelligentem pertinent. Itaque perfectam nullam & absolutam  
 naturalis Philosophiæ partem faciunt hi libri: sed ut anima dimidiatum ens est & alterius paris, ita hæc illius cogni-  
 tio pars est illius, quæ de toto est animato corpore. Quam ob causam Philosophus in extremo quarto meteororum libro  
 proponens ea, quæ deinceps explicanda supererant, nequaquam commemorauit animam, sed animalia duntaxat & pluri-  
 tas, entia perfecta Animalium autem cognitio tribus partibus continetur. Cognitione inquam corporis, ut materia ac  
 subiecti; anime, ut formæ, & proprietatum atque operationum illius. Prima libris de partibus & incessu animalium  
 continetur, altera libris huius de anima, tertia reliquis omnibus, qui ad animalia spectant. In his igitur de anima agi-  
 tur ut animalium pars est & forma.



HIERONYMI DANDINI  
Cæfenatis, è Societate Iesu.

IN I. ARISTOTELIS DE ANIMA  
Librum Commentarij.

TOTIVS OPERIS PROEMIVM.

CAPVT PRIMVS.

Τὸν καλλῶν ἡμῶν πῶς ἴδμεν ὀπταμὲν ἄλλοις, μάλλον δὲ  
ἐπεὶ ἐπιτελεῖ, ἢ καὶ ἀκελεῖαι ἢ τὰ βελτιώσασθαι ἐπιμαρτυροῦν  
πρὸς τὸν δὲ ἀμφοτέρωθεν τὴν αἰσθητικὴν φύσιν ἵσχυρὰ βελτιώσασθαι  
δὲ ἀπὸ τῆς πνευματικῆς.

Tex. i. Præclarorum atque honorabilium cognitionem existimantes, aliam autem aliam magis, aut propter accuratiorem, aut quòd meliorum & magis admirabilem sit: propter hæc utraque historiam de anima rationi sanè consentaneam inter primas posuerimus.

COMMENTARIVS I.

Proemij  
huius ar-  
tificium.

Enerale hoc est totius operis proemiũ.  
Quod aded præclarum est atque tanta  
constans, vt omnia in eo rethoris mune-  
ra pulchrè obijisse Philosophum dixeris.  
Proposita namque rei, de qua dicturus est, nobilitate ac præstantia, beneuolum Lectorem facit, addita vtilitate methodòque seruanda, docilem; ac demùm subiecta difficultate, attentum. At si verum est illud Themistij, de cæteris quidem rebus optimè illum atque admirabiliter, sed de anima multò magis scripsisse: æquum nimirum fuerit præclarissimæ tractationis politum maximè atque artificiosum esse proemium. Cùm præsertim aliæ non deessent causæ. Nam & optimum omnium formarum genus est anima, ab alijs seorsim & accuratè tractandum. Et plurima fuerat maximè que incerta inter veteres de anima disputatio. Neque ante ea tempora permissum Philosophis fuerat liberè de rebus diuinis atque aded de anima loqui: nouamque is quasi sciẽtiam traditurus præmittere proemium debuit; quo non solum ea, quæ tractationi huic necessaria videbantur, sed illius quoque difficultatem, præstantiam, ac necessitatem exponeret; quibus ad nouam quasi sciẽtiam amplectendam allicerentur lectorum animi. Dum enim cognitionis hoc genus cõmendat & laudat, exhortationem simul ad illud capessendum facit. At mox difficultatem subiungens, desides atq. ignauos deterret & abigit, studiosos ac generosos excitat atq. ad inquirendum inflammat. Nam etsi non omni ex parte assequaris quod quæris, in præclaris tamen & ar-

duis rebus tentasse satis; & quantuncunq. inuenieris, multum est plurimũq. delectat. Res etenim superiores, vt est in 1. lib. de part. anim. cap. 5. effi- leuiter attingere possumus, tamen ob eius cognoscendi generis excellentiam amplius oblectamur, quàm cum nobis iuncta omnia tenemus: amataq. puella adiungit Philosophus exemplum. Simul etiam facilem sibi veniam à lectoribus impetrandam præparat, si minus fortasse pro dignitate de anima dixisse videbitur. Quicumque enim ita iudicauerit, animam cognitu perdifficilem esse meminerit: de qua si pauca, modò rectè & accommodatè dicantur, omnino multum sit.

Principio igitur à laudibus & commendatione præfatur: quod familiare illi fuisse obseruat Philoponus. Nam librorũ quoq. Metaph. eiusmodi exordium est; Omnes homines natura scire desiderant; signum autem est sensum dilectio. Porro ex duabus propositionibus totam hanc cõmendationem instruit. Altera est, cognitionem omnem præclaram rem esse & honore dignam. Altera cognitionem vnã alteri duplici præstare nomine: aut quòd accuratè magis & exactè tractetur certiorè sit: aut quòd melius admirabiliũq. obiectum cõplectatur. Prior hypothesis potius quedam est. Posterior argumetationis propositio. Cui hanc subijcias assumptionem; at animæ cognitio optimi est admirabilissimiq. obiecti: qua Philosophus consueto vnus cõpendio prætermista, eam colligit inter primas collocandam esse. Poteris & duas facere argumentationes; si priori quoq. hypothesis assumptionem hãc addideris; At de anima cognitio quedam parari potest; hancq. præclaram & honore dignam esse cõfoceris. Tum verò cognitionem eam magis cõmendans, argumentatione altera inter primas quoque habendam esse ostenderis.

Àn verò propositionem eam (In eorũ numero, quæ præclara sunt & honore digna, cognitione habendam esse) acceperit à Platone, an ex seipso pronunciauerit Philosophus, non facile dixerim. Quippe in Amatoribus Philosophiam Plato καλὸν & ἀγαθὸν quidpiam esse affirmauerat: & in Prothogora sciẽtiam & sapientiam καλὸν & κερδοῦσαν rerum omnium humanarum; nilque sciẽtia melius esse; & in Philebo summum bonum esse sapere, intelligere,

gere, meminisse, scientiamque maius bonum, quam voluptatem, esse: & inter cetera; Nemo, inquit, neque vera neque per somnium, mentem aut sapientiam turpem aut vidit aut cogitavit unquam; aut fuisse, aut esse, aut futuram esse. Itaque quod Philosophus dixit καλόν, præclarum potius, quam bonorum interpretetur: tum quia id magis proprie significat: tum quia καλόν, & ἀγαθόν seu κρείττον Plato distinxit, atque καλόν ἀγαθόν oppoluit, non καλόν, turpe inquam, non malum.

Sanè cognitio nostra, si ad obiectum referatur, cuius cognitio est, vera. Dicitur aut falsa, ut illi conformis fuerit aut non conformis. At si ad subiectum, bona semper est, nunquam mala; præclara semper & pulchra, turpis nunquam. Nam et si mali obiecti fuerit, bona tamen est, præclara & pulchra, ut confirmat Philoponus: quoniam conveniens intellectui perfectio. Hoc etenim voluntati præstat intellectus; quod voluntas ab obiecto volito trahitur similisque illi euadit, & obiecti boni volitio bona est, malique mala. At intellectus cognoscendo ad se potius obiectum trahit, resque cognitatas in se transformat: quare siue ea bona sunt siue mala, cognitio in intellectu semper est bona; neque malitiam, sed entitatem solam accipit ab obiecto. Et Mathematica quoque discipline, quæ ratione obiecti intentio Metaph. lib. text. 3. abstrahere dicuntur à bono, quoniam abstrahunt ab ente; per ordinem tamen ad subiectum bona sunt, quia entitatem & perfectionem intellectui addunt. Aliam quoque moralem ex Platone rationem Philoponus adfert, cur cognitio mali sit bona; quippe nos à malo fugere facit: sicut ignoratio boni causa est ut illud non procuremus; quin potius incidamus in malum et si bona quinque interdum ignoracionem esse, in Alcibiade 2. ratio inicitur Socrates.

Ceterum, si ad bonum, solam veram & proprie dictam scientiam significare Simplicius credidit. Et cum duplex sit bonum; vnum propter se seque ipso expetendum; bonum inquam honestum, cuius est amicitia amor: alterum, quod ad alterius acquisitionem cõfert, concupiscentiaque amore tanquam alteri vile medium quaritur: sunt qui primò bonorum genus honorabile dicant, alterum laudabile: & ideo cognitionem, quam Philosophus & bonam dixit & honorabilem, solam esse theoreticam, quæ tanquam finis & honorabilis propter se expetitur. Honor quippe nil aliud est quam testimonium, quod aut voce, aut signo, aut opere, de re quapiam honesta exhibetur.

At statim quasi cognitiones omnes complectens, eas adiungit præclaras magis esse & honorabiles, quæ aut accuratè magis traduntur, aut meliores & admirabiliorum obiectorum sunt. Atque non idem esse ἀδύνατον & ἀνίατον, ex præmio librorum physicorum (quoniam inquit cognoscere & scire) ostendit Philoponus; & in illius loci commentario fertur cum Alexandro Simplicius cognitionem latius patere velut scientiæ genus, quod sensu quoque cognitionem comprehendere ostendit ex præmio Metaph. Deinde moralis quoque & practica quævis cognitio est intellectus perfectio, bona & honorabilis: nec philosophos modo, sed & medicos & Iurisperitos, quorum cognitio siue ad sanitatem, siue ad humanam gubernationem refertur; immò & artifices in arte quavis præstantes ac præsertim architectonicos, plurimùm honoramus. Et omnino cognitio quævis intellectui bona est & honore dit

agna; quod qui eam habet, ceteris antecellat: & verò in eo, quod omnium præstantissimum est; nec ræpe in intellectu: ideoque ab omnibus tanquam superior habeatur, quod nil aliud est quam honorare aut certè honore dignum esse agnoscere.

Itaque bonum & honorabile subiecto idem sunt, ratione solum differunt. Quod & adnotavit Simplicius. Sed bonum ad voluntatis amorem retulit, ubi de intellectu cognitione utriusque à Philosopho affirmatur. Ut enim cognitio est intellectus perfectio, bonam eam dicimus, ut autem excellens perfectio præstantisque bonum, honorabile. Vnde exordium illud lib. Metaph. Omnis homo natura scire desiderat, nimirum ut eximium illud & præstant bonum cõsequatur, quo ceteris hominibus antecellat. Sanè Plato tum pulchra & bonam, tum honorabilem & amabilem Philosophiam omnem ac scientiam dixit. Sed Philosophus noster pulchram maluit & honorabilem dicere, quod bonum & amabile ad voluntatem potius referatur, pulchrum & honorabile ad intellectum. Bonum namque cõuenientiam significat, pulchrum proportionem, ordinem, ac dispositionem partium aut proportionum. Quippe μετρίτης & ἑπιμετρίας, moderatio in qua & proportio, inquit in Philebo Plato, pulchritudo est: in corpore quidem moderatio & proportio partium, quæ cõuenientem quantitatem, & figuram, proportionem; ac dispositionem habeant, cum quadam etiam coloris suavitate: in animo autem spiritualibus, substantijs, proportio & ordo perfectionum, tum essentialium, tum accidentalium. Bonum ad appetitum & voluntatem spectat, cuius proprium est id querere, quod naturæ cõueniat. Pulchrum ad intellectum, qui proportionem & ordinem cognoscit. Ita bonum appetunt cuncta, pulchrum ea sola, quæ cognoscendi prædita sunt. Latiusque patet bonum quam pulchrum, quod in mente duntaxat cognitricæ facultate bonum est, dum eam intellectu bono cõplet. Propterea bonum vim in pulchri naturam se transferre, pulchritudinemque bonam faciem esse, idem in quibusdam Plato. Et rursus in Cratyllo, Pulchrum boni splendorem esse fulgentem in his, quæ sensibus aut mente percipiuntur: neque rebus cunctis, sed cognoscentibus duntaxat sese insinuare.

Quamquam ego καλόν hoc loco non tam pulchrum proprie nominatum, quæ præclarum significare dixerim, Philosophique sententiæ esse, cognitionem esse præclaram quandam rem & honorabilem. Quæ modo modum & in text. 51. lib. 12. Metaph. cum de intellectu primi intellectu ageret, utramque, hæc rursus cõiunxit voce, & καλόν acceptione hac nominavit. Primum enim inquit, ἴσθι, τὸ νοῦν τὸ ἡμῶν αὐτῶν ἔστι, hoc est, & eo quod intelligit, honorabile ipsi inicit. Deinde quarit, num ad intellectus dignitatem cõferat quidquam intelligere τὸ καλόν, præclarum quiddam & præstant obiectum, aut quod cõm obiectum & sordidum. Tum verò apertius declaratans quid hæc vox significet, primum intellectum respondet τὸ θεῖον καλόν ἢ ἀγαθόν, id, quod diuinissimum atque honorabilissimum est, intelligere. Itaque præclarum, eximium & diuinum significabit καλόν. Quod si eo mox loco quedam dixit satis esse non videre, de primi intellectus cognitione loquebatur, non ut cognitio est (sic enim omnis cognitio præstant est & bona) sed ut ad obiectum terminatur: diuinumque intellectum voluit quæcumque intelligit, seipsum intuetudo intelligere; non ex rebus ipsis extra se positis cognitionem suam accipere. Hoc enim vile & abiectum

Bonum & honorabile ut differat.

Bonum & pulchrum ut differat.

Exponitur locus ex 12. Metaph.

Mali quæque cognitionem esse bonam.

Id est bonum Aristotelis quid.

Honor quid.

Cognitionem omnem bonam esse.

Cognitionem omnem præstantem esse.

supremāq. mente indignū iure optimo videbatur. Verū alteram quoq. Philosophi propositionem consideremus.

TEXTVS.

Aliam autem alia magis, aut propter accuratorem, aut quod meliorum ē magis admirabilem sit.

COMMENTARIVS II.

Utm meliorum & magis admirabilem legit Philoponus, alterum dixit ex rei natura peti, alterū ex iudicio nostro. Non ineptē profus. Verū tamen per ordinem & comparationem ad iudicium, quam ex iudicio dixisset. Quippe obiectū ipsum per se naturāq. sua admirabilitatem habet & eiusmodi est, vt admirationem valeat excitare.

Vocem autem illam (ἀκρίβεια) penē omnes certitudinem interpretari video, duplicemq. rationem, qua cognitionē vnā prestare alteri ait Philosophus, aut certitudinem demonstrationū, & obiecti præstantiam exponere, vt Themestium, Auerroem, ac ferē Latinos: aut cognitā rei tum nobilitatem tum certitudinem; vt Simplicium ac Philoponum. Mathematicarum disciplinarum exemplo videntur omnes. Geometrica namq. certitudine præstat Astronomia: at hæc meliorū est, dum cœleste corpus cōsiderat. Philoponus tamen Astronomia ac Medicinæ cōparatione vsus, tum obiecti dignitate, tum certitudine huic illam antepōnit. Quod an verē sit omni ex parte pronuntiatum, non est huius loci examinare. Sed vt cœleste corpus incorruptibilitate atq. agendi virtute præter humano; substantia tamen & natura non dixerim ego inanimatum corpus melius esse viuente, aut simplex & inorganicum misto atq. organico tam admirabili arte ad tam multas tamq. admirabiles operationes exequendas formato præstare. Accōmodatē magis Geometriam Mechanicā, & Arithmeticam, Musicā, vtroque nomine antepōnit adde & Geometriam opticā. Nam inferiores hæc cognitiones propterea sunt, quōd & obiectū & principia demonstrandi à superioribus accipiāt atq. ad peculiarem quandam ac sibi propriam rationem contrahant.

Sanē scientiarum dignitatem ac præstantiam ex obiecto iudicare oportet; certitudinem autem ex medijs ac demonstratiōibus, quibus singulæ comparantur. Scientia namq. & vt cognitio quædā est consideratur, & vt demonstratiōnis effectus, & vt habitus & qualitas in intellectu. Philosophus verō scientiarum cōparationem hoc loco faciēs earum subiectum commemorandū cōsuiit: tum quōd cōmune illud omnibus est, vt habitus sint intellectus: tum quōd subiectū ad scientiam se habet vt potestas ad actum; neq. actus nobilitas ex potestate, sed contrā potestatis potius dignitas ex actus præstantia deriuatur. Obiectū & demonstratiōnes acceperit, quoniā vt facultates ex actionibus, sic actiones ex obiectis naturam & distinctionem habent: cognitio nūq. cuiusq. vis aut imbecillitas ex medio, quo ea paratur, planē proficiscitur. Pluribus hæc tractare alterius loci est, nec pariter commentarij ratio.

Illud prætermittendum non est, ἀκρίβεια, si propriē & accuratē loqui velis, non certitudinem, sed accuratorem, accuratam inquam & exactam cognitionem significare; quod ex pluribus alijs locis manifestum est. quemadmodū in c. i. lib. i. Analyticorum priorum; quid propositio & quomodo

Geometria, Astronomia præstare.

Astronomia ac Medicina præstare.

Dignitas, & certitudo scientiarum vnde.

ἀκρίβεια, quid.

differat, ἀκρίβεια; in sequentibus dicitur. Et in secundo lib. Metaph. tex. 15. quidam, inquit, ἀκρίβεια, ὅτι ἡ νομίη ἀκρίβεια: illi accuratē omnia, hoc accuratioris tædet. Non esse autem idem certitudinem & accuratorem certum est. Tum quia certitudo firmitas assensus est; & accuratio, diligens, perfectā & minuta eorum omnium, quæ ad rem eam pertinent inuestigatio. Tum quia sensus cognitio certissima est, at accurata minus & exacta; siquidem imperfecta; cū nullius rei naturam & causam assequatur. Cognitio quoq. fidei Christianæ nostræ, quæ diuina nititur autoritate, certissima nimirum est; at accurata & exacta non item, quoniam obscuritatem habet.

Denique ex ca. 5. lib. 1. de part. anim. peti potest totius huius propositionis interpretatio. Duplici namque substantiarum distincto genere, quarum quædam immateriales sunt & immortales à sensibus nostris remotæ; alia materiales, caduca & sensibiles: ἀκρίβεια, inquit, ἢ πῶς ἀκρίβεια; ἢ ἡ ἀκρίβεια ἢ ἡ ἀκρίβεια; hoc est priorum cognitio præstantior quidem est ratione obiecti, quod diuinum est & honorabile; at minus accurata & exacta, quōd eorum, quæ ad illas pertinent, sensibus, quibus ad intelligendum ducimur, per pauca comprehenduntur. At quamvis illas ἢ μικρὸν ἀκρίβεια, propter rerum tamen præstantiam hæc quantulumque cognitio amplius nos oblectat, quàm si posteriores cunctas noscamus; quemadmodum vel minimam amatæ puellæ partem vidisse, iucundius est, quàm alia multa & magna si ἀκρίβεια, hoc est exactē & per omnes partes id est. Posteriores substantias, quæ cum sensibus coniunctæ sunt, nosse vberius possumus; atque hoc nomine, ἢ πῶς ἀκρίβεια, ἢ πῶς ἀκρίβεια, ἢ πῶς ἀκρίβεια, excellere illarum cognitio videtur. Nimirum hoc loco Philosophus apertius ac pluribus explicauit, quid illud sit (scientiam vnā præstare alteri aut ἀκρίβεια, aut quōd meliorum sit & magis admirabilem) quod etiam habet in 8. Topicorum libro cap. 2. exemplo scilicet cognitionis immaterialiū & materialium substantiarum. Simulque quid ἀκρίβεια significet, interpretatus est; plenam enim significat, perfectam, & per omnes partes integram cognitionem omnium, quæ ad rem eam pertinent. Hoc ipsum est vberius nosse & ἢ πῶς ἀκρίβεια, ἢ πῶς ἀκρίβεια, ἢ πῶς ἀκρίβεια, attingere Philosophus optulit: dumque minimæ partis visioni aduersatur alia multa & magna si ἀκρίβεια id est, manifestum est ἀκρίβεια non certitudinem, sed accuratorem & perfectionem cognitionis significare.

Ergo vna cognitio alteri præstare dicitur, aut quōd obiectum melius atque admirabilius; aut quōd exactius & perfectius per omnes partes cōprehendat. Hanc in tex. 4. 2. prioris libri de Posteriori Analyti ἀκρίβεια, exactior rem idem Philosophus appellauit: et si ἢ ἀκρίβεια addens, cum exacta cognitione certitudinem quoque coniunxit. Scientiā enim, quæ & rem esse & cur sit cognoscit, remque à sensibili abiunctam materia; & simplicior rem atque ex paucioribus constantē naturam considerat; exactiorem ac priorem esse ait ea; quæ aut rem duntaxat esse intelligat, aut sensibilem materiam admittat ( hæc namq. cognitionem impedit, perturbat, & abscurat) aut rē demū ex pluribus pendentē plurāq. supponentē contēpletur. Multiplicis enim cognitio dubia est & anceps, quōd difficile sit assequi multa, & in eorū aliquo labi facilissimū.

Sanē

Scientia que per se exactior.

Vnitatē  
numerū  
simplicio-  
res puncto  
& ma-  
gnitudine

Sanē Arithmetica & Geometria & omnino subalternantes scientia, Musica & Perspectiua subalternatiq; omnibus anteponuntur; quod & causam habeat, & abstractam magis ac simplicem naturam considerent. Immo & Arithmetica hoc nomine, quā Geometria, exactior existimatur; quod vnitatē & numerus simpliciores puncto & magnitudine sunt. Quippe vnitatē est sine puncto & numerus sine magnitudine; at punctum non est sine vnitatē nec magnitudo sine numero. Et punctum quidem cōplicitum est cura cōtinuo, in quo positionem significat; vnitatē autem non itē. Eandē ob causā metaphisica potior est naturali sciētia, quod illa abstractū magis atq; a materia remotum obiectum cōtempletur, hęc circa materiā tota versetur.

Porro hęc tria Philopono libuit ad duō reuocare; vt sciētia vna exactior dicatur altera, vel quod alterius principia demonstrēt, vel quod immateriale magis subiectum habeat. Illud namq; est, esse & causam cognoscere; hoc, abstracta & simplicia cōtemplari. Verū & illa ipsa tua cognitionis præstantia ac dignitatis argumenta facile agnosces in illis quoq; duobus, quæ hoc loco paucioribus verbis cōmemorantur. Melius nāq; & admirabilius obiectum, tum naturam cōprehendit a materia sensibili abiectā, tum simpliciorē atq; ex paucioribus cōstantem. *Alexander* verō, tum existētiā, tum causā cognitionem: tum verō etiā singularum vel minimarum obiecti partium & proprietatū, aliorumque omnium, quæ ad illud pertinent. Vt & circa obiectum & circa cognitionis modum & formam *Alexander* versetur.

## TEXTVS.

propter hęc utraq; historiam de Anima rationi sanē consentaneē in primis posuimus.

## COMMENTARIVS III.

**C**onclusio hęc est; quam ex superiori propositione Philosophus colligit: vtroque scilicet significato argumento animæ cognitionē ac scientiam inter primas habendā esse; hoc est præclarā maximē & honorabilem esse.

Porro hęc locum minūs benē interpretatus est *Alexander*, dum verba hęc (propter hęc utraq;) ad superiora illa retulit (præclarorū & honorabilū) vt sensus esset, quoniam præclarorū & honorabilium est sciētia de anima, propterea inter primas habenda est. Nam vt verē Philoponus pronūtiavit sententiā, locum sanū corripit. Tum quia si cognitio quæuis præclara est & honorabilis, nequaquā ex eo, quod omnibus cōmune est, cōsequens erat scientiam hanc inter primas esse. Tū quia verba illa cum proximis iūgere oportet ceteriq; omnes iungere, quibus duplex continebatur causa, qua cognitio vna potest alteri anteponi, aut propter *Alexander*, aut quod in clorū sit magisq; admittibilem. Propter utraq; enim inter primas habendam esse animæ cognitionem constituit.

Quod non parum videtur habere difficultatē. Quippe si accuratorem & vt ferē loquuntur interpretēs, certitudinem spectēs; tum Metaphisicā potiorā multō dixeris, tum Mathematicas disciplinas, quibus primus tribui solet certitudinis locus; vt tribuitur ab *Auerroē* in cō. vlt. lib. 2. Metaph. & *Ptolæmo* in præmio *Almagesti*, & *Aristoteles* eo

loco significat. Et idē ipse Philosophus hęc animæ cognitionem historiam, hoc est narrationem quādam, minūs verō exactam & accuratam scientiam nominat. Sin autē obiecti ponderes dignitatē, lanē potior multō est separatarum mentium cognitio.

Cur historia nominauerit plures fuerunt cause. Primum enim historiā pro scientiā vsurpatū fuisse dicēt *Simplicius* atq; *Philoponus*; *Alexander* nō respicit, quod est perspicere & cognoscere. Ea nāq; scire nos alferimus; inquit *Simplicius*, quæ certiori quodā modo nouimus: & historicos, ait *Philoponus*, scientes dicim; estq; historia narratio per quā vera. Ea enim quæ scimus, tam euidentēs, ac certo nouimus, quasi ea viderimus; eaq; ferē cōtinentur historia, quæ vidit quisq; & obseruauit sensibulq; percepit. Deinde historia nō narrationem modō, sed & inquisitionem & cōsiderationem atq; omnino expositionem quamcūq; interdū significat. Tū verō in 3. lib. de Arte dicēdi c. 12. historiciā dictionem *Alexander* esse scripsit. Itaq; non quamcūq; animæ cognitionem, sed eam, quæ quā maximē accurata fuerit & exacta, inter primas habendā esse significare voluit, dum historiā nominauit. Non in quā illam, quæ veterēs ante ipsum tradiderant, rudem prorsus ac fabulosam, sed quæ exquisitā ipse & verā excogitasset. Sic enim *Pythagoras* fabulas dicit in tex. 53. quarū atq; aliarū eiusmodi cōparatione cognitionem suam nūc appellat historiā. Fabula quippe fictionē, historia veritatē cōtinet. Quod autem *S. Thomas* & *Egidius* dixerūt alter historiā nominari, quod summarie tractet neq; omnia cōprehendat, quæ ad animā spectant; alter quod nō ex causis more scientiarum, sed ex effectis potius historico modo procedat: parū omnino accommodatē dictum est. Namq; accuratam prorsus & exquisitam tractationē pollicetur & præstat, quæ tum vniuersē, tum per partes de essentia, facultatibus, atq; operationibus cunctis differit. Etsi propterea dicatur historia, quod ex effectis procedat, non hęc solū pars, sed tota planē naturalis sciētia deberet historia nominari.

Ceterum nec scientiam hanc Philosophus omnium primam cunctisq; antepondendā esse proficitur, siue certitudinem spectēs, siue obiecti dignitatem; sed inter primas habendam: Et pleriq; de solis Philosophia naturalis partibus sermonē esse inter eāq; cōparationem fieri putat: & solam celestis ac perpetui corporis cognitionem nobiliore, licet minūs certam, *Simplicius* iudicat. At *Auerroēs* cōparationem latius extendens Metaphisicam solam antepōnit: quæ sequitur plurimi. Eam enim certum est primam omnium esse & quasi scientiarum reginam, quæ separatas mētēs animæ omnino meliores cōsiderat. Ceteris omnibus nobilitate præstat cognitio animæ. Nam quatenus theoretica est & substantiā animæ peruestigat, potior est moralis, quæ tum practica est, tum de solis illius actionibus agit, quatenus verō substantiam tractat, melior est Mathematica quauis disciplina, quæ circa accidentia versatur.

Maiorem difficultatem habet certitudo. Atque hoc quoque nomine Metaphisica *Auerroēs* antepōnit. Sed duplex in scientijs certitudo continetur. Altera est obiecti seu rei: quæ idem est, quod obiecti necessitas, cui opponitur contingentia. Ea namque dicimus certa, quæ necessaria sunt & eodem semper modo se habent; eaque in-

Cur sciētia de anima dicat historia.

Num sciētia de anima sit omnium nobilissima.

Num omnium rectissima.

certa, quæ cōtingentia & mutationibus obnoxia. Certitudo hæc ex duobus maxime pendet: tum ex perfectione & actu: tum ex simplicitate rei. Quam ob causam naturalium rerum inconstantiam Plato cōsiderans, earum cognitionem nō scientiam, sed opinionē voluit appellari. Altera intellectus, quæ infirma illius adhesionē consistit: adhæret autem per assensum.

Certe cognitio Cæli, incorruptibilis & perpetui corporis, certior videtur ex parte obiecti, ea saltem animalistica scientiæ parte in qua de vegetante anima & sentiente agitur: atque ex parte intellectus & demonstrationum mathematicæ disciplinæ. Ac rursus cum duplex sit certitudo intellectus, vel simpliciter, vel per cōparationem ad nos: prior nō solum in Metaphysicis, sed & in Mathematicis multo est maior; quia sunt magis abstracta: posteriore autem tum hæ ipsæ Mathematicæ præstant, tum partes multæ naturalis scientiæ, quæ sensu & experientia vberius cōfirmantur. Itaq. Philoponus ex immateriali & immortalis anima rationali certitudinem querit. Magnūque Albertus non formalem, sed virtuales certitudinem interpreta- tur: quod in hac scientiæ de agētis intellectus lumine agatur, quod in scientiis ceteris regula est certitudinis omnis. Quippe Themistius quoq. certitudinem eam agnoscit, quod ab hac scientiæ ceteræ certitudinem reponant suā. Quorū primus videre potuisse nō intelligetem quidem animā à naturali Philosopho cōsiderari, nisi ut est forma respicitq. materiam. Cetero autem animaduertere, illam nō esse propriā huius, sed aliarum scientiarū certitudinem: Quam si ex hac deriuare debeant, aliquam aliam huic propriam & formalem inesse oporteat. S. autem Thomas cum certam propterea scientiam dicit, quod quilibet experiatur in seipso se habere animā, quæ ipsum viuificet; partem omnino dixit. Hæc enim existentiæ certitudo est, qua animam esse cognoscimus; non ea, qua scientiæ & earum demonstrationes constant.

Melius omnino id significauit Simplicius, certitudinem totā in viciniam atq. animæ erga seipsam correspondentiam referēs; quia nimirum cognoscendum obiectum cognoscenti vicinum est & propinquū: faciliusq. animaduertimus ac firmius assentimur ijs, quæ in nobis ipsis experimur; quam ijs, quæ in alijs, quæ aut supra nos sunt; vt entia prorsus abstracta, ad quæ attingere non valeamus; aut infra nos, vt sensilia, quæ sensu errabundo percipimus. Inde enim & animā cognoscimus in nobis esse tanquam actum & formam nostri, nōsq. ex anima consistere & corpore; & animā plurimarum operationū principium esse, quarū aliquæ corporis, vtatur organo, aliæ solius animæ propriæ sint; & idē quādam animæ partem materiale esse, corpoream, & mortalem, aliam spiritalem, incorpoream, immortalem, atq. à corpore separabilem. Quæ omnia & in nobis ipsis animaduertimus, & ex ijs quæ in nobis sunt, partim ex effectu, partim ex causa demonstramus. Quocirca Metaphysica quidē & verò Mathematica cognitio maiore habuerint obiecti certitudinē, quoniam abstractum magis obiectum cōsiderant; & ex medio quoque certiores habet Metaphysica causas. At hoc nomine scientiæ de anima multo certior est mathematica: quod per veras demonstrat causas, quæ in mathematicis nullæ sunt: vt & hoc loco habet Simplicius, & pluribus in 3. lib. demonstrabitur. Sed &

A cōparatione nostri certior est hæc cognitio, quam Metaphysica: quia de re magis sensata & per magis sensatas causas. Immo & quam Mathematica: quia etsi quæritas magis sensatū sit accidēs, quā animæ substantia, demonstratio numq. principia sint notissima: quæritatem tamē eam abstrahit Mathematicus ab omni sensu, naturalisq. cōsiderat animā vt corporis est ac sensilis materiæ forma, sensilisq. operationes edit: & omnino cūcta, quæ ad eam spectant, plurimā in nobis ipsis experientiam habent, propterquā facilem ac firmū demonstratiōibus assensum damus. De morali scientiā quid attinet dicere? Quippe quæ ad mores pertinent, multo indigent ac longo rerum vsu obseruationeq. plurima; & animæ quoq. cognitionem desiderant, vt est in cap. 13. lib. 1. ad Nichomachum.

Hæc cum intelligeret Philosophus, nō absolute omniū primam, sed inter primas, tum nobilitate, tum certitudine, siue simpliciter, siue cōparatione nostri, hæc animæ scientiam esse pronuntiauit. Et cum in superioribus verbis vniuersē de omni nō dico scientiā, sed cognitione locutū illum fuisse videmus, adduci non possum vt credā cum ceteris tantū naturalis scientiæ partibus postremis hinc verbis cōparationem cum fecisse: sed sub eadē vniuersitate hæc quoq. clausulam adiūxisse affirmo: simūq. naturam animæ mediā in dicere inter substantias à materia prorsus alienas, & formas penitus materiales. Cum enim tanta sit scientiæ dignitas, quāta est rei cognitæ; vt anima nō est primū & supremum ens, neq. item infimū, sed proximē accedens ad primū, sic illius scientiam non primam, sed inter primas esse constituit.

Si tamen aut ad naturalia aut ad reliquam de viuētibus tractationem sermonem cōrtahas; obiecti primū nobilitate partem hanc omnibus antepono. Animatū quippe corpus optima est naturalis corporis pars; in qua corpore melior est anima. Verē namq. dixit Philoponus animam optimum esse eorum omniū, quæ hinc sunt; hoc est inter naturales res omnes præstantissimam, vt confirmauit quoque Themistius.

Duo sunt, quæ maiorem præferant dignitatem, cognitio primi motoris, cœlestisq. cōtemplatio. At primi motoris essentia ad Metaphysicū pertinet; animaq. cognitio quidam ratio prior est cognitione illa operationis & existentie primi motoris vt est motor, quā Philosophus naturalis consequitur. Cœli quoq. consideratio, si motricis intelligentie essentiam accipiat sibi Metaphysicus, inferior erit. Neq. enim omne perpetuum immortali quolibet nobilius esse; argumentum sit prima materia. Et rationalis atque intelligens anima immortalis est & sempiterna: animatumque omnem ac viuens inanimato præstat & non viuenti.

Certissimam quoq. omniū esse ait: tum ex parte obiecti, quod simplicissimū est & quadā ex parte sempiternum: tum nobis, quod effectus & operationes animæ notissimæ nobis sint; & continuatæ quasi in nobis ipsis experientia confirmatæ. Inter ceteras verò viuētium considerationes, hæc quæ de anima est, & prima est, & suprema causa eorum omnium, quæ in viuētibus insunt. Eaq. certissima omnium cognitio indicatur, quæ primam ac supremam causam assequitur. Neque enim exactē satis nos arbitramur scire, nisi quando effectus omnes & proprietates ad primam, per quam omnes demonstratur, causam reduxerimus.

Quocirca

Quocirca hæc sit conclusio. Siue cognitiones omnes ac scientias accipias, siue naturales solas; omnino scientia de anima inter primas habenda est; siue nobilitatem spectes, siue certitudinem, est enim scientia de forma quæ supra materiâ maximè eleuatur. Immo si eas duntaxat consideres, quæ ad animata & viuientia spectant, hæc omnium prima est, tum dignitate, tum certitudine. Nâ quod S. Thomas interpretatus est ordine primam dici, non probo. Non enim de ordine, sed de dignitate & certitudine Philosophus loquitur. Ordine autem corporis tractationem & libros, qui eâ continent, priores esse; ostensum in superioribus est, in generali in quâ totius huius nostri laboris præfatione.

TEXTVS.

Tex. 2.

Δενεί δ' ἢ πρὸς κληρονομίαν ἀπαρτῶν ἢ γινώσκων αὐτῆς μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀλλοτρίαν μάστιγα δ' πρὸς τὴν φύσιν ἐστὶ τὸ οἶον ἀρχὴ τῆς ζωῆς.

Vi detur autem & ad veritatem omnem cognitio ipsius multam conferre: præcipue vero ad naturam. Et enim velut principium animalium.

COMMENTARIVS III.

Quæ hîc de animatâ scientiâ utilitate dicuntur, ita refert Simplicius ad superiora ut eam non solum per se honestam & præclaram esse velit, quod & certissimam & admirabilem rerum cognitionem contineat: verum etiam quod notitia eius ad omnes alias scientias pertineat. Quasi hoc aliud sit dignitatis eiusdem argumentum. Cæteri omnes per se atq. à superiori seorsim hanc orationem accipiunt. Ac Themistius tertium commendationis caput constituit: ut primû fuerit demonstrationum certitudo, alterû cognitæ rei præstantia, tertium sit utilitas. Verius fortasse dixeris secundum caput, non tam commendationis, quam totius præmij, quo scientiâ huius utilitate commemoret; et si hoc ipsum commendationem habeat.

Cum enim vtilem dicit, non solum ad naturalem, sed & ad veritatem omnem, facile intelligas in superiori quoq. contextu; cum eam inter primas posuit, non de solis scientiâ naturalis aut animalium cognitionis partibus, sed vniuersè de scientijs & cognitionibus omnibus fuisse sermonem.

Veritatem autem omnem Simplicius cognitionem veram interpretatur; quæ & certam scientiâ pariat, & circa substantias versetur; hoc est Metaphysicam & naturalem. Mathematicam namq. cognitionem, vt substantiâ non attingit, sic scientiæ nomine indignâ Simplicius putat. Tot enim sunt Philosophiæ proprie dictæ partes, vt est in 4. Met. li. tex. 4. quot substantiæ. Alij cû Auertotè ampliori vsu vocabuli Mathematicas quoq. disciplinas admittunt, vniuersamq. theoreticam philosophiam, cuius finis est sola veritas, & in 2. Metap. lib. tex. 3. scientiâ veritatis contemplariæ appellatur, intelligi volunt Themisti ac Philoponus philosophiam omnem, tum theoreticam: tum practicam.

At quid opus est vniuersalem maximè & generalem propositionem ad paucam materiâ contrahere? vtilis namq. omnibus est, quia cognitionem illius facultatis continet, quæ cognitionis omnis principium est. Intellectus inquam; & verò etiam sensus, qui satellites quasi & prænuntius intellectus existit. Trêque illius intellectus actiones exponit,

Scientia de anima utilitas.

A apprehensionem, compositionem, ratiocinationem, quibus scientiâ omnes & cognitiones constât. Tû vero scientiarum omnium obiecta abstractione nituntur atq. vnius ex alio deductione cunctæ vtuntur; abstractioq. animæ operatio est, & deducendi vis intellectus lumine sustentatur, quo tû prima principia intelligit, tum effectus & causæ connexionem animaduertit, tum demum assensum præbet. Quæ omnia ex animæ cognitione petenda sunt, scientiarum etiam omnium principia vera esse ostendit resolutione facta ad cognitionem sensuum, vt est in fine 2. libri de Posteriori Resolutione, & in principio Metaph. Scientia verò de anima sensum docebit circa proprium obiectum locare non posse. Plurimum etiam cõfert cognoscere, quomodo à sensu ad intellectum cognitio nostra progrediatur, quâsq. sensus & intellectus cõiunctio sit, vt intelligas, cognitionem intellectus acceptam ex sensibus verâ esse ac certâ.

B Seorsim autem plurimum confert Metaphysicè. Tum quia de intellectu & intellectione agit, quæ propria est intelligentiarum natura & operatio. Tum quia intellectus & intellectile relationem significat, neq. intellectile potest sine intellectu cognitionem intelligi: quod in primo libro de partibus animalium cap. 1. pronuntiauit quoq. Philosophus. Tum etiâ propter animæ cum separatis mentibus similitudinem, cumq. inter illas & inferiores formas naturales media sit anima, facilius est ex medijs ad maiora superioraq. ascensus. Quo ferè fit, vt cõsideratione intellectus nostri minimè à materia pendens mentium illarum cõsiderationi sensum assuescamus. Mathematica autem, quoniâ agit de abstractione deq. phantasia seu intellectu vt à phantasia pendet: quibus principijs totum illud cognitionis genus continetur. Agit de sensibus communibus, circa quæ disciplina illa tota versantur. Agit & in 3. lib. de modo, cognoscendi entia mathematica.

D Logicæ, dū de intellectus operationibus disserit, circa quas formandas ac dirigendas cognitio illa vniuersa versatur. Morali, tum quia de practico intellectu agit: tum quia neq. de vltimo fine, neq. de medijs ad finem, de moribus in quâ & virtutibus dici potest, quin animæ facultates antea & partes cognoueris, vt ex capite vlt. lib. 1. ad Nicomachum & cap. 6. & 32. lib. 1. Magnorum moralium perspicuum est. Morales namq. virtutes facultatum earum moderationes sunt & ornamenta, vt Philoponus ac Themistius loquuntur, sed & ad mores informandos non parum confert nosse rationem à natura factâ esse appetitionum ac perturbationum dominam: neq. politicus bene homines gubernabit, nisi hominum naturam perspectam habeat. Medicinæ, tum propter animæ vegetantis notitiam summopere medico necessariam: tum propter diuersas animæ perturbationes & affectus, ex quibus plerumque nascuntur morbi. Atq. tum Medicinæ tum Morali conuenit illud Platonis in Alcibiade primo: Nescimus quo pacto quidpiâ curandum sit, nisi nouerimus quid illud sit, quod nobis curandum proponitur.

E Sed præcipua utilitas est in naturali scientiâ. Tû quod eiusmodi tota cognitio circa sensilia versatur, operâq. sensuum vitur: tum quod hæc illius pars est, & quid præcipua. Namq. inter naturalia corpora præstât omnibus viuentiâ, eorūq. principium est anima, & quidem triplicis generis, vt in 2. libro pluribus explicabitur, formalis, efficientis, & finalis. Quippe anima & est animatorum essentialis







Definitio  
Demon-  
stratione  
non inae-  
ligari.

Quatenus  
definitio  
demon-  
stratur.

Defini-  
tionis in-  
uestigatio  
modus de-  
plex.

reru, an pro reru varietate multiplex, vt quaedam inuestigetur demonstratione, alia diuisione, alia metho- do alia quapiam. Demostratio quidem certè (quod Hippocrate sensisse scribit Auerroës (inuestiganda nõ est. Tũ quia essentia causã nõ habet; sed ipsa potius prima est causa eorũ omniũ, quæ insũt rebus, quæq. de illis demonstrantur. Et in 2. libro de posteriori Analyti a tex. 3. multis ostenditur definitionẽ nullã posse definitio probari. Tum quia definitio ipsa demonstrationis est mediũ; essetq. petitio principij; aut in infinitũ progredieretur, si definitiois quoq. illius demonstratio foret. Accedit quod Demonstratio id conficitur, vt inesse aliquid alicui & cur insit intelligatur, non autẽ orationẽ quãpiã esse definitioẽ. Quod si vna definitio interdũ per aliã probetur, vt materialis per formalẽ; ea nõ est perfecta demonstratio, sed ratiocinatio dialectica; vt ex tex. 8. significati libri constat. Vnius quippe rei vna est perfecta definitio; at Dialecticã plures esse possunt; quarũ vna ignotior per notiorẽ aliã monstratur illius rei definitiã definitio esse. Acciditũ quoq. propiorũ definitio- nes et si nõ demonstrantur, demonstratione tamen cognoscuntur; quippe mediũ demonstrandi definitio est. Deq. his loquebatur Philosophus in tex. 10. eiusdẽ libri, & tex. 22. libri prioris, vbi definitio- nẽ dixit demonstrationis conclusioẽ esse. Nã si terræ interpositionẽ cũ Eclypsis genere cõiungas, definitioẽ facies; Eclypsis est defectus luminis propter interpositionẽ terræ; quæ tamen nõ cõcluditur demonstratione vt definitio est, sed vt quaedã proprietates lunę, quæ inesse illi demonstratur. Perfecta autẽ definitio substantiã est.

Plato diuisione potissimũ definitioẽ inuestigabat, vt videre est in Sophista, dũ hominis definitio- nem querit. Aristoteles duplici ratione vti nos voluit, vt intelligi potest ex eodẽ 2. lib. a tex. 17. Altera per diuisionẽ & cõpositionẽ, descendensq. à superioribus ad inferiora, vel à toto ad partes, ac rur- sũ à partibus ad totũ. Altera per similitudinẽ, resolu- tionem & assensũ ab inferioribus ad superiora. Prior inuestigatio fuerit ex effectũ ac signis exterioribus definitiendẽ rei, supremũ categoriã genus accipiendõ, illudq. per genera & species ac differentias medias vsq. ad vltimas diuidendo. Ea namq. obseruando, quæ definitiendẽ rei conueniant, propriũ illius genus & essentialia omnia attributa inuenimus, ex quibus, perfecta definitio ex proprio genere propriãq. differentia cõstat. quod dũ agis, tria prorsus obserues. Primũ essentialia quæ- ras attributa. Deinde in diuisione ordinẽ serues & categoriã seris, à generalibus ad minũs generalia progrediẽdo; nec omittas quidquã. Deniq. si vltimã nõ inuenieris differentia, gradũ illos omnes acci- pes, qui simul sũpti cũ re definitiẽda recipiõtur.

Posterior autẽ inuestigatio tũ rei naturæ conuenit, tũ nostro intelligendi modo. Definitio enim & sciẽtia nõ res persequitur singulas, sed vniuersas querit. Et nostra tamẽ cognitio à notioribus nobis & sentatis, quæ singula sunt & cõposita, principij habet: ab his ad vniuersa & simplicia est ascendendũ: cũ præsertim in vniuersis naturis cõfusẽ multa & potestate continentur; essetq. facile in homonymiã labi, si ab illis principij fieret. Videas igitur primũ in quonã illius nomen fortijatur: quod sensu & inductione cognosces. Deinde in quonã alterius quoque speciei inferiora conueniant. Tum quod vtriusque commune sit. Ex communis siquidem genere & propria differentia definitio

**A** tibi constabit. Idemq. definiendo generi agendũ erit in illius aliorũq. generum speciebus. Quod si pluribus cõsideratis, quæ vno communi vocen- tur nomine, nihil illis inueniatur commune, ho- monymum fuerit nomen, quod definitione vna compræhendi non possit. Prior inuestigandã definitiois modus exactior est & certior, Poste- rior faciliõ & expeditior.

Et Philoponus hoc loco Philosophum dixisse putat quæstionem hanc de essentia cum alijs pluri- bus, non item cum omnibus esse communem: quoniam omnia definire non licet. Neque enim suprema genera, neque indiuidua definitioem habent, sed descriptionem. Cæteri tamen pluri- bus pro omnibus, vt alibi sæpẽ dictum interpretantur. Sed Themistius quæstionem hanc non Phi- losophis modò, verũ omnibus item alijs, qui sermocinales scientias vt cumque attingunt, com- munem dicit. At verius non homines definiẽtes, sed res definiẽdas interpretaberis. Quod & antecedentia & subsequentia ostendunt verba. Antea enim difficile dixit esse inuenire quid ani- ma sit: postea verò difficultatis causam subiun- git, quia incertum est an vna sit communis metho- dus de omnibus, quorum volumus essentiam nos- se: quemadmodum vna est accidẽtia propria om- nia demonstrandi. Et illud ( oportebit accipere circa vnum quodque quis modus. Ac demum il- lud ) alia namque aliorum principia. In his enim omnibus manifestum est de rebus definiẽdis esse sermonem.

TEXTVS.

*Εὰς δ̄ φανερόν ἢ ποτε ποὶ ἀποδείξει ὅτιν, ἢ ἀγαθόν, ἢ ἄλλο τι ἐστὶν μέγεθος, ἐπιπλάσας αὐτὸ ἀπορίας ἢ ἀπὸ πλείων δὲ ἐστὶν ἀλλὰ τὸ ἀπὸ ἀλλοῦ ἀρχῆς, καὶ τὸ ἀπὸ ἀλλοῦ μὴ ἐπιπλάσας.*

*Si autẽ manifestũ sit, vtrũ Demonstratio sit an diti- sio, an etiã alia quaedã methodus multas adhuc dubita- tiones habet & errores, ex quibus oportet querere. Alia namque aliorum principia, vt numerorum & super- ficierum.*

COMMENTARIVS VIII.

**A** ltera hæc est essentia animæ cognoscendã difficultas. Quæ non iam ad definiendi mo- dum inuestigandẽ de definitionis methodum, sed ad rem ipsam partẽ definitiois pertinet. Siue enim ex genere & differentia, siue ex materia & forma essentialẽ, siue ex causis causalem defini- tionem adferre libeat, omnino fuerit difficultas. Quoniam alia sunt aliorum principia, neque facile est quænam animæ propria sint constituere. At- qui vt cuiusq. rei natura, sic accurata & certa illius cognitio ex proprijs eius principijs cõstat, siue per Demonstrationem proprietatum cognitio queratur, siue per Definitionem inuestigetur essentia. Propterea et si constiterit, an Definitio per Demonstrationem querenda sit, an per diuisionem & cõpositionem, an alio aliquo modo, multis adhuc modis errare possumus in ijs accipiendis, ex quibus definitio constat.

Numerorum porrò & superficierum principia memorat, quæ, vt Themistius loquitur, propinqua & confinia esse videntur, vt ostendat non eorum modò, quæ genere differunt, sed illorum item, quæ sub eodem continentur, vt numerus & superficies sub Quantitate, diuersa esse principia proxima, ne- que in definitione principia remota, sed proxima

& illius rei propria commemoranda esse. Itaque audiendus non est Philoponus, dum principia genera tantum decem suprema interpretatur. quippe numerus & superficies idem habent supremum genus, quorum tamen diversa principia esse dicuntur, siue numeri quantitatem deiunctam, & superficiei coniunctam dixerit, siue numeri unitatem, & superficiei lineam aut punctum. Nam quod ductu ex unitatibus colligitur numerus, & ex puncti linea, ductuque linea superficies efficitur. Ergo duplex principij genus distinguit, de quorum utroque locutus Philosophus sit. Alterum coordinatum dicitur & elementare, ut unitas in numero & punctus in linea, lineaque in superficie, & quidquid interna est rei causa. Alterum absolutum & separatum, ut Genus & Differentia. Sanè utrumque definiendum adhibetur, de quo utique philosophi interpretari licet (etsi absoluta quoque elementaribus sumantur, nepe Genus & Differentia ex rebus ipsis accipiuntur. Nam statim de Genere & Differentia sermonem instituit: nunquam numerum & superficiem nominauit in quibus primum illud principij Genus consideramus.

Nisi hæc ad Platonis sententiam alludens nominauerit, qui essentiam anime ex eiusmodi principijs constare dixerat in Timeo, ut post oportuno loco pluribus explicabimus. Ac de communissimis quidem & generalissimis principijs legimus in t. 22. lib. 12. Metaph. eadem per analogiam esse omnium principia: sed idem ipse philosophus particularia & propria subiungit esse diuersa & aliorum alia. Quorum autem nunc principiorum mentionem fecerit, consequentia ostendent verba. Sic enim habet.

TEXTVS.

*Πρῶτον δ' ἵστας ἀναγκασθὲν διείρεται, ὡς εἶναι τὴν ψυχὴν, ἢ ὡς ἴστας λέγειν ἢ πῶς ποτε εἴη ἐν τῷ ἔλε, ἢ ἢ ἀπὸ, ἢ μὴ ἀπὸ, ἢ ἢ ἐξ ἔλε ἀπὸ τῶν ἀσπείρουσάν κεν ἀπολείπει.*

Tex. 6. Primum autem forsasse necessarium distinguere, in quo sit genere, & quid sit. Num in qua hoc aliquid & substantia, an quale, an quantum, an vero aliqua aliadiuersum situm categoriarum.

COMMENTARIUS IX.

Cogniti- nem ex principijs & causis dicendam esse. Scientia amatores scripsit in Timeo Plato præcipuas oportere naturæ causas quærere. Et Aristoteles plurimis sanè in locis affirmauit cognitionem omnem nostram ex principiorum cognitione ducendam esse; tuncque accuratè nos vnamquamque rem cognoscere existimari, cum illius principia omnia; tum proxima tum remota, cognoscimus. Sed & prima naturalis totius tractationis ingressio ea fuit, a principijs inchoandum esse; quia tunc scimus cum principia cognoscimus. Idem in singulis quoque partibus obseruandum fuit. Proprietatum quippe demonstratio ex earum causa & principio ducitur, quod est essentia definitione comprehensa: essentia autem definitio ex illius principijs Genere & Differentia colligitur. Propterea cum alia aliorum principia esse dixisset, ad animam statim eiusque definitionis principia inuestiganda sese conuertit. Atque à generalissimis exorditur; quippe differentia quari non possunt, nisi de genere prius constiterit. Quod & methodeo conuenit inuestigandæ definitionis Philosopho familiari per diuisionem & compositionem. Nihil tamen nunc constituit, sed dubitando proponit, ut aduerbium illud (fortasse) indicat.

Quoniam verò animam constabat Ens quodpiam esse (quippe si non esset ens, non quæreretur quidnam esset) vniuersum Ens diuidit in decem illa suprema genera, quibus omnia, quæ sunt, contineri creduntur; ut ad quodnam eorum pertinet anima mox accipiens, genus illius habeat; quod rursus diuidendo proximum genus & propriam differentiam inueniat. Nominat autem substantiam solam, Qualitatem, & Quantitatem; non item cetera genera: siue quòd, ut Simplicius habet, ad illa maxime pertinere videretur; & ad aliquod solum ex illis tribus fuisset à veteribus philosophis reuocata, à Pythagoricis ad substantiam, à Xenocrate ad quantitatem, ab ijs, qui Harmoniam temperationem esse dixerunt, ad Qualitatem: Siue quòd ab his tribus generibus reliqua omnia nullam rem distinctam cum illius sint solaque ratione differant.

Ait autem (diuisorum) aut diuisionem alibi ab ipso factam atque in proprio de illis libello explicatam accipiens: aut quòd ante ipsum Archita Tarentini & Pythagoræorum diuisio fuerat, ut in commentarijs ad librum Categoriarum Simplicius testatur: & Categorias ab Aristotele primum nominatas fuisse (quam vocem hoc quoque loco retinet) Porphyrius, Dexippus, ceterique interpretes tradunt. Ex accusatione nimirum, quæ in iudicijs fit; similitudine ducta. Nam ut in illis, cum acculatur quispiam aliquod ei crimen obijcitur, sic in propositionibus cum superius de inferiori dicitur, attributum velut crimen quoddam subiecto imponitur: hæc decem Categorias quasi decem summa accusationum capita sunt, sub quorum aliquo continetur quidquid de aliquo dici potest. Et iudicationem quoque, quam in morbis nominant medici, à foro ac iudicijs deductam fuisse scribit Galenus in 5. Prognosticon com. 1.

Ac Porphyrius quidem Categoriam credidit denominationes ipsarum vocum significare, ut cum dico, hæc res est lapis, dictionemque omnem significantem rem Categoriam esse. Sed merito reprehensus fuit à Simplicio: quoniam Socrates & alia quæuis simplex & singularis dictio Categoria esset. Verius Dexippus generum ac specierum prædicationem de interioribus significare scripsit. Immo Alexander, Simplicius, & Ammonius, solum supremum Genus cum enim quædam subijciatur duntaxat, alia solum prædicentur, alia subijciantur & prædicentur, supremum genus, quia prædicatur tantum, & ad hoc Categoria nominatur, & hoc loco nominasse videtur Philosophus. Interdum tamen pro serie tota & coordinatione eorum omnium, quæ de aliquo dici possunt, quæque à supremo genere vsque ad indiuidua numerantur, eundem ipsum Philosophum legimus nominasse. In libro namque Categoriarum secundas substantias, animal & hominem, Categoriarum figura videri hoc aliquid significare dixit. Et in 5. lib. Metaph. t. 12. & lib. 10. t. 24. Ea eadè genere esse, quorum eadè est Categoriarum figura. Et t. 12. eiusdè lib. 10. ea differre, quorum diuersa est Categoriarum figura. Et tex. 13. quædam genere diuersa esse quædam in eadem Categoriarum coordinatione differre. Quia ob causam Porphyrii quoque in sua Hagoge in singulis Categoriarum suprema genera & media, speciesq. istas & indiuidua esse scripsit; tota scilicet illa attributorum multitudinè velut instructa acie vsq. ad indiuidua Categoriam appellans.

Potè dum hæc primum entis genus hoc aliquid & ἴστας nominat, perspicuum est alio significatu, quam

Categoriarum diuisio.

Categoriarum ab Aristotele primum nominatas fuisse.

Quæ in iudicijs fit; similitudine ducta.

Quædam denominationes ipsarum vocum significare.

Quædam ob causam Porphyrii.

De substantia dicitur hoc aliquid.

ficatu, quam antea, dicitur dici. Siquidem antea significabat essentia, que in quolibet entis genere reperitur. Quomodo autem substantiam dicat hoc aliquid, petendum ex ijs erit, que in lib. Categoriarum habentur: ubi inter substantiarum proprietates ea est, quod omnis substantia videtur hoc aliquid significare: omnis inquam substantia perfecta & integra, in recta serie contenta. Prima quidem & singularis substantia; quonia hanc perfectissima est maximèq. subsistit & accidentibus substat, sensibus ipsis subiecta & demonstrabilis. Secunda verò, que species comprehendit & genera; dū absoluto nomine pronuntiat, quod aliquid per se existēs significare videtur, ut Homo & Animal; & prima interdum substantiam secundæ nomine appellamus. Porius tamen hæc quale aliquid significat, dū non vnū numero determinatur, sed commune quidpiam multa cōstituens & in illis subsistēs velut ipsorum formā significat. Itaq. vt quantū & quale quantitatem & qualitatem, sic aliquid substantiā indicat. Accidentia namq. absolute entia non sunt, sed entis entia. quod si demonstratiuum signū (hoc) addideris, vniuersam significationem ad id contrahes, quod demonstratur, singulare, materiale, & tensile: est ampliori significatione ad quodcūq. per se existēs singulare perfectū extendi possit. Species & Genera estis verius quale aliquid significant, hoc aliquid tamen significare videtur, velut quidpiam inter substantias primas & accidentia mediū: quia nō per modū accidentis, sed per modū substantiæ absolute nominis significat. Differentia demū, que denominatiua voce pronuntiantur, nec significant nec significare videtur hoc aliquid, sed quale aliquid. Et idem species & Genera enūntiantur in Quid, differentia in quale quid. Proprietasq. vniuersalis nūc substantiæ Genus appellat hoc aliquid, quia vniuersum hoc aliquid significare videtur.

Et Simplicius non sine causa Philosophum putat dixisse quatenus esse in quo genere anima sit & quid sit, sed posteriora hæc addidisse verba, vt genus ostenderet significare quid, differentiam autem quale quid & generis determinationem.

TEXTVS.

Ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦ ἑὸς ἐλευθέρως ὄντος, ἢ μάλλον ἀπελευθέρως ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰς ἐν αὐτῷ.

Atq. adeo utrum eorum que in potestate sunt, an potius actus quispiam differat enim non parum.

COMMENTARIVS X.

Vbi de supremo constiterit genere, subdividendum illud erit, propriaq. differentia querenda. Hoc nunc Philosophus agit. Sic enim diuidentes eaq. reijcientes mēbra, que dissiniendæ rei non conueniant, accipiētēq. illa que cōueniant, proximo tandem genere propriaque differentia inuentis definitionem totam habebimus.

At Philosophus Aristotelem iam non dubitando loqui, sed certa & definita sententia ad animæ definitionem inueniendam progredi arbitrat, propterea q. acceptum substantiæ genus in potestate & actum diuidere, vt animā inueniat in substantiæ genere actum esse. Sed diuisionem substantiæ in potestatem & actū interpretatur esse in corpus & incorporeum. Cū enim non dicat Aristoteles δυνάμεις, sed ἐν δυνάμει, intelligi non vult materiam,

qua potestas ipsa est, non in potestate, sed corpus, quod in potestate est, siue in genere substantiæ, siue quantitatis, aut qualitatis. Corpori autē opponitur incorporeum: quod propterea actū dixit, non in actu, quoniam in corporea simplices actus sunt, effectūq. in actu corporū est & compositorum propriū, que in potestate erāt & suscepta formā, que per se incorporea actus est, siue actu. Itaq. Philoponi sententia querere an anima sit in potestate an actus, est querere an sit corpus an incorporea. Differt enim non parū immō plurimū natura distant corpus & incorporeum.

Verū neutra huius interpretationis pars consentanea Philosopho est. Afirmare namq. Philosophum nūc diuidēdo animæ definitionem colligere, nil aliud est, quā dubitationem indefinitam sententiam cōmutare, Philosophiq. cōsiliū anteuertere. Manifestum enim est nil aliud eum in presenti agere, quā dubitationes & difficultates proponere, que in animæ cognitione cōtinentur. Neque in toto hoc lib. quidquā ipse statuit, sed difficultates primū & questiones proponit; deinde ad horū sententias examinat, tum demū in 2. lib. qui ipse sentiat explicare aggreditur. Ibiq. primū ex Entis diuisione in decē genera, quā hoc loco proposuit, accipit in tex. 2. animam ad substantiæ genus pertinere, illūq. subdividit in materiam, que potestas est; & formā, que actus; & cōpositum, quod actu. Cū præsertim maximè mirū videretur, si inter antecedētia, que eodē ipso cōsentiente Philopono fuerūt dubia & ad omniū sententias pertinentia, in quonā entis genere anima sit; & cōsequētia. An sit partibilis, an impartibilis totaq. reliquā orationē, qua plures questiones ac difficultates proponuntur; paucissima hæc interponerentur verba, que certam ac definitam sententiam continerent.

Sicigitur res habet. In altero illo difficultatū capite, quod ad partes definitionis pertinebat; prima dubitatio seu questio fuit de genere, quonā entis genere cōtineatur Anima. Altera hæc est de differentia, seu maius de genere proximo; an supremo genere subdiviso (quodcūque illud fuerit animæ propriū) in potestate & actum, anima velut potestas sit, an vt actus. Dum verò corpus & incorporeum interpretatur Philoponus, animaduertere potuisset hæc ad sequentē potius questionem pertinere, num anima partibilis sit an impartibilis. Quod enim partibile est, corpus est, quod autem impartibile, incorporeū. Deinde intelligere debuisset, potestatem & actum nō in substantia dūtaxat nominari, sed accipi tāquam differentias & partes cuius entis generis. Siquidem diuisione facta in decem genera nec eorum vllō accepto, vniuersè dubitatur, utrum eorū sit que in potestate sunt, an actus quispiā. Quoniam, inquit Auerroës, potestas & actus differentia sunt, que Categorijs omnibus cōtingunt, quod ex 3. lib. Metaph. tex. 15. & lib. 12. tex. 8. & 26. alijsq. pluribus locis colligitur. Corpus autem & incorporeum in substantia sola considerat Philoponus, qui solum substantiæ genus subdividi putat.

Porro potestas & actus idcirco in omnibus Categorijs reperiri, omniūq. principia esse dicuntur, aut quod ea, que in illis cōtinentur, aliquādo potestate sunt, aliquādo actu: aut potius quod in singulis quidpiam est quod potestatis, aliud quod actus vni habet. Genus inquam vt potestas, differentia vt actus. Quam ob causam in 7. Metaph.

potestatem & actum in similes, quibus esse.

Quomodo sint.

lib. tex. 43. & li. 8. tex. 9. & 15. & li. 10. tex. 24. Genus per simile dicitur esse materiae, differentia formae; & ideo ut in substantia ex materia & forma efficitur vna per se integra naturalis substantia composita; sic ex genere & differentia coalescit vna species vnaque illius definitio. Quia ut materia, sic genus potestates quaedam sunt, illa ad formam, haec ad differentiam; formaeque materiae, differentia generis, actus existunt.

*εντελεχια  
quid.*

Philosophum tamen arbitror, cum *εντελεχια* dixit, aliud etiam quidpiam significasse. Entelechia enim perfectionem significat, qua potestati velut imperfecti ac ruditati opposuit. Vtq. materia & genus quidpiam sunt imperfectum, rude, & impoliturum; forma vero ac differentia perfectio & ornatus: ita quaerendum indicauit, an anima in quocumque entium genere contineatur, in eo sit velut imperfectum quidpiam, quod ab alio perfici oporteat, an potius ut summa & vltima animatarum rerum perfectio. Neque enim parum haec, immo plurimum differunt; materia & forma, genus & differentia, imperfectum & perfectio, & omnino potestas & actus. Hanc interpretationem quoquo modo Themistius insinuat; & magnopere confirmabunt ea, quae in 2. lib. traduntur: vbi in substantiae genere materiam accipies potestatem esse & formam entelechia, animam definit entelechia esse & perfectionem corporis velut potestatis. Ita quaestio de essentia animae explicatio propositioni optime respondebit. Quod si obseruasset Philoponus, nunquam profecto potestatem & actum corpus & incorporeum interpretatus fuisset.

Simplicius autem primum diuisionis huius membrum non materiam modo complecti ait, sed & id quod ex materia & forma compositum est; propter cognationem scilicet cum materia: alterum vero puram & separatam formam, quae ita est actus, ut potestatis nullius permissionem habeat. Animamque, inter puram huiusmodi formam & formatum media esse, ideoque extremi vtriusque participem esse. Potestatis quidem, quatenus non solum rationalis anima, sed intellectus quoque ab ea participatus purus actus non est, sed cum potestate permixtus: & ideo aliquando intelligit & aliquando non intelligit; potestate tum ad operationem, tum ad sui actus puritatem recuperandam, si a corpore separaretur. Actus autem, immo actus magis, quam potestatis, quia ex se viuit & excitatur, estque mouendi corporis principium. Actum tamen quendam dici, quia non est purus, syncerus, & simplex actus.

Sanè hac interpretatione Simplicij quaestio illa constabit, quae optime respondeat explanationi tex. 2. lib. 2. an anima, si substantiae genere contineatur, potestate sit, hoc est materia vel compositum; an actus quidam, hoc est forma. Verum iam diximus contrahendum ad substantiam sermonem huc non esse, qui de generibus omnibus proponitur. Deinde compositum ex materia & forma non esse sub potestatis membro collocandum, ostendit ille idem tex. 2. in quo triplici illo commemorato membro, materia, forma, & composito; materiae solam addit potestatem esse, formamque actum: compositum diceret esse id, quod est actus. quemadmodum in 2. quoque Phys. lib. cum naturam definiuisset, duplicem eam fecit, materiae & formam; compositumque non naturam, sed habes naturam, vel à natura esse dixit in tex. 4. & 12. Tum vero puros, simplices, & separatos intellectus Aristoteles actus quidem dicit, sed non quia dicitur

goriam vllam pertineant, potestatiue in illius diuisione opponatur; & ideo simul cum materia velut potestate compositam substantiam faciat. Denique, vbi Aristoteles de anima vniuersè loquitur, minus ad rem videtur de intellectu interpretari; eaque in medium proferre, quae illius propria, neque participatiua, sed Academia potius sint. quae minimè necessarii erat hoc loco commemorare, vbi aperta est & facilis Philosophi nostri sententia, incertum esse & diligenter inuestigandum, an anima ad quocumque genus pertineat, contineatur in eo ut quidpiam potestate, an vt actus & perfectio.

## TEXTVS.

*Εντελεχια οὐδ' οὐκ ἐστὶ μίσησθ' ἢ ἀμύσησθ'.*

*Considerandum quoque an partibilis sit an impartibilis.*

## COMMENTARIVS XI.

De principijs & partibus definitionis dubitationes duas proposuit, alteram de genere, alteram de differentia. Tertia haec est de tota essentia & natura animae. Duobus autem modis partibilis aut impartibilis anima dici potest. Aut essentia, aut facultatibus. Nam etsi essentia esset vna & impartibilis, quaerendum tamen superesset, an vnaitem simplici an verò multiplici virtute agendi praedita foret. Atque hoc modo intellexit Philoponus, eiusque testimonio Alexander. quippe Democritus facultate quoque impartibilem asseruerat, intellectum & sensum eadem arbitratus virtutem esse. At cum de essentia & natura sermo nunc sit, de qua futura item sit quarta dubitatio, num eiusdem speciei sit omnis anima an non; minimè credendum est de facultatibus importunè interpositam hic fuisse quaestionem. Essentia verò duobus modis partibilis potest intelligi, aut per se, aut ex accidenti.

Alteram igitur potior eiusdem Philoponi interpretatio fuit, quae an anima partibilis sit an impartibilis, hoc est an in vnoquoque homine plures animae contineantur, vegetans, sentiens, intelligens, an vnicam, quae ex illarum trium coniunctione refulet, qui namque animam temperamentum diceret, vna quoque eandem in omnibus inesse diceret, quoquo modo solum pro temperamenti varietate diuersam: sicut idem est aer, quem animalia cuncta inspirant. Verum hoc tantum est ac quaerere an haec animae specie ac natura differant, an verò vnus & eiusdem animae partes existant, quae altera post hanc de partibili & impartibili proponetur quaestio. Atque ad illud argumentum ex temperamenti ductum facile esset respondere, diuersa temperamenta specie differre illorumque differentias essentielles esse.

Sanè hanc quaestionem responderi posset ab Aristotele proponi, quod veteres penè omnes partibilem fecissent animam, qui aut ex pluribus partibus essentiam illius constare dixerunt, siue harmoniam, siue numerum, siue qualitatem temperationem, aut materialem rem & corpoream fecerunt, ut sanguinem, spiritum aliudve eiusmodi quidpiam. Verius tamen fortasse ad Platonem dixeris respexisse Philosophum, cuius ea fuit in Timaeo sententia, diuersas animae partes in diuersis corporis partibus residere, intelligentem in capite, irascentem in corde, concupiscentem in icore. quod seipsum quoque placuisse auctor Themistius est. Propterea considerandum Philosophus dixit, an ea par-



pondeant Philoponus & Simplicius, eos de humana agētes quodammodo de omni egisse anima; quoniā in humana omnis anima, vegetans quoq. & sentiens, cōtinetur, illāq. harū quali exēplar est. In eo tamen excusari nō possunt, quōd in parte fecerūt id, quōd vniuersum esse debuērat: in eumq. inciderūt errorē, qui in primo de Posteriori Analyti libro dānatur, quo vniuersum attributum non de subiecto primō, sed de quāpiam illius parte mōstratur: neq. vniuersam animæ definitionē ac naturam, sed humanā fortasse exposuerunt. Accedit quōd exacta cuiusq. rei cognitio per propriam essentiam & rationem, non per superiorem habetur. Et cūm hominis anima immaterialis sit & immortalis, reliquæ materiales & mortales; nequaquā ea est naturæ similitudo, vt illa cognita hæ quoq. dici possint cognosci. Præsertim cū animæ illę habeant aliqua in homine, quæ in viuētibus cæteris nō habent. Nam vegetans in quibusdam non generat, non vitur iecore ad nutricēdum, non facit sanguinem, neque cordis & arteriarum pulsū; & alia plura diuersa sunt.

TEXTVS.

Εἰς τὴν ἀντικειμένην ἀπορίαν, καὶ τὴν ἀπορίαν ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπορίαν ἔχει, καὶ τὴν ἀπορίαν ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπορίαν ἔχει, καὶ τὴν ἀπορίαν ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπορίαν ἔχει.

*Cauendam porro ne lateat, vtrum vna sit ipsius ratio, quemadmodum animalis, an iuxta vnumquodque diuersa, vt Equi, Canis, Hominis, Dei.*

COMMENTARIVS XIII.

Q Vintam hæc quæstionē continent: quæ cum superiori propterea iūgitur, quōd ex illa ortū habeat. Si enim omnis anima speciei eiusdē est, sanē vna ipsius fuerit definitio; sin autē plures sunt species, plures quoq. definitiones erūt. siquidem species vnaquæq. vt essentiā propriā ac diuersam ab alijs naturam, sic propriam quoque ac diuersam definitionem habet. Vel potius si specie differunt animæ generēq. conueniūt, vt considerari duobus his modis possunt, ita quæritur an definitione vna definiendæ omnes sint iuxta communem generis naturam, an pluribus iuxta singularum propriā & specialē. Huc enim animalis quasi generis, & equi, Canis, ac cæterarum specierū exempla pertinent: an inquam vna sit definitio, quemadmodum animalis, an iuxta vnum quoq. diuersa: illa generalis notionis, hæc specialis & propriæ. Hancq. explanationē cōsequentiā quoq. verba cōfirmabunt, quibus si vna sit anima, quæ plures habeat species, quæstionem subiunget, an totam prius illam animam, an partes eius oporteat quætere. Quod enim nunc de genere & speciebus quærit, post de toto quoque ac partibus disputabit.

*Deum et Aristoteles indiduum nominet.*

quod autem Deum nominat, aut cum Symplicio intelligas cæleste animal: quippe veteres, vt apud Platonem est in Cratylō, solem, lunam, stellas, Cælum, quōd in perpetuo cursu versentur, ἀπὸ τοῦ θεοῦ appellarūt θεῶν. Aut Dæmonas vel Heroas, quos Platonici nominabāt haud magno opere ab humana diuersæ naturæ: & omnino illud ipsum, quod in tex. 29. lib. 2. dicit: vbi cūm hominē nominabit, adiūget, etsi quid aliud eiusmodi est, aut etiam honorabilius.

Si vniuersum gen<sup>o</sup> definit volueris, animal sen-

tientem substantiam definiēs: si species, hominem substantiam sentientem rationalem, seu animal rationale dices; cæterāsq. simili modo si enim definitionem genere ac differentia cōstare oporteat, quæcūq. sub genere supremo continentur, siue genera sint siue species poterūt definiti. Supremū genus & indiuidua propriā definitionem nō habēt: quoniam illius nec genus est nec differentia; hæc q. non alia, quā speciei, natura constant. Maiorem continent difficultatem consequentiā verba. Sic enim Philosophus loquitur.

TEXTVS.

Τὸ δὲ ζῷον καὶ τὸ ἀθάνατον ἢ τὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν ἄστρον.

*Animal autē, quod vniuersale, aut nihil est, aut poster<sup>o</sup>.*

COMMENTARIVS XIV.

Q Væ si de Platoniciis ideis, tanquā vniuersalibus ante multa rebusq. singulis priora, interpretetur Auerroēs & S. Thomas, reclamabit Philoponus; secūsq. omnino Greci omnes intellexerunt. Et quidem Alexāder in 1. lib. natur. quæst. c. 11. duplicem interpretationem fecit. Primum enim cūm Philosophus quærendū dixisset, an specie solum an etiam genere differat animæ, quippe hinc intelligitur an sit vna cōmunis animæ ratio, an verō cuiusq. propria: vbi propriarū rationū exēplum attulit, Equum, Canem, Hominem, Deū, hæc dixit fuisse sententiā, vt si hæc cuiusdē generis non sint, nō generalis omnium, sed propria cuiusq. illorū ratio quæreda sit. Animal autem, quod de illis cōmuniter dicitur, aut nihil erit, hoc est propriā nullam naturā significabit, sed nomen erit homonymum. Aut posterius erit, hoc est quiddam, quod multipliciter & per prius ac poster<sup>o</sup> dicatur. quæ enim eiusmodi sunt, naturā quidem aliquā significāt, sed quæ non eodē modo se habent in omnib<sup>o</sup>: hōc q. à generibus differūt, quōd Genus est prius, & sublātū aufert secū omnia, quæ sub eo sunt, neq. ipsum cum eorū vllō aufertur. At quod per pri<sup>o</sup> & posterius dicitur, ijs, de quib<sup>o</sup> dicitur, posterius est: quoniā sublato primo tollitur ipsū & quidquid ab illo primo dicitur.

In quibus Alexāder cōsentaneē quidē ijs, quæ a se libi à Philosopho tradūtur, triplicē cōmunitatem distinguit, primā solius nominis, quæ purē homonymorum est: alteram rationis & attributionis ad vnum, eorū propriam, quæ per prius & posterius dicitur: tertiam eiusdē naturæ, quæ generū est & synonymorū. At mirum omnino est nec vlitatū vquam, animal tanquā homonymū per prius & posterius dici: vsq. omnino verbis illis (an iuxta vnum quodq. diuersa) ab Alexādro inferitur. Accedit, quōd paucissimis verbis Philosophi orationē homonymia laborantem facit, si bis animalī nominato, primū significet genus synonymū, deinde statim homonymū & quod per prius & posterius dicitur: cūm præsertim contrario hæc modo affecta sint; genus prius, & homonymum posterius ijs, de quibus dicuntur.

Altera igitur interpretatio fuit, gen<sup>o</sup> duo profus cōtinere duabusq. quasi cōstare partibus. Primum enim naturā & rem quāpiam significat. Nā si nihil esset, nec vniuersale foret, nec gen<sup>o</sup>, nec synonymū diceretur. Deinde esse vniuersale, quod illi naturæ accidit & velut illi<sup>o</sup> accidēs esse intelligitur. Quippe animal substantiam animatam sentientē significat, quæ

*Definitio generis.*

*Prima definitio interpretatur.*

*Commentum in triplici.*

*secundum interpretatur.*

quæ sua natura vniuersale nõ est (nihil enim minus fuerit, si vnũ numero animal sit) sed quatenus est in pluribus specie differentibus. Quæ verò hic dicuntur de animali, non de illo ait dici vt animal est & natura quæpiã, sed vt vniuersale. Nã propterea non absolutè dixit animal, sed adiunxit quod vniuersale. Hocq. ait aut nihil esse, quia propriè nõ est; cum esse vniuersale rem & naturã aliquam nõ significet. Aut posterius esse, quoniam est accidens rei atque ad naturam genericã accedens. Rẽ siquidem & naturã priorè esse oportet, quã id, quod illi accidit. Quare si est genus, animal esse necesse est: at nõ contra, si est animal, genus erit, quia vnicum indiuiduũ animal esse potest. Et sublata quidẽ sentiente substantia tollitur genus, quia quod non est, non potest esse in pluribus: at sublato genere nõ est necesse substantiam sentientem tolli, sed in vno potest subsistere. Itaque posterius interpretatur Alexander posterius re & natura, cui accidit esse genus & vniuersale. Alioqui ipsum animal est prius, si cum ijs, quæ in parte & sub ipso sunt, conferatur. Vno enim horum sublato nõ tollitur illud quod pluribus cõmune est: at si tollatur illud nullum eorum erit, quæ sub ipso sunt.

Ceterum neque altera hæc interpretatio conuenire videtur ijs, quæ ab Aristotele tractabantur. Quorum enim dũ agit nõ vna sit animæ definitio vel vnius generis, an plures vt specierũ plurium; loqui de accidente illo rationis, quod naturæ accidit, dum à nobis cognoscitur; animalq. vniuersale dicere aut nihil aut posterius esse. Definitio quippe non illius est accidentis, sed naturæ, cui accidit illud idèq. accidens. Equo quoq. Cani, Homini, ac speciebus singulis nõ minus, quã animalis ac generis, accidit: nec minus species, quã genus, aut nihil fuerit aut posterius; si ita libeat Alexandro verba illa interpretari.

Ergo verè Themistius, Philoponus, & Simplicius, hæc cõspectare dixerunt, vt generis ac speciei differentiam Philosophus doceat, vt intelligas non parum differre an animam vt genus an vt speciem definiendam suscipias, estq. sermo de specie infima, quæ non amplius in inferiores diuiditur species, sed de solis numero differentibus dicitur. Est autem differentia, quod species perfectam omnino & absolutam naturam significat, cui essentialis accessio amplius nulla fiat vt in rerum natura subsistat; sed per se ipsa in rebus cohæret. Nam etsi in diuiduis addatur materia accedatq. accidentia quã plura; species tamen & forma eadẽ est perfecte vltimò terminata & impartibilis essentia. At genus nusquam per se subsistit; quod terminata & impartibilis natura non sit: sed vt per specierum differentias determinatur, sic in speciebus duntaxat subsistit. Propterea aut nihil est, hoc est nusquam sine speciebus subsistit: aut posterius est, quã singularia, inquit Themistius; quia perfecte & sine specie spectatum notio est ex similitudine singularium collecta. Vel vt mauult Simplicius, posterius quã species; quoniam per speciei differentiam determinatur & specie consistit.

Quo loco ne Themistij sententiam fuisse putes vniuersalia nihil esse in rebus solãq. mentis cognitione consistere, nec aliud quidquam, quã mentis notionẽ ac conceptionẽ, significare. Statim enim de specie, quæ inter vniuersalia item numeratur, idem ipse subiugit: At species natura quædam esse amat & forma: nam ratio hominis, simul atq. iu-

gata materia est, homo fit. Nihil enim amplius addunt singularia, nisi existentiam & accidẽtia quã plura. Moxq. generali quæstione introducta, num genera & species & omnino vniuersalia naturæ sint in singularibus extra intellectum contentæ, an merè illius notionis ac cõceptiones, respondet ea videri quidẽ nudis notionibus proxima, at notionis nudas non esse. Quoniã cum ex singulariũ collatione ac similitudine reponatur, in singularia & naturas euidẽtes ac solidas recidit. Nam neq. animalis notio substantia est animata sentiens, multòq. minus hominis notio potest animal esse rationale (notio enim omnis actionem intellectus & cõceptionẽ significat) sed singulares homines propriè animalia rationalia & dicuntur & sunt. Si quis enim hominẽ vnũ toto terrarum orbe cõstituat, nimirum tãc hominis definitio in vnus hominis rationem inclusa cõprehensãq. fuerit; quæ nimirum nunc in tota hominũ multitudinẽ cõtinetur. Hoc ipsum est, quod in scholis nũc eorum, qui sapiẽter Philosophatur, resonat, vniuersale formaliter & vt vniuersale est, quod de multis dicitur aut dici potest, in mẽte duntaxat esse, in rebus tamen extra intellectũ habere fundamentum, eiusdẽ naturæ cõmunitatem.

Nam & Alexander genus vniuersale tum natura cõstare dixit, tum vniuersalitate, quæ naturæ accidit, naturãq. vniuersalitate priorẽ esse, & Philoponus Animal vt genus vniuersale propterea posterius dici, quia in sola est mente, dum intelligitur: vt autem natura quædam est & substantia, quæ definiti potest, in rebus ipsis esse. Quin & Philosophus ipse plurimũ in locis vniuersale in rebus agnouit. Nam in lib. de Interpretatione cap. 5. rerum hanc partitionem fecit, vt quædam esse vniuersales diceret, vt hominem; quãsdã singulares, vt Calliam. Et in 1. de posteriori Analyfi tex. 5. vniuersalia priora esse & notiora natura, singularia sensu. Et tex. 43. vniuersale semper & vbiq. esse. Et tex. 25. nullum quidem esse vniuersale præter multa & à singularibus separatũ; necessarium tamen esse, si constare sciẽtia debeant, esse aliquid vnũ & idem in pluribus; & nõ homonymè solãq. voce cõmune. Non enim, inquit, erit vniuersale, si hoc non sit. Et in tex. 68. lib. 2. de Anima nõne dicitur esse eandem esse in aere, aqua, & cælesti corpore perspicuitatis naturam? Et in tex. 51. li. 7. Metaph. eandem animalis naturam esse dixit in omnibus speciebus. Quare in tex. 57. & in lib. 10. tex. 6. aduersus Platonẽ genera conficit & species & omnino vniuersalia à singularibus separata non esse, sed in illis ipsis existere: quippe quod cõmune est, in pluribus esse oportet. Et in tex. 45. lib. eiusd. 7. vniuersale definitur esse id, quod pluribus natura est aptum in esse. Et tex. 35. homo, inquit, & equus, & quæ ita se habet, in singularibus sunt; & vniuersale quidem ex forma & materia vniuersali cõstare, singulare autẽ ex vltima materia. Et tex. 39. Homo aut animal quod fit ex anima & corpore, dicitur vniuersale; quod autem ex hac anima & hoc corpore, singulare. Et li. 1. Physic. tex. 76. aliud est fieri animal ex animali, aliud fieri hoc animal ex hoc animali. Et in proœmio Metaph. Medicus nõ sanat hominem nisi ex accidenti; sed per se Calliam aut Socratẽ: & 2. Physic. tex. 33. dum Polycleus est ex accidenti causa statũq. homo quoq. & animal, quæ in eo sunt, ex accidenti causæ existunt. Nimirum,

si omnia persequat; si illud fuerit ad didisse; Philosophum ubiq. scientias docuisse non res singulas, sed vniuersas tractare; Harū enim cognitione delectatur & perscitur intellectus noster: dumq. sensus singulis occupatur, vniuersales quoq. & immateriales quatit. Et definitiones omnes, diuisiones, propositiones, ac demonstrationes rerum sanè sunt, non uocum aut notionum; etsi uocibus utamur ad promendas notions, quas de rebus mente formauimus: atque ut est in 1. Elench. li. c. 1. uocibus pro rebus utimur.

*Vniuersalia non esse à rebus singulis separata.*

Idem tamen hi Peripatetici decreuerūt, nusquā hęc vniuersalia à rebus singulis separata subsistere. Quicquid enim in rerum vniuersitate subsistit, singulare est, & ut verè Boëtius scripsit in lib. de vniuersitate & vno, idè est quia vnum numero est. Nam propterea est, quia productum est: productiones autem omnes & actiones singularium sunt. Vnde illud; Primis interemptis substantijs vnā cum illis secundæ quoq. pereunt. Deinde vniuersalia essentialiter & in quid de singularibus non dicentur, si non in ipsis, sed ab illis seorsim essent.

*Natura rerū tribus modis consideratur.*

Ergo tribus modis natura qualibet, siue generis siue speciei, consideratur. Primum in rebus singulis. Deinde in mente à rebus singulis separata. Postremo percipit, quatenus essentialem attributorum conjunctionem ac definitionē significat: Sanè si r. accipitur modo, singularis est; si altero, vniuersalis; si tertio, neq. singularis neq. vniuersalis, sed ad vtrumq. indifferens. Quippe & singularis fit, dum conditiones singulæ ad res singulas cōtrahunt; & vniuersalis, dum ab intellectu cognoscitur ut pluribus communis & apta de illis dici. Quod si per se singularis esset, nō quā fieri vniuersalis posset; sin autem vniuersalis; nunquā euaderet singularis. Quia quod per se conuenit, semper & ubiq. conuenit, illiūq. oppositum nec per se nec ex accidenti conuenire vnquā potest. Sola itaq. essentialia attributa significat, entisq. vnitatem habet transcendente, qua est indiuisa in se, hoc est non plures natura; & diuisa à quacunq. alia natura. Et entitas vnāqueq. seipsa est vnā, quia non est alia entitas, quā sua. Nullam verò vnitatem formalem, qua vel singularis vel vniuersalis dicatur. Ut autē existit in rebus singulis, sic sanè singularis est & numero multiplex: neq. speciei aut generis vnitatem nisi negatiuam habet; qua Socratem & Platonem dicimus vnā habere specie naturam; hominēq. & equū vnā genere; hoc est nō differentem ac diuersam. Atque hęc vnitatis negatiua fundamentum est veræ vnitatis formalis, specificæ aut genericæ, quæ mētis cognitione ac cōparatione accedente efficitur.

Quod & Alexandrum & Philoponum tradidisse cognosces, & pulchrè Themistij verba illa significauerunt; Sanè videntur genera & species nudis notionibus proxima; quæ tamen cum ex singularium collatione ac similitudine reponantur, in singularia & naturas euidentes ac solidas recidunt. Et Auerrois illa; Genera & species sunt res particulares extra intellectū, sed in intellectu est qui facit in eis vniuersalitatē. Dum enim similitudinem eam & nō diuersitatem animaduertit, vnā esse in omnibus naturam pronuntiat. Ex qua demum rationis vnitatis cōsequitur illa relatio rationis ad illius naturæ inferiora, quam intentionem secundum logicā speciei aut generis & omnino vniuersalis appellamus. Neq. vniuersali huic, quod est in mente, respondet in rebus natura vlla vnā cōmunis multis; sed solū

inferiora illa cōfunde & indifferenter simul sumpta quoad essentialia & ut naturam habet vnā negatiuè cōmunem, hoc est nullius eorū propriā. Hoc enim distinguitur vniuersale ab indiuiduo vago, cui singularia respondēt ut singularia sunt, accidentibus & cōditionibus proprijs singulorum affecta. Ita vniuersalia materialiter sunt sanè in rebus ante mētis actionē: at nō actu à singulis rebus distincta; sed solū potestate, qua mētē possunt ab illis abstrahi ac per se seorsim intelligi. Atq. in reb. omnia sūt singularia, neq. vlla est vnitatis actus realis & positua, nisi numerica, vnitatis verò speciei aut generis fundamentum dūtaxat est. Ideoq. pronūtiavit Philosophus, Animal quod vniuersale aut nihil à rebus singulis distinctum esse, aut posterius esse. Neq. ad huius loci expositionem opus est plura de vniuersalibus dicere. Sed quod additur.

*Vniuersalia materialiter sunt sanè in rebus ante mētis actionē.*

TEXTVS.

*ἡ φύσις τῶν ὄντων ἐστὶν ἡ καθ' ἑαυτὴν οὐ κατὰ τὴν ποσιν.*

*Eodemque modo & si quid commune aliud prædicetur.*

COMMENTARIVS XV.

**D**Vob. modis licet exponere. Aut generaliter de quocūq. vniuersali; siue illud prædicetur ut genus, siue ut species: ut quod de genere dictū est, vniuersè de vniuersali quouis affirmetur; illud, ut est vniuersale, aut nihil esse, aut post mētis cognitionem & abstractionem esse. Aut de solo Genere; ut quod de animali fuerat affirmatum, de alio quocūq. dicatur, quod eodē modo quo animal & ut cōmune genus, prædictus. Si priorem sententiam accipias, eò spectabūt hęc verba, ut omnino difficile esse ostendant animæ definitionem inuenire, siue vnā tanquā vnius generis, siue multiplex tanquā specierum plurium adferenda sit definitio. Quippe vniuersale quodlibet, siue genus sit siue species, aut nihil est aut posterius est.

Posterior tamen accommodata magis fuerit eūm præsertim iam positum sit priora illa verba (animal autē quod vniuersale) eò pertinere, ut generis ac speciei differentia significata, intelligeretur non parūm differe an ut genus an ut speciem definire animam velis. Genera namque tenuiores particularium similitudines sunt, species clariore & expressæ magis. Species absolutæ naturæ sunt, quæ per se subsistunt totāque singularium essentiam continent; genera non nisi in speciebus consistunt, ad quas essentiali addita differentia contrahuntur. Et quamuis omne vniuersale aut nihil sit aut posterius sit; multò tamen magis genus, quā species: quoniam & communem & obscuriorem naturam significat, atque à singularibus speciei prius, posterius generis notio abstrahitur. Propterea haud parūm intererit, an ut genus an ut species definienda sit anima.

Atque hanc interpretationem multò magis confirmabit implicitius, qui hęc verba de ijs intellectis quæ per prius & posterius ducuntur, quodq. de synonymo genere fuerat dictum, de homonymo quoque voluit affirmari. Etsi obscurior est synonymi generis, quā speciei definitio; multò magis ea fuerit, quæ homonymi futura sit.

*Genera & species naturæ quælibet.*

TEXTVS.

TEXTVS.

Επι δε ει μη παρὰ ψυχῆς, ἀριστοτελῆς πρὸς τοὺς ἰσοκράτους τῶν ψυχῶν, ἢ τὰ μόρια, ἡλικίαν δ' καὶ τῶν ἰσοκράτους, τὰ πρὸς τὴν ἐπέεσσι ἀναλλογῶν.

Rursum autem si non multa anime, sed partes; utrum oporteat prius querere totam animam an partes. Difficile vero & hanc definire quam inter se diuersa sint.

COMMENTARIVS. XVI.

Sextam hic questionem proponi dixeris; quæ alteram partem accipit illius, quæ in tex. 7. proposuit, an omnes anime sint eiusdem speciei, an vero specie differentes genere solùm conueniant. Huius enim propositionis posteriori accepta parte in tex. 8. quaeritur, an si genus solùm commune habeant, definiendæ omnes sint iuxta communem generis naturam definitione vnica, an pluribus iuxta propriam singularum speciem. Nunc autem priorem partem examinat: queriturque an si plures non sint animarum species, sed omnium vnica, quæ plures duntaxat habeat partes; agendum prius sit de tota illa anima, an de partibus eius.

Cuius questionis dum rationem eam exposuerunt Themistius ac Philoponus, quod ex vna parte à toto inchoandum videat, quia totum notius est & manifestius, quam partes: ex altera vero simpliciores partes sunt, neque cognosci compositum potest, quin ea, ex quibus compositum est, cognoscantur: abusi videntur nomine partis aliaque prorsus acceptione vsurpasse, quam hoc loco libuerit philosopho vsurpare. Partes namque facultates dici & ipse consentit Philoponus, & manifestum est ex consequenti sermone; quo rursum proponet, utrum partes prius, quam operationes, & has, quam obiecta, querere debeamus. Facultates autem partes sunt, non compositionis, sed virtutis operandi: Et notiores ac manifestiores; tum quia posteriores & animam consequentes; tum quia per operationes sese produnt ac manifestant nobis. Itaque hæc potius fuerit questionis ratio, quod ex vna parte anima prior est velut principium & causa facultatum; nec sine ea cognosci satis facultates possunt: ex altera vero facultates notiores sunt ac manifestiores; ex quibus anima cognitionem colligere nos oporteat.

Dum autem iisdem Themistius ac Philoponus quaeri dicunt, an plures sint in nobis aut vniuersæ in animatis anima; verbis prorsus philosophi aduersantur, atque id in questionem vocant, quod ipse tanquam, datum accipit. Ait enim (si non multa anima, sed partes) quaeriturque, an prius de anima vniuersa, an de facultatibus eius agendum sit.

Iam posteriorem quoque huius cõtextus partem ad propositam questionem pertinere Themistius putauit; quasi reddatur ratio, cur si vna sit anima, quaerendum sit, an multa sint facultates: eaque sit ratio, quoniam difficile sit eas distinguere. Ego vero potius (quod & Simplicius subobscure significauit) septimam questionem arbitror continere, quamnam partes aut facultates anime distinguantur ab alijs. Quare quod de animarum distinctione, si

plures sint, antea proposuit, an numero solùm distinguantur, an etiam specie; in facultatibus quoque difficultatem habere subiungit, ut quænam illarum distinctio sit, constituatur. Quamquam non tam quemadmodum, quam quamnam eorum ab alijs distinguantur, quaerendum ait: an nutritrix ab auertrice & procreatrice, an sensus à phantasia, hæcque ab intellectu: & rursum an ratione sola, an etiam re & subiecto differant.

Simplicius autem generalem sententiam pronuntiauit, difficultatisque causam exposuit. Sententia est; In vno & eodem animali, siue Homo sit siue aliud quod vis, vnicam esse animam, & ided facultates omnes; quæ aut in vno aut in pluribus eiusdem speciei animalibus insunt; eiusdem speciei esse solâque ratione differre, eas vero, quæ in animalibus specie diuersis specie quoque differre, atque inde speciei differentiam in animalibus peti: Quam sententiam pluribus examinare huius loci non est. In secundo tamen libro demonstrabitur verissimè dictum fuisse vnicam in viuentibus singulis in esse animam: facultatum tamen distinctionem non ex animabus; sed ex actionibus & obiectis ducendâ esse, quod in commentario quoque duodecimo admonui. Et quamuis in his accepit Simplicius facultates re ab anima non distingui, sapientis tamen Philosophi non est differentiam ex illis petere, quæ ex forma vbiq. petenda est, & ided ex anima vt anima est, vt nõ facultas. Quamquam nec satis intelligo quid illud sit, facultates eiusdem speciei esse, at ratione differre. Quid enim est ratione differre, nisi definitione ac forma differre: Quæ verò definitione ac forma differunt, specie sanè differunt. Quod si eiusdem speciei esse propterea dixit, quod idem re sit, improprie locutus est speciei que voce abusus.

Difficultatis potro causam eam proposuit, quod anima natura sit media, tum vna & multiplex, tum impartibilis & partibilis: quod vero medium est, extremi vtriusque videtur esse particeps & anceps, quodammodo natura. Verum hæc Platoni magis consentirent, qui ex partibili & impartibili composuit animam, quam Aristoteli, qui simplicem Entelechiam esse voluit. Potior difficultatis causa fuerit, tum anima occulta essentia, tum obscura actionum & obiectorum cõditio, ex quibus facultates distinguere oportebit. Ceterum cum de his nihil nunc Philosophus affirmet, neque nobis quidquam est affirmandum.

TEXTVS.

Καὶ πρὸς τὰ μόρια δὲ ἑστὶν πρὸς τὸν ἢ τὰ ἔργα αὐτῆς αἰσῶν τὸ νοεῖν ἢ τὸ νοεῖσθαι, καὶ τὸ εἶδεναι, ἢ τὸ εἶδέναι, ὁμοίως δ' ἐστὶν ἔργον εἰ δὲ τὰ ἔργα πρὸς τὸν, πάλιν αὖτε ἀπορίων, ἐστὶν τὰ ἀπὸ μέρους πρὸς τὸν τὸν ἑστὶν ἢ τὸ εἶδέναι, ἢ τὸ εἶδέναι καὶ τὸ νοεῖν ἢ τὸ νοεῖσθαι.

Et num partes prius oporteat querere an actiones earum: velut intelligere an intellectum; & sentire, an sensuum. Eodem autem modo & in alijs. Si vero actiones prius, rursus quissam dubitabit, utrum ne ante hæc opposita quaerenda sint: ut sensibile ante sensuum, & intellectibile ante intellectuum.

COMMENTARIVS. XVII.

Octaua hæc est questio, quæ duas omnino partes cõplectitur. Si enim de facultatibus prius,

quàm de essentia animæ agendum suscipiamus; quòd etiam anima facultatibus prior existat & velut earum principiu sit & causa; scientiaq. ex prioribus & causis procedat; facultates tamè notiores nobis sunt; estque intellectus nostri imbecillitati aliquid condonandum. In ipsarum tamen facultatum peruestigatione non absimilis oritur dubitatio, num de facultatibus prius (partes enim, ut iam diximus facultates dicit) an de illarum actionibus dicendum sit. Facultates quippe priores sunt & actionum principia; sed actiones facultatibus manifestiores nobis. Sentire namq. & intelligere notiora existunt, quàm sensus aut intellectus, quoniam operationem vnusquisque in seipso animaduertit; quid autem sit facultas illius principium, non facile assequitur. Sensituum autem pro sensu fuisse positum, intellectus nominatus declarat. Idem de vegetante, appetente, mouenteq. facultatibus atq. illarum actionibus intelligas. Sed intellectum & sensum tanquam præcipuas & optimas facultates cognoscentes, & idè intellectum primo loco, deinde, sensum nominauit.

De facultatibus prius an de actionibus.

Num de obiectis prius an de actionibus.

Rursum si de actionibus prius, quàm de facultatibus agendum constituitur; quæstio item fuerit, an de obiectis, de sensibili inquam & intellectu, prius agendum sit; an de actionibus sensone & intellectu. Iam enim sensituum & intellectuū sensus atq. intellectus actionem dicit, facultatem pro actione & principium pro effectu nominans. Quòd si quis homonymiam criminetur, dum antea sensum, deinde sensone Philosophi sensituiū appellauit, enim ab eo ipso satis superq. dilutum fuisse intelligat, dum quo sensu vocem vsurparet, utrobique aperte exposuit. Primum enim de facultatibus & actionibus querens facultatis exemplum posuit sensituiū, actionis sentire. Deinde de actionibus & obiectis proponens, sensibile obiecti, sensituum actionis exemplo commemorauit. Ac rursum antea quidem sensituiū intellectum opposuit, qui manifeste facultatem significat, post autè sensituiū atque intellectuū sensibile & intellectu, obiecta circa quæ sensone nimirū & intellectu actiones versantur. Propterea que obiecta appellauit opposita, quòd ad actiones, quæ circa illa sunt, referantur, relatorumque more opponantur illis. Atque in hac posteriori quæstione fanè de obiectis prius videtur agendū: ferè enim, inquit Themistius, notiora sunt ea, quæ percutiunt sensum, quàm ipsa percussio, ut visibilia, quàm visio, & audibilia, quàm auditio, quoniam ita sensibus subijciuntur, addit Simplicius. Quare quod Themistius dubitando subiungit (fortasse autem intellectu, quàm intellectu) omnino affirmauit Philoponus secus intellectu habere, ignotūq. intellectu esse, quoniam est supra nos: oportetque eū, qui intellectu cogniturus sit, prius scire quid sit intellectus. Nos quoniam nūc Philosophus nihil definitè loquitur, sed dubitationes proponit, de hac tota re cū illo ipso in expositione tex. 33. lib. 2. sententiā dicemus. Interim appostè magis Simplicius intellectu duplex distinxit: vnum in sensibus contentum alterum, abstractum & separatum. Quorum hoc ignotius sit intellectu, quoniam intellectu nostro superius est neq. ad illud facile attollit se intellectus noster: illud verò notius, dum intellectu corpori iunctus ad sensibilia propensus est, nec facile in seipsum actionemq. suam nisi ex aliorum intellectu redit. Ita intellectus

An intellectu agens prius quàm intellectu.

nostri natura inter sensibilia & intellectuilia separata quasi medio loco constituta, ex sensibilibus intellectu in seipsum atque ex seipso ad separata intelligenda progreditur.

TEXTVS.

Εἰς τὴν δὲ ἰσχυρὴν τὴν ὁρίσασθαι χρὴσθαι τὴν ἀποδοτικὴν δύναμιν τῶν αἰσθητικῶν καὶ τῶν διανοητικῶν, ὅτι τὸ ἀποδοτικὸν ἐστὶν ἐκ τῶν αἰσθητικῶν καὶ τῶν διανοητικῶν, ὅτι τὸ ἀποδοτικὸν ἐστὶν ἐκ τῶν αἰσθητικῶν καὶ τῶν διανοητικῶν, ὅτι τὸ ἀποδοτικὸν ἐστὶν ἐκ τῶν αἰσθητικῶν καὶ τῶν διανοητικῶν.

Videtur autem non modo quid est cognoscere utile esse ad causas eorum, quæ substantias accidentis, cognoscendas, velut in Mathematicis quid rectum & quid curuum, aut quid linea & superficies, ad cognoscendam quorundam trianguli anguli aequales: verum etiam contra conferunt accidentia magnam partem ad cognoscendam quid est. Cum enim habuerimus rationem per phantasiam de accidentibus aut omnibus aut pluribus; tunc de substantiis quoque habebimus aliquid dicere quam optime.

COMMENTARIVS XVIII.

Sane hunc sermonē Aueroës non semel dixit esse per se apertū ac manifestū. Ego vero magnam interpretem viderē in illius expositione discordiam. Namq. Albertus & S. Thomas aliam adhuc difficultatem intellexerunt proponi: quam ex eo deducit Albertus, quod præter facultates accidentia item propria cognoscere oporteat, quoniam ea quoq. ad cognoscendam essentiam nō parum cōferunt. Atq. S. Thomas ex eo, quòd definitio non essentialiū modo, sed & accidentalīū principiorū cognitionem requirit. Quippe essentialia differētia ignota sunt, earūq. loco accidentaria in definitionibus vsurpamus, ex quibus essentialia cōiijcimus. Ita ferè Latini.

Sed Græci non ita. Verū Themistius quidē superiorib; hæc videtur subiungere, quasi admoneat nos Philosophus, non solū definitionem bonā accidentium item propriorum cognitionē facere, sed & contrā, horum cognitionem cōferre plurimum, tum ad notitiā substantiarū, tū ad definitionē colligendam. Philoponus autem methodum ait inueniendæ definitionis exponi, admonendo nō solū definitionē ad substantiaalia cognoscendam, sed proprietatum item cognitionem ad intelligendū quæ rei definitio sit, cōferre. Ac demū Simplicius copie & abundantē cōparandę rationes dati, quæ propositę difficultates explereentur. Definitio namque ad cognoscendas proprietates nos preparat, dum earum proponit causam, quæ essentia est: & rursum proprietates notiores nobis ad occultam essentiam cognoscendam preparat.

Ceterum optime Arabs mihi videtur hunc locū intellexisse. Dubitauerat enim Philosophus in superioribus quæstionibus, an à prioribus an à posteriorib; incohandum esset, dū quæsit an prius de facultatibus an de actionibus, & versū, an prius de obiectis an actionibus agendū esset. Propterea nūc quasi

Et à prioribus & posterioribus scimus progredi.

quali rationem dubitandi exponens adiungit, utrum procedendi modum scientijs vtilem atq. vsitatum esse. Si enim à prioribus atq. ab essentia cognitione ac definitione ducatur principium; dum accidentium propriori, quæ demonstrari debent, exponitur causa; methodus hæc tum optima est ad accidentia illa cognoscenda & demonstranda; tum mathematicis familiaris, qui vt ostendunt triangulū habere tres angulos duobus rectis æquales, definitionem recti & curui, lineæ & superficie præmittunt; ex quibus trianguli proprietates & accidentia cognoscunt atq. demonstrant. Quamquam lineæ ac superficie definitiones exempli causa commemorata fuisse videntur: siquidem in illius proprietatis demonstratione nullus est illorum vsus, nulla mentio; vt apud Euclidē videas in trigesima secunda libri primi propositione. At vicissim accidentia quoq. conferunt plurimum ad cognoscendam essentia & causam: Atq. ita ferè progredimur in naturalibus in quibus ex accidentibus sensui manifestis occultam essentia & causam inuestigamus; analysi nimirum videntes, atq. accidentia seu proprietates in eas omnes causas resoluentes, à quibus proficisci posse videatur. Dū enim singulas examinamus atq. cū ea, cuius causam querimus, proprietate cōparamus; propriam tandem illius causam inuenimus. Cūq. accidentia omnia propria aut certè pleraq. quæ sub sensum & phantasia cadunt, perfectè cognouerimus; tunc de substantia quoq. licebit nobis aliquid cum veritate dicere. Esti verò absoluta demonstratio ab essentia definitione ad accidentia, à causa ad effectum, à prioribus ad posteriora progreditur: ferè tamen fit, vt quoniam accidentia, effectus, & posteriora notiora nobis sunt, cogamur intellectus imbecillitati aliquid dare, atq. à notioribus ad ignotiora & progredi, & ex accidentibus & effectibus essentiam & causam inuestigare, quibus inuentis certiore scientia ad accidentia & effectum regredimur.

Quæ dum Philosophus loquitur, etsi nihil hoc loco constituere velit, significat tamen posteriorē hanc methodum in animæ sibi explicatione tenendā esse: tum quod naturalibus ferè omnibus rebus tractandis cōmunis est: tum quod obsecrā prorsus anime naturā ita cogimur ex notioribus querere.

Porrò causa diuersitatis huius procedendi in naturalibus & mathematicis, ea est apud Simplicium; quoniam Mathematicæ disciplinæ accidentia sola considerant, quæta & qualia, quæ sensui & phantasia nota sunt, neq. de vera & propria essentia agūt, vt est in tex. 44. li. 12. Metaph. (ea enim solius substantiæ est) immò ab ente quoque dicuntur abstrahere. Naturalis autē scientia substantia item ac veram essentia scrutatur; quæ sola mente ac ratione comprehenditur, estque ex sensatis inuestiganda. Itaq. à definitione & causa Mathematicus incipit, & vt est in tex. 68. lib. 2. Physic. ad ipsum quid reducit propter quid. Sed nec verā definitionē aut essentia vel causam habet, sed similitudine ac propositione quadā: neq. vbiq. sed primæ demonstrationes ex definitione & essentia ea sūt, ceteræ aut sēsu notissimas propositiones accipiūt, aut ex vno accidente aliud ostendūt. Naturalis etsi ab accidentibus ordiatur, post tamen veras adfert definitiones, veras essentias, veras causas. Omnino vt ens in substantia & accidente nominatur, sic definitionē essentia, causam, & demonstrationē in naturalibus & mathematicis dixeris. Idēq. Simplicius essentia

Mathematicæ demonstraciones qualis.

Naturalis quales.

**A** hoc loco non proprie, sed cōmuniter formā omnem, in quacūq. sit entis cathēgoria, interpretatus est. Contrā Themistius & Philoponus accidentia non queuis, sed propria duntaxat intelligenda esse monuerunt. Nam & hæc cum essentia coniuncta sunt, & ostendūtur demonstratione. Quoniā tamē in tex. 2. lib. primi Physic. & tex. 10. libri septimi Metaph. vniuersè affirmat Philoponus innatā nobis viam esse ex notioribus nobis ad notiora natura, disciplināque omnes per minus nota natura ad magis nota fieri, propterea mathematicos intelligendum est ex definitionibus illis ac generalibus propositionibus docēdi principii facere, quod ex nobis quoq. notissimæ sint ac manifestissimæ.

**B** Porrò non immeritò Philosophus accidentia dixit magnā cōferre partē ad cognoscendū quid est. Quoniam non solum ex proprietatibus existentia essentia colligimus, quod illa sine hac esse nō possunt: verū etiā quid ipsa sit queque illius definitio. Quippe inter effectum & causam tum existentia nexus est, tum similitudo nature, qualēq. proprietates fuerint, talē colligimus essentia esse, quæ illarum sit causa. Quo fit persapē, vt essentialē rei differentia ignorates accipiamus in definitione proprietate quampiā, & quidē si liceat omnium primā, quæ absq. alterius interuentu ex essentia oriatur. Aut si proprietatem quoq. ignoremus, tot cōiungimus accidentia communia, vt cū omnia simul alteri nulli conueniāt, proprietatis locum habeant aut etiam esse essentialis differentia.

**C** At qui fit, vt nulli rei essentia nisi ex accidentibus colligēdo assequamur. Nimirū intellectus nostri cōditio id facit, qui cū corpore sensibūq. cōiunctus liberè operari non potest; sed sensu actionē sequi atq. ex illis cognitionē suā cogitur medicari sensus autē accidentia comprehendūt. Vnde illud erit in 3. lib. Nunquā sine phantasmate intelligit anima, sed cū cōtemplatur, necesse est simul phantasma aliquid intueri. Neq. prima notio mentis potest esse notio substantia solius absq. accidentis permissione. Sensus quippe offerūt accidentia: primāq. notio confusa est atq. ex accidenti & substantia permixta, quæ substantia quidē sed accidentibus inuolutā nostra mens comprehendit: vt albi concretū ens, quod obijciunt sensibus. At in albo sensus primū & per se percipit accidens, connotādo substantia, cui accidens inhaeret, mens verò primū & per se cōprehendit substantia, secundum verò loco accidens, quo affecta & cōiuncta substantia est. Quare vt ab notione cōfusa, quæ substantia atq. accidentis cōgeries quēdā concipitur, substantia & essentia rei nudā separet, ratio cōtatione opus est, quæ vbi albedinē, & id quod albedine albescit, separet, alterū alteri aduenire & recedere, alterū se per manere, alterū alteri inhaerere, alterum per se coherere, & idē alterū esse accidens, alterū substantia, animaduertat. In qua sanē notionū separatione prior est accidentis notio: tum quod à sensatis vel notioribus perpetuò mens nostra incipit: tum quod separatio illa fieri per remotionē videtur, quæ remotis ijs, quæ sunt extranea essentia rei tandem assequimur. Cūq. ex sensibus principii fuerit inuestigādi substantiam, æquum item est, vt accidentibus remotis propria illius notione vltimò consequatur. Ita & cognitio substantia definitioq. essentia colligenda ex proprietatibus est, & accidentia propria verè pronuntiauit Philosophus magnam cōferre partē ad cognoscendū quid est,

Accidentia vt conferant ad cognoscendum essentia.

Cur ex accidentibus querenda substantia.

Prima notio notio qualis.

Vt substantia notio à notione accidentis separetur.

Idēq. Simplicius essentia

*Non circulum, sed regressum in se esse.*

Verum enim verò cum affirmaverit quoq. quid est ad accidentia cognoscenda vile esse, ob ambulatione quandã & circulum fatetur esse Themistius. At duobus modis respondeat Philoponus. Primum quidẽ non eadem esse accidentia, ex quibus definitio colligitur, quaque rursus ex definitione ostenduntur. Definitio namque ex perspicuis & manifestis colligitur accidentibus; quæ autem manifesta non sunt, ex definitione ostenduntur. Deinde verò eadẽ quidẽ esse accidentia; nõ ad idẽ tamen regressum fieri. Quonia ex accidentib<sup>9</sup> hæc esse collegimus huius rei definitione, at ex definitione nõ ostendimus accidentia esse (hoc enim est notũ) sed cur sint. Sanẽ Philosophũ de eisdẽ accidentibus loqui manifestũ est. Posterior autẽ respõsio tũ Aristotelis consentanea est, qui propterea nec circulum faceret, quẽ in analyticis ostēderat in scientijs locum nõ habere, nõ absolutẽ dixit definitione vile esse ad accidentiũ cognitione, sed ad cognoscendã causam cur ea substantijs insint: vt nimirum definitione inuenta confici demonstratio possit, qua cur insint ostēdatur, quod sensu antea nõ cognoscēbatur. Tũ omnẽ tollit difficultatẽ, quoniam non est regressus ad idẽ, sed ad aliquid aliud quod ignorũ antea erat: & vtraq. ratiocinatio ex notioribus ad ignotiora procedit. Nã in 1. quoq. Phys. li. tex. 1. Scientiã cognitione ex causis ducendã esse asseruit idẽ Philosophus; & mox in tex. 2. & 3. eas ex notioribus nobis inuestigandas esse: eodẽq. modo ex accidentibus notis inuestigatur definitio, rursusq. ex ea inuenta tanquã ex causa accidentiũ scientia instituitur.

TEXTVS.

*Polone idã modũ dicitur nã dicitur, nõ rã dicitur.*

*Omnis namque demonstrationis principium quid est.*

COMMENTARIVS XIX.

Causam quidem exponit cur definitio confertur plurimum ad accidentia propria cognoscenda: sed simul causam quoq. cõplectitur, cur ex proprijs accidentibus manifestis essentia definitio sit perquirenda. Demonstrationis enim principium definitio est, demonstrationeq. proprietates scientiaria ratione cognoscimus atq. essentia inesse ostēdimus. Itaq. tũ ex definitione proprietates cognoscuntur, tum ex proprietatibus definitio antea inuestiganda est, vt mox ex inuenta definitione demonstrantur. Digressio prima. De medio Demonstrationis.

*Essentia & definitio duobus modis considerari.*

Sed etiã atq. etiã cõsiderandũ est quod ait, Demonstrationis omnis principium esse quid est. Hoc nimirũ est medius termin<sup>9</sup>, qui tanquã ratio cõiungẽdorũ extremorũ quæritur. Ideoq. aliquid esse debet, quod sit causa cur mai<sup>9</sup> extremũ insit minori. Essentia rei principium est & causa suarũ proprietatum: duobusq. modis consideratur: tũ in se, vt suos grad<sup>9</sup> essentielles dicit, tũ per ordinẽ ad proprietates; quarũ principium est & causa. Et definitio quoq. quæ essentia explicat, tum consideratur vt definitio est & essentia per se spectatã indicat, facitq. cognoscere quid res sit, tũ vt continet causam, cur illi proprietates insint.

*Demonstrationis maiorem definitionem.*

Ergo definitio, non vt est definitio, sed vt proprietatis maiorisve extremi causa, demonstrationis mediũ fuerit. Demonstratio nãq. mediũ querit, quod sit causa, quia quod demonstratur, oportet scire per causam; & scire est rã per causam co-

gnoscere: per causã in quã non modò cognitionis, sed etiã rei, quia debet esse causa, ob quã res sit; hoc est causa prior natura, & quæ producat rã: & causa propria & adæquata, quia hæc sola est, per quã res est & cognoscitur necessariò esse; & sola potest facere propositiones vniuersales essẽq. definitio; cũ definitio ex proprijs cõstet & cũ re definita reciprocetur, hocq. Philosophus voluit, cũ in 1. lib. de Posteriori Analyti tex. 1. 8. & 11. idem dixit esse quid & propter quid; & in omni quæstione quærit mediũ, atq. ex omni causarũ genere confici demonstratione posse. Hęc enim omnia demonstrationis mediũ ostēdunt esse causam vt est causa. Deinde si in demonstratione soluitur quæstio cur res sit, sane qui quærit cur res sit, causã querit. Quare cũ in demonstratione accipitur definitio, non accipitur vt explicat quid & est definitio (illud enim alia est quæstio, quã cur sit, hæcque diuersum a demonstratione instrumentum, quod in prima mens functione versatur) sed vt indicat causam cur sit. Demonstrationisq. obiectũ proprietatis est, quæ per aliquã causã subiecto inest, per eamq. demonstrari debet: causa verò essentia est. Quod sit, vt supẽ in demonstratione definitio tota nõ accipitur, sed ea sola pars, quæ proprietatis est causa: quoniam nõ accipitur vt definitio, sed vt causa. Si enim acciperetur vt definitio, acciperetur tota: & aut acciperetur definitio proprietatis aut definitio subiecti: vtraque verò explicaret quidem quid proprietatis sit, quidve subiectũ, at neutra proprietate inesse curve insit ostēderet. Dũq. in 2. norato lib. eorũ exemplũ adfertur, in quibus idẽ est, quid & propter quid, & in quibus dũ cognoscitur, quid, cognoscitur etiam propter quid, exemplũ semper adfertur, quod rei causam cõtinet: quia nimirũ definitio si demonstrationem ingrediatur, eatenus tantũ ingreditur, quatenus est causa. Non in quã causa subiecti, sed proprietatis: quippe proprietatis nõ subiecti queritur causa: quæ sitũq. proprietatis est subiecto inherens, & mediũ est quæriti mediu: & in tex. 8. & 2. 5. eiusdẽ libri mediũ dicitur esse ratio, id est, causa maioris extremi: atq. in hoc ipso tex. 11. cuius nũc interpretatione facimus, illud ipsum quid asseritur demonstrationis esse principium, quod vile esse dixerat ad cognoscendas eorũ causas, quæ substantijs accidunt. Essentia enim vt est causa, cur proprietates insint subiecto, demonstrationis mediũ est: vt autẽ proprietates, accidens est & velut illud aliquid, sic essentia cognitio ad cognitione quoq. nature proprietatis non parũ habet momenti. Vtrumq. definitio præstat, alterum vt causa, alterũ vt definitio.

Itaq. perfectã demonstrationis mediũ fuerit efficiens causa aut etiã finalis: siquidẽ ad ostendendã proprietate adhibetur definitio essentia vt causa illud efficiens est, aut finalis. Potius tamen efficiens. Nã etiã subitãta dicatur esse accidentiũ finis, & essentia proprietatum, quatenus tamen in demonstratione accipitur vt mediũ efficiens potius est: quod ea sit, propter quã proprietates insint. Eiusmodi tamẽ efficiens causa est, quæ formalis quoq. sit comparatione subiecti, & quoq. etiam modo proprietatis, dũ & plurimũ cõfert ad cognoscendũ quid proprietatis, & per illã proprietates definitur.

Etenim quã diuersa est naturarum cõditio, tam diuersæ definitiones existũt. Naturarum prima est substantia, quæ vt est per se & propter se, nec vllã habet essentia suã aut existentia causam, sic abq. vllõ extrinseco definitur ex proprijs. At accidẽs cũ eiusmodi naturã habeat, quæ alterius quidpã sit & in altero

*Demonstratio non est quædam causa.*

*Demonstratio subiecti accidentis quædam.*

in altero haret & propter aliud, ex cuius principijs oritur; etsi propriu genus habere possit, differentia tamen accipit a subiecto; ideòq. est accidens tale; distinctum ab alio, quia hoc aut illo modo est quid alterius. Vnde diuersæ accidentiū relationes ad substantiā prodeunt; quæ cū nullius determinati generis sint, transcendentes vocantur. Quodq. causa est, vt accidens subiecto insit, illius quoq. naturæ & essentia est causa; atque illius maximè naturā explicabit. Nam si res vnaquæq. ita cognosci debet vt est; ex sola illa causa cognoscetur, cur & quomodo sit quid alterius. Nec solū id, quod est causa, cur accidens subiecto insit, efficiens causa erit, quæ inesse faciat; sed quoquo etiā modo formalis, quia est existentia & essentia accidentis causa, qua posita vel ablata ponitur vel auferitur accidens: quemadmodū in substantijs forma est ex qua suū esse speciei & perfectū, & ideò cognitionē habet. Sic ab eadē illa causa accidens & habet quid, quatenus est quasi formalis causa naturā illius explicans, & propter quid, quatenus est efficiens vt subiecto insit.

*De substantia  
duæ solæ  
quæstio-  
nes.*

Quæ cū ita sint, duæ tantū in substantia quæstiones locū habent, an sit & quid sit. Cū enim alteri nō insit, quæri de illa non potest, qualis sit & cur sit: quoniā hæc inherentiā supponūt, quæ in substantia non est. Quære si quæras, an homo sit risibilis, quæ qualitatē est quæstio, & currisibilis sit, non quæris de substantia vt substantia est, sed vt illi accidentia insunt: nimirum quæris an insit homini risibilitas, & cur insit, quod est quære de accidente, non de substantia. Immo nec duarū priorum quæstionū habet propriè substantia causam. Quia nec habet causam cur sit, à se distinctam: existentia siquidē causa est quiditas, quæ est ipsamet substantia, neque ipsius quiditatis vlla est causa. Quocirca substantia nulla est propriè demonstratio, quia demonstratio eius est, quod inest alteri & habet causam, cū sit cognitio per causam. Sed illius propriè definitio est, quæ simplex quidpiā requirit, quod absq. causa per solam mentis intuitionē cōprehendatur. Estq. instrumentorū sciendia qua partitio, dū definitio substantiarū est propria, & accidentiū demonstratio: quod ille simplices sunt naturæ & absq. causa, hæc cū illis per causā coniūctā.

*De accidente  
omnes  
quæ-  
stiones.*

At verò in accidente omnes quatuor quæstiones esse possunt. Si enim accidens cōsideretur per se, quæri potest an sit & quid sit, vt autem subiecto inest, quod sit seu quale sit, & cur sit. Etsi coincidat an sit & quod sit, quoniā accidentis esse est inesse. Et quid itē sit & cur sit, quia eadem causa, quæ vt efficiens ostendit cur sit, est quasi formalis & indicat quid sit. Vnde illud in tex. 1. lib. 2. Posterioris resolutionis, In omnibus quæstionibus quæri mediū seu causam. Adferunt enim inherentiā causā, quæ causa est & mediū quæstionis an sit & quod sit, cū quæ illa ipsa sit causa cur sit & explicet quid sit, duabus quoq. reliquis satisficit quæstionibus, cur sit & quid sit. Itaq. in omnibus quæritur mediū: quia cū quæritur an accidens sit, nimirum quæritur an sit causa cur insit: quippe accidens nō inest nisi per causam, & ideò quæritur etiā an sit causa quod sit. Quibus cognitis cū quæritur cur sit & quid sit, quæritur quænam sit illa causa, eaq. cognita & habetur quid & cur. Duæ tamen præsertim in accidentibus spectantur, quæstiones, quod & cur. Et enim an sit & quid sit, magis eorū videntur propriæ, quæ nec insūt alteri, nec essentia suæ aut exi-

*Quomodo  
in omni-  
bus me-  
diū qua-  
ratur.*

stentiæ causam habent. Accidentiūq. nō est propriè definitio, quia non possunt ex se ipsis cognosci: sed demonstratio, quia cognoscitur per causā. Contrā substantiarū demonstratio non est; quia causā nō habent: sed definitio, quia ex se sunt, cognosciturq. ex se ipsis possunt.

*Substantia  
definitio,  
accidentis  
demonstratio.*

*Parti dei  
monstra-  
tionis mediū.*

Ceterū causæ, ex quibus accidentia probantur, pro accidentiū diuersitate diuersæ sunt. Quædā enim accidentia sunt veræ proprietates, quæ à natura subiecti, vel tota vel parte, siue formali, siue materiali pendent. Alia non item, semper tamen vel plerūque insunt quæ licet aliquam habeant extrinsecam causam, à natura tamen subiecti quoque pendent. Vt Eclypsis lunæ, quæ extrinsecè quidem ex terræ interpositione oritur, à lunæ tamen natura pendet, quæ lumen ex se non habet sed à sole accipit, estq. minor. quā terra, & ad eò illi propinqua, vt terræ vmbra ingrediatur. Potissima quidē certè demonstratio iudicatur ea, quæ tū verā proprietatē, tum eā quæ ex forma oritur, demonstrat: & ideò mediū accipit subiecti formā, quæ proprietatis est causa. Secundum hanc ea est, quæ materialem proprietatem ostendit, vel ex necessitate materiæ, vel ex fine & ex fine magis, quoniā potissima necessitatis materialis causa est finis, vt in 2. Physic. lib. traditur. Postremum locum demonstrationibus illis damus, quæ proprietatem colligunt, quæ ex causa extrinseca pendent.

Iraque cum demonstrationis mediū dicitur esse forma seu definitio subiecti vt est proprietatis causa, de potissima intelligas demonstrationē. Quoniā cum demonstrationis huiusce mediū oporteat esse indemonstrabile, sola subiecti definitio eiusmodi est. Proprietatis autē definitio vt causā habet in subiecto, sic mediā propositionē facit, quæ per priorē demonstratur, & in primo Posterioris Resolutionis libro tex. 22. & lib. 2. tex. 10. dicitur esse demonstrationis conclusio. Immo si proprietatis definitio accipiatur, peretur sæpè principiu: quod ea definitio æquæ ac proprietatis ipsa ignota sit. Et cū quæstio quid sit supponat quæstionē an sit, dū demonstrandū suscipitur proprietatē inesse subiecto, nō potest vt notū accipi quid seu definitio ipsius. Si ergo prima proprietatis demonstratur, sola subiecti definitio erit mediū. Quod si probentur alia, quæ illius interuētū ex subiecti essentia oriuntur, subiecti definitio per priorē proprietatē determinabitur, aut certè per ordinē ad illā accipietur. Vt enim proprietates ceteræ illius interuētū ex essentia oriuntur, ita per illam cognosci debent: semperq. proprietatis ostendendæ propria & adæquata causa proponetur. Atq. in demonstratione cognoscetur quid sit & cur sit, etsi quid sit nō demonstratur, sed ex demonstratione colligatur. Quid in quæ sit & cur sit, nō subiectū, sed proprietatis: quia hæc cognoscuntur ex medio, quod est definitio subiecti: & vtrūq. de eodē cognoscitur, cū idē sit cognoscere quid sit & cur sit: cognoscitur autē cur sit proprietatis, de eadē igitur cognoscitur etiā quid sit. Quod plurib⁹ in Analyticis explicatur. Etsi enim mediū sit definitio subiecti, mediū tamē nō est neque i demonstratione accipitur vt definitio est, sed vt proprietatis causa: neq. substantia definitur formaliter per suarū proprietatū causā, quod secundariū est & accidentariū, sed per suos grad⁹ essentielles. At quoniā proprietatis cognoscitur formaliter per suā causā, definitio illa vt causā proprietatis cōtinet aptissima est ad illius quid explicandū. Mediū

*Demonstratio  
potissima  
mediū de-  
monstratio  
subiecti.*

Quæ cū ita sint, duæ tantū in substantia quæstiones locū habent, an sit & quid sit. Cū enim alteri nō insit, quæri de illa non potest, qualis sit & cur sit: quoniā hæc inherentiā supponūt, quæ in substantia non est. Quære si quæras, an homo sit risibilis, quæ qualitatē est quæstio, & currisibilis sit, non quæris de substantia vt substantia est, sed vt illi accidentia insunt: nimirum quæris an insit homini risibilitas, & cur insit, quod est quære de accidente, non de substantia. Immo nec duarū priorum quæstionū habet propriè substantia causam. Quia nec habet causam cur sit, à se distinctam: existentia siquidē causa est quiditas, quæ est ipsamet substantia, neque ipsius quiditatis vlla est causa. Quocirca substantia nulla est propriè demonstratio, quia demonstratio eius est, quod inest alteri & habet causam, cū sit cognitio per causam. Sed illius propriè definitio est, quæ simplex quidpiā requirit, quod absq. causa per solam mentis intuitionē cōprehendatur. Estq. instrumentorū sciendia qua partitio, dū definitio substantiarū est propria, & accidentiū demonstratio: quod ille simplices sunt naturæ & absq. causa, hæc cū illis per causā coniūctā.

At verò in accidente omnes quatuor quæstiones esse possunt. Si enim accidens cōsideretur per se, quæri potest an sit & quid sit, vt autem subiecto inest, quod sit seu quale sit, & cur sit. Etsi coincidat an sit & quod sit, quoniā accidentis esse est inesse. Et quid itē sit & cur sit, quia eadem causa, quæ vt efficiens ostendit cur sit, est quasi formalis & indicat quid sit. Vnde illud in tex. 1. lib. 2. Posterioris resolutionis, In omnibus quæstionibus quæri mediū seu causam. Adferunt enim inherentiā causā, quæ causa est & mediū quæstionis an sit & quod sit, cū quæ illa ipsa sit causa cur sit & explicet quid sit, duabus quoq. reliquis satisficit quæstionibus, cur sit & quid sit. Itaq. in omnibus quæritur mediū: quia cū quæritur an accidens sit, nimirum quæritur an sit causa cur insit: quippe accidens nō inest nisi per causam, & ideò quæritur etiā an sit causa quod sit. Quibus cognitis cū quæritur cur sit & quid sit, quæritur quænam sit illa causa, eaq. cognita & habetur quid & cur. Duæ tamen præsertim in accidentibus spectantur, quæstiones, quod & cur. Et enim an sit & quid sit, magis eorū videntur propriæ, quæ nec insūt alteri, nec essentia suæ aut exi-

stentiæ causam habent. Accidentiūq. nō est propriè definitio, quia non possunt ex se ipsis cognosci: sed demonstratio, quia cognoscitur per causā. Contrā substantiarū demonstratio non est; quia causā nō habent: sed definitio, quia ex se sunt, cognosciturq. ex se ipsis possunt. Ceterū causæ, ex quibus accidentia probantur, pro accidentiū diuersitate diuersæ sunt. Quædā enim accidentia sunt veræ proprietates, quæ à natura subiecti, vel tota vel parte, siue formali, siue materiali pendent. Alia non item, semper tamen vel plerūque insunt quæ licet aliquam habeant extrinsecam causam, à natura tamen subiecti quoque pendent. Vt Eclypsis lunæ, quæ extrinsecè quidem ex terræ interpositione oritur, à lunæ tamen natura pendet, quæ lumen ex se non habet sed à sole accipit, estq. minor. quā terra, & ad eò illi propinqua, vt terræ vmbra ingrediatur. Potissima quidē certè demonstratio iudicatur ea, quæ tū verā proprietatē, tum eā quæ ex forma oritur, demonstrat: & ideò mediū accipit subiecti formā, quæ proprietatis est causa. Secundum hanc ea est, quæ materialem proprietatem ostendit, vel ex necessitate materiæ, vel ex fine & ex fine magis, quoniā potissima necessitatis materialis causa est finis, vt in 2. Physic. lib. traditur. Postremum locum demonstrationibus illis damus, quæ proprietatem colligunt, quæ ex causa extrinseca pendent. Iraque cum demonstrationis mediū dicitur esse forma seu definitio subiecti vt est proprietatis causa, de potissima intelligas demonstrationē. Quoniā cum demonstrationis huiusce mediū oporteat esse indemonstrabile, sola subiecti definitio eiusmodi est. Proprietatis autē definitio vt causā habet in subiecto, sic mediā propositionē facit, quæ per priorē demonstratur, & in primo Posterioris Resolutionis libro tex. 22. & lib. 2. tex. 10. dicitur esse demonstrationis conclusio. Immo si proprietatis definitio accipiatur, peretur sæpè principiu: quod ea definitio æquæ ac proprietatis ipsa ignota sit. Et cū quæstio quid sit supponat quæstionē an sit, dū demonstrandū suscipitur proprietatē inesse subiecto, nō potest vt notū accipi quid seu definitio ipsius. Si ergo prima proprietatis demonstratur, sola subiecti definitio erit mediū. Quod si probentur alia, quæ illius interuētū ex subiecti essentia oriuntur, subiecti definitio per priorē proprietatē determinabitur, aut certè per ordinē ad illā accipietur. Vt enim proprietates ceteræ illius interuētū ex essentia oriuntur, ita per illam cognosci debent: semperq. proprietatis ostendendæ propria & adæquata causa proponetur. Atq. in demonstratione cognoscetur quid sit & cur sit, etsi quid sit nō demonstratur, sed ex demonstratione colligatur. Quid in quæ sit & cur sit, nō subiectū, sed proprietatis: quia hæc cognoscuntur ex medio, quod est definitio subiecti: & vtrūq. de eodē cognoscitur, cū idē sit cognoscere quid sit & cur sit: cognoscitur autē cur sit proprietatis, de eadē igitur cognoscitur etiā quid sit. Quod plurib⁹ in Analyticis explicatur. Etsi enim mediū sit definitio subiecti, mediū tamē nō est neque i demonstratione accipitur vt definitio est, sed vt proprietatis causa: neq. substantia definitur formaliter per suarū proprietatū causā, quod secundariū est & accidentariū, sed per suos grad⁹ essentielles. At quoniā proprietatis cognoscitur formaliter per suā causā, definitio illa vt causā proprietatis cōtinet aptissima est ad illius quid explicandū. Mediū

igitur materialiter quidem explicat quid subiecti, quia est eius definitio; at formaliter ut est in demonstratione, indicat quid proprietatis. Cū præsertim quid subiecti supponatur cognitū ante demonstrationē atq. ut demonstrationis mediū accipiat ad proprietatē cognoscendā. Deniq. in omni demonstratione mediū est proprietatis causa; nec tamen in omni, sed in potissima, est definitio subiecti; & in ea, quæ causa constat extrinseca, ut si Eclipsim per interpolationē terræ demonstrēs, sanè mediū nihil pertinet ad quid subiecti; plurimū verò ad quid proprietatis; ut ex interpolatione colligas Eclipsim esse luminis defectū in Luna ob interpolationē terram. Ita constituit Philosophus in demonstrabilē esse definitionē eorum, quæ nō habent causā, nempe substantiarū, eorū autē, quæ habent, hoc est accidentium, posse si pon demonstrari, ex demonstratione saltē colligi. Aliūmq. inveniendæ definitionis substantiarum modum exposuit per divisionem & Analysim.

Tex. 6. lib. 2. 1. 1. 2.

Tex. 17.

Præter definitionem colli-gatur accidentiū definitio.

Præter definitionem dispositio-nem sola diffin-itur à demonstratione.

Tria definitionis genera.

Tex. 10.

Definitio-nem nō demonstrari.

habēt tamen causam cur aliquid sit eorū quiditas, sed hoc ubiq. immediatū est & indemonstrabile. At quoniā causam habent, ob quā vna definitionis pars in sit alteri, sicut seipsa in sunt in subiecto per causam, atq. in hoc eorū natura cōstitit; propterea per illā causā vna pars ostēditur inesse alteri hacq. sententiā dicitur accidentiū quiditas demonstrari.

TEXTVS.

ὅτι τῶν δὲ οὐκ ἔστιν ἀποδείξαι μὴ συμπεριεῖν τὰ συμπεριεῖν ἑαυτῶν ἢ ἑαυτῶν. ἀλλὰ μὴ δὲ ἐκείνου πᾶσι τῶν ἀποδείξαι, ἀλλὰ ὅτι ἡ ἀποδείξαι ἐπιτελεῖται καὶ κατὰ τὴν ἀποδείξαι.

Quare per quælibet definitiones non sit ut accidentia cognoscantur, sed neq. coniectare de ipsis facile manifestum Dialecticè dicitur esse atq. inaniter omnes.

COMMENTARIVS XX.

EX dictis colligit quasi argumentum, quo vere & accurate definitiones dignoscantur atq. ab imperfectis & minus veris distinguantur. Vt enim in 4. Physic. libro, definitionē loci aggressus, permittit in tex. 31. tres omnino exactæ definitionis conditiones. Primā, ut ea cognita dubitationes soluantur. Alterā, ut ex ea cognoscantur proprietates. Tertiam, ut ex ea item intelligatur dubitationū causa. Sic enim; inquit, pulcherrimè demonstrabitur: vnum quodq. Ita nunc definitiones eas omnes; quæ aut apertè proprietatū cognitionē nō adferant, aut ita rei essentiam proponant, ut facile non sit nobis coniectura saltē proprietates quoq. assequi, dialectica ratione traditas esse ait, hoc est probabili ratione, populari, extrinseca, & dubitationis duntaxat atq. ( ut Philoponus loquitur ) gloriæ causa, & inaniter, hoc est solo verborū sono, nulla rerū soliditate: cū nihil cōtineat, quod rei naturā attingat atq. in proprietatū cognitionē ducat: velut delineationes potius ac delictiones, quàm essentiarū verèq. definitiones: Immo, ut ait Auerroës nec definitiones diū homonymæ.

In quibus Simplicius definitiones à Præcis traditas subnotari dicit, consueuissèq. Philosophum naturali dialecticum opponere: quippe naturalis rei naturā & essentiā sectatur, dialecticus apparentia quædā & opinabilia, neq. verā rei cognitionē, sed apparentē solū & fucatam. Digressio 11.

Quocirca secus omnino voce hac Aristoteles, quā Plato, vltus est. Plato namq. in Philebo Dialecticā artibus omnibus & sciētis anteponeit; quippe quæ circa id quod est, & verè est; eodē semper modo se habet, veretur. Et Gorgia quidē cōcedit Socrates dicendi artē vtilitatis laudē ceteris antecellere, dialecticam tamen veritatis commentatione omnibus anteponeit. Neq. in Sophista Dialecticū opus alteri vult, quam purè ac legitime philosophanti dandum esse. Et in 6. libro de Repub. Dialecticā dixit vias omnes aperire, quæ nos ad verū intelligentiā ducunt. Et lib. 7. principē esse & supremā sciētiam, velut culmen, apicē & fastigiū sciētiarū, quæ in rebus omnibus propriā cuiusq. naturam inueniat, reliquatū sciētiarū quasi famulatu vitēs; ceterasq. circa rerum essentias somnare, nec sincere quidquam cernere posse, hanc vñ vnum quodq. quid ipsū sit inuenire. Et ideo in Phædro, Magnas quaslibet artes ac sciētias nō nisi Dialecticæ beneficio comparari: ut propterea Pericles orator summus extiterit, quod ad ingenij acumen Dialecticam

Philoponus dicitur

Dialecticæ quædam Platonis quædam Aristoteles

Dialecticā adiūxerit. Quam à Diis fuisse nobis vnā cū igne cœlitus per Prometheum datam scripsit in Philebo: quod vt in Protagorā ait Ficinus, ea velut ignis illuminat mentē & eleuat ad sublimia. Quibus Metaphisicā videtur Dialecticę nomine significasse Plato; confirmantq. Plotinus in li. de triplici animorū reductione, & Alcinous de doctrina Platonis ca. 6. Sebastianus Foxius in 7. de Rep. & Simplicius in comment. tex. 8. lib. 1. Physic. aliq. complures.

At Aristoteles Dialecticā dixit facultatem eam, quæ probabilibus argumentis de quacunq. re disserit. Cuius finis non tam veritas est, quàm in disserendo victoria. *Agarēdesu* namq. & disserere in interrogatioe & i. p. sione positū est; quiq. interrogat, paratus sit oportet ad vtramq. partē probandam; quod non nisi probabilibus argumentis fieri potest. Ita in 1. lib. de arte dicendi ca. 1. Dialecticam scripsit *arrissopos* esse, & ca. 2. propaginem Dialecticę: solūq. has duas inter omnes artes de contrariis ratiocinari, nec determinatū vllius generis esse. Quare in 1. li. de Priori Analyti ca. 1. & li. item 1. de Posteriori tex. 5. & 27. demonstratiuam propositionem hoc distinxit à Dialecticā, quod demonstrator alterā cōtradictionis eligit partē, Dialecticus vtrāque interrogat. Et tex. 34. secundū opinionem inquit ratiocinātibz & solū dialecticę, & c. vt idem sit Dialecticę & ad opinionem tantūm gignēdam.

In extremo namq. ca. 21. li. 2. Priorū, In demonstrationibus dixit principii peti secundū veritatem, in Dialecticis secundū opinionē. Et 1. Topic. ca. 1. demonstratio ex veris & primis est dialectica ratiocinatio ex probabilibus. Et cap. 2. de singulis ex probabilibus dicere Dialecticę est. Et cap. 8. Dialectica propositio est interrogatio probabilis, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus. Et 1. Elench. ca. 2. dialecticę orationes sunt, quę ex probabilibus cōtradictionē colligunt. Itē in 1. 10. & 11. & 3. li. Metaph. tex. 2. & plurimis aliis in locis. Vnde illud in 4. l. tex. 5. Dialectica est tērtia, de quibus Philosophia est cognitiua: circaq. idē Philosophia, dialecticā & Sophistica versantur; sed Philosophia ratione certa dialectica probabilis, Sophistica apparenti. quō factū est, vt dialectica non eā vniuersam artē; quā Logica dicimus, sed Topicā tantūm partem consueuerit appellare. Vnus est locus, qui aduersari videatur. De qualibet enim ratiocinatione ait in 1. de arte dicendi ca. 1. aut dialecticā vniuersam aut partē eius quandā considerare. Dederunt manus Petrus Victorius & Marcus Antonius Maioragius locum illū interpretantes. Sed intelligere potuisset duas esse ratiocinationis partes, materiam & formā; alteram ingenij & inuentionis, alteram iudicij. Materia & inuentio diuersa est, vt sunt diuersę ratiocinationis species: dēq. necessarię materię inuentione agitur in li. Post. Analyticorū, de probabili in libris Topic. de apparenti in libris Elench. At forma cōmunis est omnibus, idem in quauis materia disponenda iudiciū, eademq. ratiocinandi præcepta; quę priorum Analyticorum libris continentur: Qui propterea cōmunes reliquis omnibus sunt; cumq. Posteriorum aut Topic. vel Elench. lib. coniuncti perfectam, & absolutam necessarię aut probabilis vel apparentis ratiocinationis tractationem materia & forma, inuentione ac iudicio, constantem faciunt. Et eos Posteriorum potiū libris Philosopho liberit adiūgere, quod demonstratio sit potiū ratiocinationis

Exponit locum ex. Rethor.

A species, quam in principio illius operis precipuē sibi proposuerat explicandam. Itaq. si de qualibet ratiocinationis specie aut considerare dixit Dialecticam vniuersam aut partem eius quandam; Dialecticam vniuersam appellauit Topicam vtraque parte perfectam, materia & forma, inuentione ac iudicio, libris Topicorum & Priorū, in quibus de omni ratiocinatione præcipitur. Partem autē Dialecticę, eosdem illos Priorum libros vt cum Topicorum libris coniungi possent. Quamuis enim iudicare de ratiocinationis forma non solum sit Dialectici, sed & demonstrati & Sophistę: eo tamen loco Rethoricam cum Dialecticā cōparabat; neq. demonstratiuę, sed Dialecticę affinis & cognata Rethorica est: propterea Dialecticę potiū, quàm alterius solius, id esse pronuntiauit.

Alius ex eodem lib. locus exponit.

Hinc & illud intelligas, quod est in c. 4. eiusdem lib. Rethoricam ex parte Analytica & Ciuili constare; quam eandem in cap. 2. Dialecticę & Ciuilis dixerat esse propaginem. Analyticam quippe nominat propter Priorū libros, qui Dialecticę pars quædam sunt formamque probabilis quoque & Topicę rationis docent.

TEXTVS.

*A meclia d' e xai xai na mēn p' f' uo' s, nētrōi dēi na'la xonā; d' nē x' rōmōs, n' dēi n' x' rōs f' uo' s idōi aōtōs' nōm dōp' d' a' cōi sōp' aōu' xōpōn, u' p' adōn d' p' a' rōmōi dē d' p' a' d' e' a' u' d' e' s' d' e' s' d' e' s' o' s' i' a' p' a' r' e' s' p' a' r' e' s' u' d' e' s' u' a' u' e' i' t, d' h' a' s' a' i' d' e' a' n' e' d' e' s' u' a' u' e' i' t.*

Dubitationem verō habent & effectus animæ, num sint omnes habentis quoque communes, an sit aliquid et: anima ipsius proprium. Hoc enim accipere quidem necessarium, non tamen facile. Videtur autem ex plurimis nihil sine corpore pati neque agere: velut irasci, audere, cupere, omnino sentire.

Text. 12.

COMMENTARIVS. XXI.

Ona hæc est quæstio: quam duobus modis subiungere licet superioribus, aut enim eūdem de animæ essentia definitionēq. dubitasset hætenus multa, consequens fuit vt de proprietatibus ac facultatibus dubitaret. Aut in essentia persistens adhuc, tum alia quæstione omnium difficillima obscuritatem illius ostendit; tum verō eū methodum ex propriis accidentibus eam inuestigādī proximē quasi aliud agens iudicasset; hanc de illis quæstionem adiungit, ex qua immortalitatis aut mortalitatis cognitio tota pendet; An omnes animæ operationes & affectus communes sint totius habentis, hoc est an in sint in toto coniuncto ex anima & corpore, atq. in animali toto, quod animam habet, an verō aliqua sint, quę in anima sola sustententur, velut illius proprię neq. cum corpore communes; alię in coniuncto toto. Namq. si ex operationibus & affectibus seu facultatibus ad essentiam progredi nos oportet, hoc omnino accipere ac prius determinare fuerit necessarium; vt ex operationum & affectuum conditione essentia quoque conditionem conijcere mox liceat. Si enim eę sint omnes corpori quoq. communes, manifestum erit naturam animæ corpoream prorsus & in materia immerfam esse atq. à corpore inseparabilem. Sin autem aliqua fuerit solius animæ propria, neque communis corpori; incorporea, immaterialis, & separabilis anima illa fuerit, cuius ea operatio vel affectus est. Ita eūm animā constet esse substantiam quoniam omnis vita substantia est, differentiam in-

uestigabimus; vt qualis substantia sit intelligamus. Operatio namq. similis vbiq. substantiæ est: & vt viuentium vitales, sentientium sentientes, & rationaliū rationales operationes sūt; ita & separabiliū separabiles. Propterea hoc accipere necessariū.

At non facile. Quoniam pleræque videntur esse communes; atq. in omnibus animam vt corpore, nihilq. sine illo pati aut agere. Pati quidem, inquit Philoponus, quoniam pleræq. harū operationum cum corpore fiunt, hoc est simul patiente motoq. corpore. In ira namque calefcit sanguis circa cor, & in alijs huiusmodi affectibus simili modo. Agere autem; quoniam alia fiunt circa corpora; vt sentiones: & idē nā communes sunt. At intellectiones quoque pleræque fiunt circa corpora: communes igitur foret. Modo credere pati cū dixisse propter cognoscences operationes sensuum, quæ patientiō & suscipiēdo fiunt: cū præferam in organo quoque manifesta sit passio, dum in oculo lumen, in auro sonus, in alijs alia quæpiam qualitas suscipitur. Agere autem propter ceteras. Nutritio siquidem, Accretio, Procreatio, Incessus, & omnino, quas ipse commemorat, appetitiones Iræ, Audaciæ, Cupiditatis, sine corporis vsu & opera non fiunt. Aut pati dixit, quod cum aliqua corporis passione & commotione fiunt: & agere, quod corpus quoque ad illas perficiēdas præbeat organum.

Itaque id, quod Simplicius animæ affectus non omnem eius actionem interpretatur; sed animæ tantum, quæ afficitur & extra se progreditur, quæ inquam cum corpore vt instrumento operatur: nullo modo potest admitti. Inanis enim quæstio foret, vbi manifestum est nullam harum affectionum esse animæ propriam. Est autem maxime difficultatis plena, si ampliore significato de omni actione queratur.

Neque etiam, illud Philoponi, cur hoc accipiendum antea sit, eam esse rationem; quoniam si anima corpore vt instrumento vitatur, proprias habens operationes, in ea definienda corpus accipiendum non est, sicut nec ascia in fabri definitione ponitur. Sin autem ipsa substantiam habet in corpore, vt communes virtutesque sint operationes, necesse est in definitione corpus commemorare. Namque ita Philosophi quæstionem de operationibus & facultatibus ad essentiam traducit, an anima sit actus assistens solum corpori eoq. vt instrumento vtens, an formans & dans esse corpori. Deinde si anima detur in corpore substantiam habere, continuò cōsequēs est operationes omnes esse cōmunes. Immo hæc est Philosophi quæstio: quia cū anima habeat esse in corpore sitq. illius actus & idē pleræq. operationes communes existant quærendum est an aliqua omnino sit illius propria. Quæ sanē quæstio locum non haberet, si ea non haberet esse in corpore, sed eo solum vt instrumento vteretur. Quippe ex hoc consequens esse vidit quoq. Philoponus operationes omnes fore animæ proprias, cum corpore communes nullas: sicut nec hominis fabri operationes cum ascia communes sunt. Neq. etiam illud consequēs est; si proprias habeat actiones, corpore illam vt vt instrumento. Quin hæc potius pugnare dixerim. Nā si propriæ actiones sunt, cum illis commune nihil habet corpus, sed anima per se operatur sola; vt videre est in intellectu. Si vero corpus instrumentum præbet, sanē cōmunes sunt, tum anima vt operandi principio; tum

corpori vt instrumento. Id in sensibus atque operationibus ceteris perspicias, quibus corpus instrumenti famulatur & obsequium confert. Et omnino apertam Philosophus mox pronuntiabit sententiam; si intelligere est phantasia vel non sine phantasia, non potest vtiq. sine corpore esse. Quæ propriam operationem eam esse dñiet, quæ sine corporis instrumento aut affectu immutatione, ab anima sola & in ea sola perfici potest & in qua vt loquitur in 2. de animi ortu cap. 3. non communicat actio corporis: communem verò illam, in qua instrumentū corporis accersit anima, corpuse simul alteratur, cōmouetur, ac mutatur. Cūq. maximam operationum partem communem esse videamus, propterea difficultas est maxima, vt dispiciamus, an aliqua sit propria, quæ secus habent, quam ceteræ, diuinioremq. nobis naturam indicare possit.

Hinc vniuersas penē animæ actiones percurret Simplicius, quatenus vnaqueque inseparabilis aut separabilis sit definit. In finē namq. inseparabiles prorsus sunt, quod instrumenti formatricis sunt, quibus potest vitaliter moueri: quæ verò instrumenti motrices existunt, nauæ per similes, etsi inseparabiles sunt, quod agendo ad corpus se porrigat, cætenus tamen separabiles appellari possunt, quatenus res motas superant ijque meliores sunt tertio loco intellectus actiuus inseparabilis, quod in minori propositione sensu & phantasia vitatur, separabilis, dum in maiori nulla inferiorum illarum actionum indiget opera denique theoreticus intellectus, quatenus circa sensilia & naturalia vitatur, actiuo intellectui similis est, quoniam ex singularibus vniuersalia colligit, qua in re sensu & phantasia eger: dum verò intellectu illa considerat, si ea cū protensione ad externa intelligit, etsi phantasia nō egeat, quod eiusmodi entia nec sensu nec phantasia comprehendantur; nō intelligit tamen sine phantasia, & idē nec separabilis; quia etsi hæc non cooperetur, consequitur tamen velut vmbra corpus, dum ratio phantasia mouet: neq. ad intelligendū facit, sed obest potius, turbat, & quasi obtenebrat intellectu; ea, quæ sine quantitate sunt & figura & sine corpore, perinde representans ac si his affecta essent. Quod si intellectu sine ad externa protensione sed in seipso manens & in sui substantiam actionē contrahens contemplatur, tum demum nullum cum corpore commercium habet, estq. prorsus separabilis.

Hos sex gradus inseparabilium separabiliumve operationum Simplicius cōmemorat. Quos ego Aristotelem hoc loco arbitror non cogitare: nec distinctionem illam facultatū fecisse; vt quædam formatricis, alia motrices instrumenti sint. Omnes quippe formatricis illi fuerunt, qui animā omnem actum & formā instrumentarij corporis definiunt. Motum autem si localem Simplicius dicat, vnica est huiusmodi facultas motrix: sin operationem quāuis & vsum instrumenti, sanē materialis omnis & corporea facultas instrumenti motrix fuerit; solus intellectus non item. Denique de tam multiplici separatione non loquitur Philosophus, sed de sola ea, qua solius animæ propria & non cum corpore communis operatio sit, quaque operante anima, nihil patitur neque agat corpus.

De hac nimirum quomodo res habeat, tum est difficile accipere, quod pleræque communes esse manifestum sit: tum necessarium, quod hinc maxime

ximè cognitio animæ pendeatq. ex operatione inuestiganda sit. Addam & cum primis vtil: quod ubi animam incorpoream, spiritalem, atque immortalè esse constitit, itaquam diuinum quiddam admirabimur eam; atque à corpore & caducis rebus abducemus, & ad spiritualia & æterna, vt illi cognata, faciliè conuertemus.

TEXTVS.

Μάλιστα δὲ ἴσκει ἰδίον τὸ νοεῖν· εἰ ἔστι δὲ ἡ ψὴ φαντασία πρὸς ἡμῶν αἰσθητικῶν, ἢ τὸ δὲ ἄλλο αἰσθητικῶν, ἢ τὸ δὲ ἄλλο αἰσθητικῶν.

Maximè vero proprium videtur intelligere. At si hoc quoque phantasia quædam est, aut sine phantasia, haud contigerit vti que hoc sine corpore esse.

COMMENTARIVS XXII.

ET si plurimas antea dixerit, omnes tamen alias præter intellectiõnem se nunc in dicit intellexisse. Verè namque ceteræ omnes operationes communes sunt, quod & corpore quoque aliquid patiente fiant, & singularum organum in corpore conficiatur. Sola intellectio solius animæ propria operatio esse videtur. Nam nec intelligendo patitur corpus, sed anima sola, quæ intellectæ rei formam suscipit: nec fingi potest quoniam corporis organo vtatur intellectus actionem suam ponens. Quin etiã immaterialia & spiritualia extra ab omni aliena corpore vniuersalique naturas à rebus singulis separatas comprehendit: & in seipsum redit, suamque actionem contrahit; quod nullũ corpus facere potest. Ac demũ vna hæc diuinissima operatio separatis inest mentibus; in quibus nulla corporis materie societas reperitur.

Cum autem inter passiones & affectus animæ intellectiõnem memorat; meminisse oportet duplex esse passionis genus, quod in sensu quoque distinguendũ esse monebit in tex. 57. lib. 2. corruptens vnum & disperdens, alterum perficiens & exornans. Vtrumque in sensu repetitur; alterum in corporis organo, si obiectũ immoderatum fuerit; alterum in animæ facultate. At in intellectu alterũ illud solum, quod ita perficit & exornat, vt anima intelligendo fiat omnia, intellectarumque rerum omnium formis supra quàm credi possit ornetur. Quamobcausam tum hoc loco, tum in superioribus, dum text. 3. vbi etiã passiones animæ philosophus nominatus interpretaretur Philoponus, iure optimo Andronicum Rhodium reprehendit, qui librum de interpretatione immeritò Aristoteli adscriptum fuisse causabatur. Quod in libris de anima ibi citatis nusquam intellectiõnes animæ passiones appellentur profertque duo hæc loca Philoponus. At maiorem Simplicius difficultatè mouet.

Philosophum namque ait in proximè superioribus verbis sentire tanquam communem affectum ita nominasse, vt appetitiõnes item Ira, Audaciæ, & Cupiditatis comprehenderet; quod aut sensus aut non absque sensu sint. Nunc verò ita opponere illi intelligere, vt phantasiam quoque & actionem omnem, quæ sensus superior est, comprehendat. Idcirco enim omnis huiusmodi actio animæ propria esse videtur, quod intus principium sumat & ex seipsa excitetur in nobis. Fateor Aristotelem τὸ νοεῖν & τὸν νόον ita nominasse interdum: quemadmodum in text. 115. lib. 2. & text. 20. & 48. lib. 8. manifestum erit. Hoc tamen loco non arbitror. Tum quia statim exponit se intelli-

gere propriè nominasse, vt est à phantasia distinctum; cum ait; Si autem hoc intelligere est phantasia aut non sine phantasia, haud poterit hoc sine corpore esse. Quibus etiam verbis phantasiam potius significat sub priori facultatum communiũ & inseparabilium genere comprehensam, hoc est sub sensu, quippe ipsa quoque motus est factus à sensu actu, vt definitur in text. ibi. lib. 2. Tum verò quia phantasia nõ magis videtur esse solius animæ propria, quàm ceteræ antea memoratæ actiones! Corporeæ siquidem p̄torius & materialis facultatis operatio est, quæ determinato vtitur corporis organo.

De solo igitur intellectu solãq. intellectiõne loquitur. De quibus sanè nihil nunc constitui poterat; neq. opportunũ videbatur, vbi dubitatio solũ & quæstiones congerendo, difficultatẽq. huius de anima desputationis exaggerando loquebatur. Regulam igitur hanc duntaxat ponit; quæ duabus conitat partibus. Altera est, si intelligere phantasia quæpiam est, hoc est aut nil aliud quàm phantasia, aut phantasia similis quæpiam operatio, sine corpore esse non poterit: hoc est propria solius animæ operatio non fuerit, quæ sine corpore fiat, sed cum illo quoque cõmunis, sicut & irasci, & audere, & cupere, & omnino sentire. Phantasiam quippe cõmuniẽm eiusmodi operationem esse constat: tum quia sensus operatio est: tum quia in bestiis quoque viget, in quibus materialia omnia, corporea, & cõmunia, nihil propriũ. Tum quia in nobis ipsis determinatio vtitur corporis organo, nec quidquam nisi corporeum, sensile, & singulare comprehendit, nec aliud quiddam est, quàm motus à sensu actu factus.

Simplicius tamen propositionem illam (si hoc phantasia quædam est) opposito potius accepit modo. Nõ inquam, si intellectus est phantasia quædam, sed si phantasia quædam est intellectus, ideòq. additum dixit (quædã) quia non quæuis phantasia est intellectus, nempe non bestiarum phantasia: neque humana phantasia est intellectus quiuus, sed intellectus passiuus, vt in tex. 20. lib. 3. dicitur. At si ita loquaris, non cohærebũt consequentia verba (Aut non sine phantasia) neque ex eo quod phantasia passiuus intellectus nominetur, sapienter deducetur intellectu absolutè nominatũ haud posse sine corpore esse, sed solum illum intellectum passiuum, qui est phantasia. Denique vt intelligere absolutè dixerat maximè proprium videri, ita quod sequitur, de intellectu absolutè, non de passiuo solo, qui est phantasia; intelligendũ est. Vt de illo dubitetur, num phantasia sit, an quiddam à phantasia diuersum.

Alter pars obscurior est. Si intelligere, inquit, non est sine phantasia, sine corpore esse non potest, siquidem phantasia operatio corporea est, quæ sine corpore non consistit &, vt Themistius loquitur, nisi via & procuracione sensuum visa & imagines animis insculpatur. Obscuritatẽ autem adfert vox illa (nõ sine) quã non cõstat quo intellectu Philosophus pronũtiauerit. Et Philoponus triplicem illius significatũ proponit. Primò neque impedimẽtum neq. vtilitatẽ indicat: vt si corpus dicitur non sine ymbra esse in lumine. Altero instrumenti necessitatẽ: vt si Achillẽ dixeris strenuè se in bello gessisse, at non sine lancea. Tertio impedimẽtũ potius: vt cum eos, qui hyeme nauigant, nõ sine tẽpestatibus & periculo dicimus nauigare. Itaq. Philosophũ in-

Q ij

Regula de anima separabilitate

Phantasia esse cõmuniẽ operationẽ.

Phantasia intellectus passiuus.

(Non sine) quos modos dicitur.

Intellectio-  
uens solius  
anima op-  
eratio esse.

Intellectio  
vt passio.

Liber de  
interpre-  
tatione an  
Aristot.

terpretatur dixisse, si intelligere non est sine phantasia, ut instrumenti necessitatem significaret: sententiamque fuisse, si intellectus phantasia ut instrumento indiget ad operationem suam obeundam, omnino sine corpore esse non potest. Quocirca distinctio illa, qua tum S. Thomas tum alij plurimi vsi sunt; intellectum ad phantasia & corpore velut ab instrumento pendere, velut obiecto, communemque & inseparabilem operationem fore; si ut ab instrumento pendeat, propriam autem & separabilem, si solum ut ab obiecto, sanè Græcis quoque interpretibus consentanea est: nec solum ex Averroë accepta, qui de instrumento verba hæc Philosophi exponit, duplicemque facit questionem; alteram, an aliqua sit actio propria non vtens corporis instrumento; alteram, an si instrumento non vtatur, circa corpora tamen versetur obiecta. Sed etiam ex Philopono; qui hoc quidem loco interpretatur quæri an intellectio sine phantasia sit velut instrumentum, quo ad operandum intellectus non egeat: mox verò in 3. libro, ubi sine phantasia nihil intelligere animam affirmabitur, vocem, illam (non sine) impedimentum intelligendi significare dicit, dum puro intellectus actui se ingeret phantasia, eumque perturbat: necessarium tamen, ut per phantasia ex sensibus ad intellectibilia prima euehatur intellectus noster. Verum de his in 3. libro pluribus nunc ut nihil definit Philoponus, ita sat si fuerit quid dubitando proponat interpretari.

*Pendere à corpore ut ab obiecto ut à subiecto.*

*Phantasia quid.*

Atque obiter adnotare, quid Aristotelis phantasia sit. Cum enim hoc loco de operatione loquitur; quemadmodum intelligere, ita & phantasia operationem significat; dum ait, si intelligere phantasia est aut non sine phantasia, hoc est vel actus ipse phantasia, vel non sine hoc actu imaginandi, consequens est, de eadem hac operatione & actu intelligendum esse illud, quod subiungitur in 3. lib. Nunquam sine phantasmate animam intelligere, necessèque cum phantasmate contemplari; hoc est cum operatione & actu phantasia. Phantasma igitur non speciem in phantasia loquentem, sed operationem & actum ipsius quatenus rei sensibilibus forma est, & simulacrum, Aristoteli significauit, quod nunc adnotasse latet.

TEXTVS.

*Ἐὰν μὴ εἴη τὸ νοεῖν ἢ ψυχῆς ἐργον, ἢ τῆς ἐννοίας ἰδίον, οὐδέ ποτε αὐτῆς αὐτῆς ἰδίον αὐτῆς, εἰ δὲ μὴ εἴη ἰδίον αὐτῆς, ἐν αὐτῇ εἶναι ποτε.*

*Si igitur est anima actio aut affectio propria fieri sanè poterit, ut ipsa separetur. Sin autem nulla sit ipsius propria, nequaquam fuerit separabilis.*

Tex. 13.

COMMENTARIVS XXIII.

**E**X hypothetica propositione proximè posita, si quæ sit animæ actio propria, continget eam sine corpore esse: si verò nulla sit, non erit; argumentationem quandam instruere Philosophum crediderunt Themistius atque Averroës, quæ ex antecedentis opposito ita consequentis oppositum colligatur, At propria nulla est, igitur à corpore separari non potest. Velut deducit Averroës, qui duplicem in hypothesi questionem posuit, vnam de instrumento, alteram de obiecto, intellectio etsi ab organo corporis non pendeat, à corporea tamen phantasia velut ab obiecto pendet quare ut intellectus à corpore sit abstractus essentia, actio tamen non est: atque ab hoc quidem & illo

**A** corpore separatur, at non ab omni corpore. Vnicum enim is in tota humana specie intellectus esse putat. quibus si obijcias, ex opposito potius consequentis demolendum antecedens fuisse, illamque ipsam argumentantem formam in 1. Phyl. lib. reprehendisse Philopolum, dum iua Melissus colligebat, quod est factum, habet principium, ergo quod non est factum, non habet principium. Respondet ex opposito quidem consequentis ad antecedentis oppositum progrediendum esse, ubi sequela sit necessaria: ab opposito tamen quoque antecedentis argumentari licere ad consequentis oppositum, si sit contingens: proptereaque Philopolum tum in superiori propositione, tum in hac altera verbo illo (ἐσθὲν ἔργον, contigerit) vsu fuisse. In hoc qui per deductionis genere abolito antecedentis abolet consequens: quonia id quod continget sequitur, velut pars antecedentis sit; quia interdum accidit & interdum non accidit. Quæ admodum si dicas: si nauigaue-ro, contingere potest ut prosperè nauigem; si igitur non nauigaue-ro, contingere non potest prosperè nauigatio. Item si animal est id, quod procul cerno, fieri potest ut sit equus; igitur si animal non est, fieri potest ut nec sit equus. At non licet deducere me ne absolutè quidè nauigare posse, aut si non est equus animal omnino esse. Alius etiã fortasse dixerit argumentationis illà formam in reciprocis terminis vim habere, ut operatio propria separabilitatèque reciprocantur. Aut posteriorem hanc argumentationis partem ex priore deduci, non propter antecedentis negationem; sed propter principium illud; si affirmatio est affirmationis causa, erit & negatio causa negationis. Vt enim si habere pulmones est respirandi causa, non habere causa fuerit non respirandi; sic etiam quia operatio propria est cognoscendæ separabilitatis causa, illius negatio erit separabilitatis negatio.

*Argumentum ab opposito consequentis ut dicitur.*

*Attentio quia de anima separetur.*

Ego nullam in his argumentationem agnosco; ut nec agnouerunt Philoponus & Simplicius, communemque. Atticorum omnium interpretationem fuisse testatur Philoponus. Sed alteram potius propositionem ceu regulam ad animæ separabilitatem atque immortalitatem cognoscendam in primis necessariam. Nam ex operatione, iuxta methodum antea propositam, ad essentiam, quæ operationis principium est, progrediens, quemadmodum in tex. 12. si intelligere dixerat phantasia est aut non sine phantasia, non potest esse sine corpore; si verò nec phantasia sit nec à phantasia pendeat, potest esse (neque enim ἐσθὲν ἔργον contingentiam significat, sed tantumdem valet ac fieri posse; neque est cur in hoc laboret Philoponus) ita nunc si anima, inquit, operationem habet aliquam sibi propriam non cum corpore communem, poterit à corpore separari; quòd si nullam habeat, non separabitur, sed simul cū corpore interibit, quo circa posteriore hac propositione Philosophum etiam dixeris priorem illam difficultatem plurimum commèdare illiusque utilitatem ostendere; quòd ex eius explicatione pendeat & omnino dissoluatur celebris illa ratiòque quæ sita & desiderata de animæ nostre immortalitate quæstio.

Sanè utrobique sub conditione loquitur: sed ubi de operatione sermo est, non ait eam separari posse, sed sine corpore esse; de anima verò, contigerit, inquit ipsam separari. Etenim operatio accides est, neque accidenti conuenit à substantia separari ac per se seorsim coherere: quòd si in sola cohercat anima ne-

*Seruo de operatione quia de anima separetur.*

ma neque deriuetur ad corpus, verè affirmabitur sine corpore esse, dum anima sola nullo vtens corporis instrumento operatur. Itaque cum de anima dixit separari eo scilicet modo, quo in tex. 21. lib. 2. dicitur, velut perpetuum à mortali nimirum substantiam eam esse accepit. Esse autè hic sermone de anima atq. ex operatione ad substantiam fieri transitum inde manifestum est, quod cum *Philosophus, & in huiusmodi nominasset; statim inquit dicitur, quod non est anima sine corpore.* Neque enim illud (ipsum) aut ad operationes aut ad affectiones referre licet, quod hæc & numero plurium & genere neutro proferantur, sed omnino ad animam est referendum. Quod cum non intelligeret Auerroës, nihil mirum si toto errauit cœlo, Philosophum opinatus ex eo, quod operatio instrumento non indiget corporis, eam confecisse abstractam penitus esse, adhucque in operatione immorari, vbi animam quoq. nominat. Vt mittam consueuisse Aristotelem animam vt substantiam dicere separari operationes autem & accidentia vbiq. affirmare inseparabilia esse.

*Quibus principis quaestio hæc de separabilitate anima natiua*

Nimirum vniuersa hæc quaestio duplici principio nititur. Alterum est, qualis actio est, talè oportet substantiam quoq. esse, & contra qualis est substantia, talem & actionem, quæ à substantia promanat. Quare vt vitæ vitalis est, & sensus sentiens, & rationis rationalis, ita & separabilis essentia propria quoque & eam essentia separabilem actionem esse necesse est. Et rursum quemadmodum ex vitali, sentiente, ac rationali actione verè colligimus vitam, sensum, & rationale principium, sic ex propria & non cum corpore communi actione separabilem item atque à corpore non pendentem essentiam concludimus. Alterum verò, nihil est in natura otiosum, nihil feriatum, sed forma omnis ac natura operationis cuiuspiam principium existit. Quod tum in omnibus perspicias, tum certa ratio suadeat. Quippe sapienter & ad finem aliquem facit natura quidquid facit, formæq. finis est operatio: Itaque si animam à corpore dicas separabilem esse aliquam eam necesse est propriam operationem habere, quam à corpore quoque separata promere possit & quasi debitum naturæ pensum persolvere. Aut si nullam habeat plane conuinceris inscienter te separabilem esse dixisse, quæ contra generale naturæ institutum etiam ac feriari cogatur. Quocirca optimè Aristoteles si qua, inquit, est animæ operatio propria, quasi diceret, hoc solum est argumentum, hoc indicium vnde cognosci possit num separabilis anima sit an inseparabilis. At si forma & essentia sine operatione esse non potest, multò minùs operatio sine forma atque essentia fuerit. Quare si operatio eiusmodi sit vt sine corpore esse possit poterit quoq. forma & essentia, quæ operationis fons est & origo.

*Animæ vt nauis.*

Rursù, si qua, inquit, est animæ operatio propria, &c. Non enim actionem omnem propriam & separabilem esse necesse est, sed aliquam satis est esse, vt anima quoq. separatur: Penindèq. euenit animæ ac nauis. Nam neq. omnis operatio nauis à nauis separabilis est; non inquam motus & gubernatio nauis: sed intelligere, loqui, ambulare, edere, bibere, & alia his similes, quæ conueniunt illi homini, non vt nauis. Quare vt nauis separatur à nauis, non cum priori, sed cum posteriori solum operationis genere: sic anima, quæ tum corpus vegetat, mouet, & omnino gubernat ac regit, quatenus anima est, tum in eo intelligit, quatenus spiritalis & diuini

**A** natura existit; separare sanè non potest anima ratione priorum operationum, quæ cum corpore communes corporis indigent instrumento; sed vt spiritalis & melior subsistens natura, quæ altera propria operatione vititur, quæ nullum cum corpore commercium habet. Porro ex eo, quod separabilis sit, verè Philoponus immortalè colligit esse; tantumdemq. Philosopho est separabilem esse & immortalè esse. Quidquid enim interit, aut per se interit, quod in sua principia & elementa dissoluatur, quod de simplici forma dici non potest: aut ex accidenti, dum illius subiectum interit, vt ceteræ omnes formæ, tum substantiæ, tum accidentis. Si anima igitur separatur à corpore, neq. dissoluto eo simul extinguatur & ipsa, immortalis nimirum & sempiterna subsistet.

**B** Quod verò de oculo, aure, manu, & similibus organice partibus obicitur, quæ operationem habent cum reliquo non comunem, videre, audire, apprehendere, nec tamen separabiles sunt, facile habet explicationem. Non enim ita operationem illam habent sibi propriam, vt sola absque reliquarum partium subsidio illam perficiant: verum & eam habet ab anima, quæ corporis vniuersi est actus, nec absque partibus ceteris illa funguntur, sed spiritus à corde ac cerebro transmissio indigent. Animæ verò operatio propria dicitur, ad quam nihil confert corpus, sed sola sibi sufficiens est anima.

**C** Maius negotium faciunt mentes cœlestium orbium motrices: quæ cum præter motum operationem aliam habeant propriam cum cœlo non communem, Aristoteli tamen separabiles ab eo non fuerunt. Nam & cessaret is motus, sine quo sublunaris hic mundus constare nequit, & imperfectæ forent illæ mentes, quarum finis est motus. Ita sanè Philosophus in 12. Metaph. lib. ratiocinabatur. At si veritatem quæras, possunt nimirum eæ à motu cessare atq. ab illis orbibus separari, & verò etiã separabuntur aliquando adfuntq. plurimæ, immò innumerabiles, eiusdem cum illis naturæ, quæ separata subsistunt nullumque corpus vertunt. Quod si de Philosophi sententia disputetur, magis laborabunt ij, qui mentes illas formâtes cœlorum formas ponunt, aut intelligentem animam formam homini assistentem duntaxat, non formantem. Nobis verò, qui illas assistere & hanc formare dicimus, in promptu est respõdere, animam quidem nostram separari à corpore posse & per se subsistere, verè ex propria operatione cognosci: mentes autem ceteras, cum non sint essentialiter vnitæ cœlis, sed per se separata subsistunt atque extrinsecè solum ad mouendum accedant, abstractè profus & absque cœlo operationem exercere suam, neque ex ea colligi posse separabiles eas esse, quoniam omni quæque sunt separata neque magis separari possunt. Cumque nulla sit illius operationis à motu dependentia, nihil inde licet de motu colligere: de sola essentia colligetur, si ea daret esse cœlo, quemadmodum corporibus nostris dat anima nostra. Deinde cum cœlum sit corpus incorruptibile, illarumq. mentium cum eo Aristotelis calculo naturalis & necessaria vnio, dissolui ea nunquam potest, proptereaq. motum illum metium finem esse putauit. At anima nostra naturaliter quidem corpori vnitur nostro, quandiq. conseruatur corpus, ab illo non recedit: mortale tamen & caducum est corpus: quare si propriam ipsa operationem habeat subsistentemque naturam, post corporis interitum

*Separabilis & immortalis sunt eadem.*

*De partibus quædam corporis propriam operationem habeant.*

*De intelligentiæ cœlorum motibus.*

ipsa per se separata subsistet. Quippe mens quoque sine caelo subsisteret, si corpus illud quoque caducum esset.

Ceterum in eo audiendi hoc loco interpretes quidam Græci non sunt, præsertim Themistius & Philoponus, quod animam dicant separabilem quidem esse ab hoc crasso & aspectabili corpore, at separari nunquam ab æthereo alio & fulgido. Vniuersè namque Aristoteles de omni corpore loquitur: atque si operatio eiusmodi est, vt absque vilius corporis vlu fiat ab anima, vt & à separatis omnino mentibus; consequens est substantiam quoque ab omni profus corpore separabilem esse.

Non temerè verò credideris non sine causa Philosophum secus in priori, quàm in posteriori, propositionis huius parte locutum esse. Si qua, inquit, est operatio animæ propria, fieri poterit vt separatur; at si nulla est, nequaquàm erit separabilis. Posterior pars absoluta est & certam sententiam continet: tum quia nullum aliud est separabilitatis argumentum: tum quia otiosum nihil natura patitur; otiosaque foret separata forma, quæ nullam habere operationem posset. At prior pars non ita est definita, sed magis dubia. Non enim absolute ait separatum iri, sed fieri posse vt separaretur: quoniam si propria operatio adfit, sufficiens est hæc separabilitatis argumentum, neque separata feriat. Sed modum non prouidens, quo tunc operetur, vitæve illius conditionem intelligens, firmare omnino non est ausus. Quam tamen nobis proposuit, regula, vt Philoponus in præmio loquebatur, communiter omnibus Philosophis placuit; & ijs, qui immortalem, & ijs, qui mortalem animam crediderunt. Omnino enim ex operationibus substantias iudicare oportet.

*Aristotelis hæc regula omnibus probata.*

TEXTVS.

*Ἄλλὰ καὶ ἐὰν τῶν ἀπὸ τοῦ σώματος, πολλά συμβαίνει, αἰὼν ἀπείροτος πῶς χαλεκῶς οὐρανὸς κατὰ τὸν γαῖαν ἢ ἰσὺ τοῦ ἀέρος τὸ πνεῦμα ἐκείνου, τὸ δὲ αὐτὸ ἀχαιεῖον γὰρ εἰσὶν αἱ μὲν σώματος ἕνας ἕως.*

*Sed ut recto quatenus rectum accidunt multa, velut puncto æneam sphaeram tangere. Nec tamen hoc separatum tanget rectum. In separabile namque, si quidem semper cum corpore quopiam est.*

COMMENTARIUS XXIV.

Nullam hæc aliam sententiam cõnient, quàm explicationem quandam posterioris partis superioris propositionis; qua si nulla sit propria operatio, animam in quiete separabilem non fore. Si enim ita habuerit, anima erit sicut rectum. Atque vt recto accidunt multa que proprietates conueniunt; quemadmodum puncto duntaxat tangere sphaeram: hæc tamen non nisi in materia quapiam conueniunt illi, neque tangit separatam vllam sphaeram, sed æneam aut ligneam, materiæve alia contentam: quippe sphaera ab omni materia separata nulla datur; nec vllum est rectum, planæve superficies vlla, nisi qua corporis cuiuspiam terminus est. Ita profus intelligendum erit habere animam, cuius nulla sit operatio propria: etsi inquam plures habeat operationes, pluresque affectiones; nusquam tamen illi nisi in corpore conueniunt. Neque secus animæ attribuentur,

quàm rectum tangere puncto sphaeram dicitur. Nam vt recto quatenus rectum est proprietates hæc attribuitur, etsi re ipsa non tangat nisi in materia quapiam: sic operatio aut affectio tribuetur quidem animæ, sed eam nusquam nisi in corpore habebit.

Hinc etiam planius intelligas quæ sit operatio propria, qua communis. Propria namque operatio est, velut si rectum abstractum absque vlla materia tangeret; communis autem, cum vbique cum materia concretum & implicatum tangit. Itaque oculi actionem Aristoteles propriam non diceret, qui operationem propriam appellat eam, quæ sine materia est.

Potèd planum rectum non nisi puncto tangere orbem, accuratè demonstrat Mathematicus in secunda propositione tertij elementu Euclidis. Si nãque pluribus punctis aut quantitate quapiam tangeret, posset ab vno puncto ad aliud linea duci; at hæc non extra, sed intra orbem caderet: nulla siquidem orbis pars coextenditur plano. Quod Geometricè, non naturaliter, verum esse ait Aueroes in com. 3. lib. 1. de cælo, & Com. 8. lib. 3. Metaph. quippe si quantitates hæc per se & secundum suam naturam considerentur, ea est illarum conditio: at si in corporibus naturalibus accipiuntur, nullum est fortasse corpus tam exactè sphericum, quod solo tangat puncto. Quare de Mathematico, qui in separatis quantitatibus cogitatur, non de naturali contactu accipienda illa est propositio: quæ Aristoteli familiare Mathematicis ad explicanda naturalia vti. Non ignoro quid Guillelmus Ocham in quod li. 1. quaest. 9. & Gregorius Ariminensis in 2. sent. lib. quaest. 2. contra peruulgatam illam & demonstratam propositionem scripserit: sed nihil est, quod sapientem Philosophum mouere debeat.

TEXTVS.

*Ἐὼς δὲ ἢ τῶν ψυχῶν ποτὴν πάντων μὲν σώματος, διὰ τὸ ἀπερίωτος, φοβῶς, εἰς, ἡρώς, ἐπὶ χαλεκῶς, ἢ τὸ φιλοῦσι & μὴ σὺν αἰματὸς πύπτι παρὰ τὴν σώμα μινυεῖ τὸ πῶς ἐπὶ τῶν ἰσὺ τῶν ἢ ἐναργῶν παθημάτων συμβαίνοντων μιν δὲ παρὰ τῶν ἢ φοβῶνται, ἐνίοτε δὲ ἔστω μικρὸν & ἀμυρῶν κινῶνται, ἐπὶ ὄρα τὸ σώμα, & ὅπως ἐχρῶσθε ὅταν ὀρθῶνται ἐπὶ τὸ πῶς μάλοι φαιερὸν: μινδεις τῶν φοβῶν συμβαίνοντες, ὡς τῶν τῶν δὲ ἡρώτων πῶς τὸ φοβῶνται.*

Videntur autem & animæ affectus omnes esse cum corpore. Ira, Mansuetudo, Timor, Misericordia, Audacia, ad hoc Gaudium, & amara e, & odisse. Etenim simul cum his patitur aliquid corpus. Argumento autem est, aliquando quidem à vehementibus ac manifestis affectibus acciduntibus nisi il irritari aut terri. Interdum autem & à paruis & obscuris moueri, cum tangit corpus atque ita se habet vt cum irascitur. Præterea magis hoc perspicuum: quoniam nullo occurrente terribili, in affectibus sunt qui perterriti.

COMMENTARIUS XXV.

Am verò quoniam non constabat, num aliqua sit animæ propria operatio; ex manifestis progreditur: operationibusq. omisiss, in quibus dubitatio versabatur, affectus accipit itascens & concupiscentis partis; in quibus corpus item perspicuum est cõmoueri. Quod tum ad quæstionem antea propositam pertinet, num omnes animi affectus cõmunes sint; tum ad id, quod mox subiunget

de modo animam definiendi, Num inquam in eius definitione accipiendum sit corpus & materia. Si enim plerique philosophi illius affectus materiales & corporei sunt, ipsam quoque animam maxima saltem ex parte necesse est eiusmodi esse, ideòq. cum materia & corpore definiendam.

Omnes igitur animæ affectus corpori quoque communes esse videntur, propterea quod non solum agit anima, sicque, Mansuetudinis, Timoris, Miserationis, Audaciæ, Gaudij, Amoris, & Odij, actum promittit, sed & quidpiã patitur corpus, dum aut calefcit & accenditur sanguis, aut refrigeratur, aut turgescit aut sublidet, aut ad exteriora effunditur, aut ad interiora contrahitur. Et per corpus, inquit Themistius, secreta plerumque animæ cogitationes & affectus produntur. Nam & ruborem effundimus cum effuscimur verecundia, & pallescimus, dum timemus. Vitalis tamen passio est, non qualis inanimatorum: quoniam internum principium habet à cognitione & appetitu, & omnino ab affectu animæ. Sanè actio ubique est formæ, passio materiæ: quare si affectus animæ corporique communis sit, ager in eo anima, corpus patietur.

In affectibus agit anima, patitur corpus.

Nam etsi instrumenta plerisque actionibus subministrat, si tamen ferietur anima aut à corpore tollatur stolidi sunt & mortua instrumenta omnia, nec agit quidquam, nisi ab anima moueantur; illorumque omnium actio est moueri & agitari. Id in sensibus, in cessu, nutritione, ac procreatione facile animaduertas. Nam etsi in sensuum organia alia quædam sit passio, quæ forinsecus ab obiectis sensibus infertur: ea tamen aut non semper adest, aut nisi ab organo vt animatum est, inferiorique animæ concursu suscipiatur, animata & vitalis passio non est, sed qualis ab eisdem obiectis in corpora quoque inanimata deriuatur. Quippe aer quoque illuminatur, & sonat, & repletur odoribus: & calefcunt ac refrigerantur, humectanturque & sicantur inanimata corpora. In irascensis porò & concupiscentis partis affectibus maior est & magis multò manifesta hæc vitalis passio. Quippe & perspicuum est alterari corpus, & ab interiori animæ apprehensione atque appetitu immutari. Immo in cæteris actionem magis vigere dixeris, quam passionem; at in affectibus hæc illustriorem passionem & corporis immutationem esse.

Propterea ex his potissimum hoc loco ratiocinatur Philosophus: duplicique vitur argumento. Alterum est, quod aut de diuersis hominibus, aut de eodem temporibus diuersis considerato accipi potest. Quosdam enim homines videas vehementibus licet occurrentibus rebus, quæ affectum aut amotis & concupiscentiæ, aut iræ, aut terroris commouere possent, nullo tamen modo affici neque permoueri: alios autem vel re leuissima incitari. Et eundem item hominè nec à magnis interdum obiectis, interdum vel à minimis perturbari. Causa nimirum est alia atq. alia corporis temperatio; aut phlegmatica & frigida, aut cholericæ & calida; & aut accensus sanguis & circa eor bulliens, aut gelidus & torpens, aut corpus multo semine turgidum, aut inanis & exhaustis vas; & cibi aliqui libidinem magis mouent, alij extinguant.

Alterum verò, quod etsi nullum occurrat obiectum, quo anima cognito permoueatur, ob solam tamen corporis dispositionem & motum excitatur affectus; corpore scilicet animam imitate; per-

A in dèque disposito atque cum irascitur. Iratus namque, ait Auerroës, valdè facile mouebitur ex re modica prouocante iram. Melancholici ob atræ bilis motum perterrentur perpès, perindèque afficiuntur ac si valdè terribile quidpiam ac formidandum occurrisset, cum tamen occurrerit nihil. Et cum fame, siti, morbo ve vexamur, proniores ad iracundiã sumus, facileque exandescimus. Nimirum quod ex corporis temperatione atque habitu pendet, solius animæ proprium nõ est, sed commune cum corpore: in omnibus autem huiusmodi affectibus plurimum potest corporis temperatio. Immo plus Themistij iudicio, quàm sensuum organa in sentiendo. Hæc enim minùs benè affecta sensuum functionem impediunt: at mala corporis temperatio affectum non impedit, sed permouet potius & acuit. Inde animi mores corporis temperatũ sequi Galenus scripsit. Quamquam non negauro, tum materiæ, tum instrumenti vim in affectibus hæc habere corpus. Certam enim sedem certamque temperationem possunt. Materiæ inquam, vt immutatur, Instrumenti, vt eo vitur anima in agendo. Sed verè contra argumentatur Philoponus si propterea quod eiusmodi affectus ex corporis temperamento pendit illudque sequuntur, corpoream atque inseparabilem animam esse concludas, igitur si temperamentum non sequatur, licebit quoque concludere incorpoream & separabilem eam esse. At permulti sunt, qui corpore prauè affecti affectum illius nõ sequuntur, sed repugnãt rationes frænãt & cohibent, immò & fastidiunt corpus & affligunt. Quod omnino non facerent, nisi incorporea & separabilis esset anima nostra. Nihil enim despiciere illud potest aut affligere ac demoliri, ex quo ipsius conseruatio pendet: quippe sibi ipsi interitum procuraret: quin salutem illius & conseruationem ubique vult. Ergo tudes, idiotæ, & imprudentes homines, qui non ratione sed sensu pecudũ more viuunt, corporis temperationem & affectus sequuntur: at illi non item qui philosophiæ præceptis imbuti ratione ac prudentia ducuntur vt homines. In illis affectuũ tum ortus tum exitus à corpore est: at in his aut à ratione corpus licet torpès, vbi pro honestate opus est, excitante oriuntur, aut certè si corporis motus præueniat rationem, in eã desinunt ratione scilicet motum cohibente.

B

C

D

Hæc vero Aristoteles hoc loco prætermisit, quoniam id solum agebat, vt affectus hocce cum corpore communes esse ostenderet: quæ si addidisset, credidisset fortasse quispiam ab animo potius illos quàm à corpore pendere. Qui tamen hoc Philosophi loco ad mortalitatem concludendam abutuntur, duobus modis peccat. Primum, quod dùm de affectibus duntaxat, non de omni operatione Philosophus loquitur (de vniuerso quippe operationum genere iam dixit, aliquam fortasse propriam esse posse; & intelligere videri esse proprium) generale ipsi argumentum proponunt, nullam omnino sine corpore esse. Deinde quod non vident illud ipsum, quod de affectibus dicitur, posse immortalitatis argumentum fieri, si prudentem hominem animaduertant affectibus dominari eosque ratione temperare ac vincere.

Separabilem animam argumentum.

Affectus prudentis viri & immoderatus prudentis, vt habeat.

TEXTVS.

Εἰ δ' αὖτως ἔχει, δηλονότι ἢ τὰ πάθη λέγει ἄνοιαν εἶναι, ὡς περ εἰ ἦροι παύονται. οὐκ ἔστι δὲ ἄνοιος, κίνησις τις τῶ πνεύματος, ἢ ἰσχυρῶς, ἢ ἀσθενῶς, ἢ πρὸς τὸ ἐνεργεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἰσχυρῶς, ἢ πρὸς τὸ ἀσθενῶς, ἢ πρὸς τὸ ἐνεργεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἀσθενῶς.

Si verò ita habet, psychicum quòd & affectus rationes materiales sunt: quare definitiones tales. Velut Irasci motus quidam talis corporis aut partis aut facultatis, ab hoc, huius gratia. Et propter hæc iam naturalis contemplari de anima, aut omni, aut tali.

COMMENTARIVS XXVI.

PER paucis verbis tria ex superiori probatione colligit. Si enim verò probatum est affectus animæ proprios non esse, sed cum corpore cõmunes; primùm consequens est eos rationes materiales esse: quippe corpus materiale est, quodque corporeum est, materiale nimirum est. Siue autem rationem cum Philopono interpreteris formam, siue cum Simplicio vitalem actionem; perinde fuerit. Eadem namq. sententia constabit; siue affectus dixeris materiales esse accidentarias formas, siue materiales actiones, λέγος tamen, si acutè loqui volueris, formam potius, notionem, essentiam, & naturam, quæ definitione comprehenditur, significabit tibi. Nam Philosophus essentia definitionem adiungit, dum alterum illud deducit (quare definitiones tales) hoc est cum materia. Si enim definitio vbiq. talis esse debet, qualis est res, quæ definitur; si affectus materiales sunt & corporei, cum materia & corpore definire illos oportebit. Iræ adfert exemplum, quam omnibus causis commemoratis definit. Motus quidam est tanquam generalis forma & affectibus omnibus communis. Siquidè materiales & corporeæ immutationes sunt omnes; motusq. omnis materialis est & in corpore quopiam consideratur. Addidit autem (quidam) vt vitalem motum indicaret: alioqui motus absolute pronuntiatum nimis ià latè ad inanimata quoque patebat. Aut motum absolute posuit tanquam genus: motum tamen non quæuis, sed vitalem intelligens, quonia de huiusmodi solum, qui affectibus inest, loquebatur. Et (quidam) velut differentiam adiunxit, vt feruorem & ebullitionem sanguinis iræ propriam indicaret. Deinde adiunxit (talis corporis aut partis) velut materiam materialeve causam. Quam vel ita accipias; quia non quoduis corpus permouetur Ira, sed quod organicum est & viuès, atque aded sensus & appetitionis particeps. Neq. totum huiusmodi corpus, quemadmodum in aliis quibusdam totum fortasse accipiendum erit, vt si tactum definias aut aliquid aliud, quod totius affectio sit. Sed pars illius quædam, nepe cor, quod in hoc affectu præcipue permouetur. Vel potius tale corpus sanguinem dixit, qui accenditur & feruet: & partem cor, in quo maximè feruor is excitatur. Sic enim ipsemet paulò post interpretabitur, cum iram definit feruorem sanguinis aut calidi circa cor. Vbi verò addit (aut facultatis) efficietem ostendit causam: siue illam interpreteris animæ appetitum irascentemq. virtutem; siue calorè corde contentum & accedentem sanguinem. Ab hoc, mouentem & excitantem causam velut obiectum iræ significat; Iniuriã scilicet, qua quis affectus est, vel iniuriosum obiectum. Propterea enim irascitur

ἀλλος τινὶ

ἢ αὐτοῦ

A & commouetur appetitus sanguisque accenditur, quoniam iniuriã affectus est. Denique (huius gratia) finalem causam indicat, vt illam sibi vltimatur iniuriam. Quare si ex his omnibus absolutam iræ definitionem colligas, iram dices esse in viuente ac sentiente corpore intrinsecus excitatam motum sanguinis in corde feruetis, ob appetitum vindictæ iniuriæ illatæ. Quam definitionem cum materia esse constat.

Tandem quoniam qualis est operatio, talem oportet substantiam esse, ex affectibus tãquam operationibus ad animam velut principium & causam progredieris; ad naturalem Philosophum colligit pertinere agere de anima aut omni aut tali. Propterea verò ita locutus est, quoniam incertam ac dubiam in superioribus quæstionem illam reliquit, num aliqua sit anima operatio propria. Si enim nulla sit propria, sed omnes cum corpore materiaque communes agendum illi erit de omni anima; quia omnis erit materialis & corporea, quique materiam & corpus considerat, animam quoque materiale & corpoream formam considerabit. Sin autem aliqua sit operatio solius animæ propria, anima nimirum illa nullam habebit cum materia corporeve commercium: quare nec ad naturalem pertinebit, cuius omnis consideratio est cum materia. Et omnino in text. 2. lib. 6. Metaph. & cap. 1. lib. 1. de part. anim. illius esse dixit agere de omni anima quæcumque non sine materia. Et vniuersè magis in text. 12. 19. & 26. lib. 2. Physic. naturalem formarum considerationem omnem ad materiam contraxit: & text. 83. lib. 1. eiusdem operis mortales tantum & caducas formas complecti. Egimus hac de re satis in generali totius operis præfatione, intelligentemque animam quoque vt est essentialis forma materiæ, sic naturali consideratione contineri ostendimus. Vt iam non sit opus in his diutiùs immorari.

B Propterea verò ita locutus est, quoniam incertam ac dubiam in superioribus quæstionem illam reliquit, num aliqua sit anima operatio propria. Si enim nulla sit propria, sed omnes cum corpore materiaque communes agendum illi erit de omni anima; quia omnis erit materialis & corporea, quique materiam & corpus considerat, animam quoque materiale & corpoream formam considerabit. Sin autem aliqua sit operatio solius animæ propria, anima nimirum illa nullam habebit cum materia corporeve commercium: quare nec ad naturalem pertinebit, cuius omnis consideratio est cum materia. Et omnino in text. 2. lib. 6. Metaph. & cap. 1. lib. 1. de part. anim. illius esse dixit agere de omni anima quæcumque non sine materia. Et vniuersè magis in text. 12. 19. & 26. lib. 2. Physic. naturalem formarum considerationem omnem ad materiam contraxit: & text. 83. lib. 1. eiusdem operis mortales tantum & caducas formas complecti. Egimus hac de re satis in generali totius operis præfatione, intelligentemque animam quoque vt est essentialis forma materiæ, sic naturali consideratione contineri ostendimus. Vt iam non sit opus in his diutiùs immorari.

D hinc sermonem esse; dum ex materiali operatione colligitur essentiam quoque animæ, quæ cum materia sit, considerandam esse. Ideòque minus benè illum interpretari naturalem tum de tali tum etiam de omni anima agere, dum immateriales quoque & celestes quatenus naturalium causarum considerat. Nam vt Philosophum mittam non coniungendo, sed diuidendo membrumq. membro opponendo loqui, neque dicere (de tali & de omni) sed contra potius (de omni aut tali) celestium animarum naturam & essentiam non considerat naturalis, sed solum quòd sint, & illorum corporum motrices sint: neque de illis, sed de mortalium duntaxat animabus tractationem in hisce libris instituit: de que harum operationibus & affectibus loquebatur, dum hanc propositionem deduxit, Naturali aut de omni aut de tali anima agendum esse.

Διαφορῶς δὲ αὐτὸ ἐλεγετο ὁ φυσικός τε ὁ διαλεκτικός ἐκαστὸν αὐτῶν· οἷον ὁ φυσικὸς τὸ βίον· ὁ δὲ διαλεκτικὸς τὸ ἐνεργεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν φύσιν, ὁ δὲ φυσικὸς τὸ ἀσθενῶς, ἢ πρὸς τὸ ἐνεργεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἀσθενῶς, ἢ πρὸς τὸ ἐνεργεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἀσθενῶς.

Diuerso autem modo definitur naturalis & Dialecticorum horum vnum quodque velut Ira quid est. Hic enim appetitum vniuersæ aut eiusmodi quidpiam: ille vero feruorem sanguinis aut calidi circa cor. Horum autem hic quidem materiam reddidit, ille vero formam & rationem.

COM.

COMMENTARIUS XXVII.

**Q**UAE duo postremo dixit, animae affectus cum materia definitos esse; naturalemque Philosophum aut de omni anima, aut de ea, quae cum materia sit, debere agere; occasionem tantisper digrediendi dederunt (hac quippe per digressionem fuisse dicta, fatebitur ipsemet in tex. 18.) dum plures ac differentes definiendi modos proponeret; quibus naturalis philosophi proprius sit ac naturalibus rebus & verò animae accommodatus eligeret. Quod eo maxime consilio factum est, ut cū posuisset, quemadmodum animae substantiam naturalis consideraret, nempe ut est in materia atq. à corpore inseparabilis; conuenientem quoque definiendi modum adiungeret. Vnum quodq. enim ut est, ita intelligi ac definiiri debet. Quare si cum materia quoque definire naturalem oportet. Sanè ita definiendos affectus esse iam dixerat; neq. nūc aliud agit, quàm ut id magis explanet, differentiam naturalis ac Dialecticæ definitionis ostendens.

Dialecticus namque dum nō scientiarum & exactā rerū cognitionē quærit; neque rerū essentiam sibi docendā proponit rerūve naturā imitatur; sed ad ostentationem & iactantiam probabiliter de omnibus disputatione studium omne suum conferens, superficialia quavis contentus; etsi rem cum materia coniunctam definiendam accipiat cum definitionis problema tractat, per solam tamen formam definit: quæ definitio superficialiariam cognitionem adfert, non totius rei ut est. Non enim est sola & pura forma, sed forma in materia, & cum materia permixta. Neque quod est inseparabile, definiendum est ut separabile. Cur autem ita definiat Dialecticus, causa est; quia formam accipit, non ut constituit definitæ rei naturam, sed ut quidpiam est, quod declarandi vim habet. Quemadmodum si iram (in eodem siquidem proposito iam exemplo persistit Philosophus) dixeris vicissèdi appetitionem esse aut eiusmodi quidpiam, quod per se absque materia vlla vel subiecto consideretur. Hoc enim aliquid sanè est, quod ad iram pertinet, sed integra iræ natura nō est: quàm motum item quendam talis corporis aut partis aut facultatis significare in superiori oratione posuit.

Quis autem motus ille sit nunc aperte dicit; feruorem esse in quiens sanguinis aut calidi circa cor. Est inquam motus feruoris; talis corporis, hoc est sanguinis, talis partis, hoc est cordis, talis facultatis, hoc est caloris. Calor quippe sanguinè in corde feruere facit. Itaq. ubi Dialecticus formam proposuit, materiā naturalis adiungit. Cū enim naturalis per materiam dicitur definire, intelligendū non est (ut sapienter adnotauit Simplicius statimq. adiungit Philosophus) solam cum materiam definiendo commemorare, sed materiam potius formæ à Dialectico commemoratæ adiungere: ut ita exactam illius rei cognitionē adferat, quæ formam habet in materia atque inseparabilem formam ut inseparabilem definiat. Quare per materiā potissimum definire illum Philosophus dixit, ut quare à Dialectico differat ostenderet; quod alter solam formam sine materia, alter materiam quoque ad seiscit. Quj si solam materiam diceret, nihil proprium, sed cōmune duntaxat & incertum diceret.

Quamquam Dialecticum in quiens definire per formam, non dixit *μαρτυρῶ* sed *ἰσχυρίζομαι*: non formam propriè dictam, quæ alteram rei partem significat, actum & perfectionem materię; quo-

Dialecticæ definitio quavis.

Naturalis definitio quavis.

Per Dialecticum per formam definit.

**A** niam hæc ad aliquid est neque accipi posset ut est forma, quin materia simul acciperetur, ut ex tex. 26. lib. 2. Physic. intelliges. Quare nec Dialecticus iram dicens vltionis appetitionem esse, appetitionem hanc accipit ut est causa accensionis sanguinis circa cor. Si quidem causa quoque est ad effectū, eaq. definitio materiam item inuolueret, essetque naturalis non dialectica. Verūm *ἰσχυρίζομαι*, hoc est speciem potius & rationem; velut vniuersale quoddam attributum per se est absolute acceptum ut res quædam est, ordine ad materiam vel effectum. Quo magis vana est & superficialiari cognitio ac definitio: quia cū abstrahat à causa, communis nimis est, neque demonstrationis, quæ rei per causam cognitionem pariat, medium esse potest. Naturalis nec per solam formam, nec per solam materiam definit: quoniam utramque hanc, ut forma & materia vicissimque causæ sunt & idè cum relatione, considerat, eiusque definitio perfecta est, scientiaria, & aptum demonstrationis medium.

Quid verò Mathematicus? sanè is dum abstrahit à materia abstrahit item ab ea, quæ forma propriè forma nominetur: quippe hæc ad aliquid sunt, neq. ubi materia non est, forma esse potest. Quare nec per materiam nec per formam cum dixeris definire, nisi similitudine quadam, dum similitudinariam quadam tum materiam tum formam considerat: materiam inquam intellectualem, & contentientem illi formam, magnitudinem & numerum, figuratque & proportiones illorum.

Ceterum quod Philosophus feruorem sanguinis circa cor velut materiam esse ait, appetitionem autem vltionis velut formam, duobus modis interpretari licet. Primum quidem quoniam sanguis in corde feruens materiale quidpiam est; quod ab vltionis appetitione accenditur: illud consideratur in corpore, quod est ut materia; hoc in anima, quæ est forma. Deinde verò quia cum feruoris sanguinis in corde plures possint esse causæ; cibus & potus, febris, vehementior æstus, immoderata corporis exercitatio, vltionisque cupiditas; illud velut commune quidpiam est & genus, quod materiam refert; hoc peculiare & proprium, quod formæ communitatem illam contrahentis ac determinantis vim habet & ut differentia in definitione accipitur: Eademque vltionis cupiditas tum feruoris causa est, tum ipsius iræ velut forma.

TEXTVS.

*ὁ μὲν εἰς τὸν λόγον, ὁ δὲ τὴν ἀποδείξασθαι ἀναγκαῖον ἢ εἶναι πῶς τὸ εἶναι τὴν αἰτίαν, εἰ ἐστίν.*

Hæc enim ratio, quæ rei. Necessè autem esse hanc in materiis talibus, si erit.

COMMENTARIUS XXVIII.

**M** Agnoscere vereor, ne prima huius cōtextus verba secus legenda sint quàm Philoponus & apud Simplicium Plutarchus legerit. Illi enim sub distinguendam orationem & membrum membrum opponendum esse voluerunt, atque ita legendum (Hæc enim ratio, illa verò rei) hæc sententia; hæc quidè definitio, quæ Dialectici est, rationè & formam continet; illa verò, quæ naturalis, rem, hoc est substantiam & materiam. At non erat opus id ipsum repetere; quod iam dixerat (horum autem hic quidem materiam reddidit, ille verò formā & rationem). Satius est absque membrorum distin-

Mathematica definitio quavis.



les disputans, eas definit vt separabiles, hoc est sine materia cōmemoratio. Quod scientiarum non est: quippe scientiæ omnes vt res considerant, ita definiunt: quia rerum naturas imitantur earumque exactam cognitionem querunt.

De altero genere, quod sola constat materia, nihil sanè apertè responderet: Sed naturalis illud esse iam dixerat, dum naturalem definitionem hoc nomine à Dialectica separauit; quòd hæc formā reddat, illa materiam. Verum si solā reddat materiam neque mechinent formæ, imperfecta nimirum est & manca: quippe forma semper in definitione, vt Themistius loquitur, principem locū tener. Ideoque deterior hæc definitio fuerit, quàm si sola proponeretur forma: & minus omnino quid sit domus exponitur, si domum dicas lapides esse, lateres, & ligna; quàm si ad arcēdas iniurias tegumentum esse definias. Forma namque præcipue cuiusque rei naturam constituit & significat.

*Scientiarum distinctio ex abstractiōibus*

Hinc tamen Philosophus occasione arripit ex abstractiōibus scientias distinguendi. Minima omnium abstractiō scientiæque planè omnibus necessaria, à rebus est singulis duntaxat materiæ & fluxæ, neque firmitatem vllam & constantiam habent, sic nulla scientia comprehendere possunt, sed contemnuntur ab omnibus. Hæc naturalis Philosophi abstractiō est: qui ab hac quidem & illa singulari materia, hæcque & illa operatione aut affectiōe considerationem auocat suam; vniuersam tamen materiam retinet, & quidquid siue de naturis, siue de actionibus, proprietatibus & affectibus rerum contemplatur, cum materia & per ordinem ad materiam contemplatur. Itaque quod ait ( talis corporis & talis materiæ ) non quasi de singulis intelligendum est, sed de genere vniuerso illius materiæ naturalis & sensilis, qua res in natura vel arte constant, & sine qua definire Dialecticus dicebatur. Vt si de ira sit sermo, tale corpus fuerit sanguis vniuersè nominatus; si de domo talis materia erit vniuersum lapidum, laterum, & lignorum genus: Eodemque in cæteris modo naturalis Philosophi semper est considerare materiam & cum materia; tum re, tum ratione.

Altero paulo maior abstractiō est ab vniuersa etiam materia naturali & sensili, at ratione duntaxat, non re. Hæc Mathematici est: qui ea quidem considerat, quæ in materia sunt neque ab ea separari ipsa possunt: rationis tamen vltur separatiōne, mentèq. ( vt cum Philosopho dicam ) de prædatas ea, quæ sunt materiæ; omnibusque circuncis, vt est in 11. Metaph. lib. cap. 3. quantum solum & continuum relinquit; eaque contemplatur per se, non quatenus talis corporis affectiōes & accidētia sunt. Quantitatem enim accipit, quæ nusquam sanè nisi in naturali ac materiali corpore sensili reperitur; neq. per se ab eo separata coherere vspiam potest: at non considerat eam velut illius corporis affectiōnem ( hoc enim naturalis Philosophi est ) sed per se, vt aliarum quarūdam proprietatum existit ipsa subiectum. Ita abstracte dicitur à sensili, non ab intellectu materiæ; dum quātitatem à sensili corpore separatam mentèq. comprehendam velut plurimarum proprietatum subiectum accipit. Propterea in tex. 6. lib. 3. de Cælo, Mathematicam scripsit Aristoteles ex ablatione, naturalia ex adiectiōe dici: quoniam illa separata à materia; hæc cum materia complicata intelliguntur.

**A** Tertia & suprema abstractiō est rationis & rei; ab omni materia tum sensili tum intellectu. Hæc primus Philosophus vtitur, qui non iam separabiles, sed re ipsa separatas ab omni materia formas persequitur.

Naturali tamen considerationi tum materia; quamquam aliam illi similem & cognatam interponit Philosophus. Cum igitur naturalem Philosophi dixisset circa materiales affectiōes vt cuiusmodi corporis & materiæ affectiōes sunt versari; quotquot, inquit, non quatenus tales, alius. Alium autem, qui circa res materiales, non quatenus cum materia sunt, versetur, duobus modis interpretari licet: aut ad antecedentia respiciendo; aut ad subsequētia. Si ad antecedētia cum Simplicio respicias, Dialecticum intelligas, quem iam per solam formā sine materia dixerat definire. Sed satis fuerit subsequētia respicere. Et Philoponus quidem artificem intellexit. Sed mihi videtur tres alios subiungere, qui de materialibus secus tractent, quàm naturalis. Quorum primus est artifex; qui non omnia, sed quædam suæ arti & operi efficiendo accommodata tractat ( melius enim ita exponimus illud circa aliquas ) quàm Simplicius circa accidētia formæ vt accidētarias solū. Nāq. naturalis quoque accidētia cōsiderat; immò & Mathematici nō quatenus naturalia sunt & materiam ac formam interna motus principia habent, sed quatenus ab extrinseco principio moueri queunt. Duplexque artium genus significat, vt subobscurè Themistius admoner. Quarum alia materiam exornant, formam inducendo quamquam: vt faber, qui in lapidum, laterum, & lignorum materiam domus formam inducit. Alia defectum & inuolentiam corrigunt: vt medicus, qui humani corporis sanitatem & incolumitatem procurat, neq. illud vt naturale est considerat, sed vt artis suæ præceptis ac remedijs iuuari & conseruari potest. Alter est Mathematicus, qui materialium corporum affectiōes cōsiderat, non vt eorum affectiōes sunt, sed mentis abstractiōne vtens easque seorsim accipiens. Tertius primus Philosophus, qui non immaterialia modo entia separat atq. penitus formas; verum etiam in materialibus ipsis & corporis; de quibus naturalis agit, abstractam entis rationem perpendit: eaque cognoscit non vt naturalia sunt, neque vt materiam & formam velut naturas habent; sed vt species quædam entis sunt materiæque & forma tanquam principiis & partibus entis materialis constant. Quippe vt est in text. 2. lib. 4. Metaph. scientia, quæ agit de ente, de speciebus quoque entis & specierum speciebus agere debet: vniuersè nimirum & quoad communes entis, substantiæ, quidditatis & similitum notions, quæ in rebus omnibus ita continentur, vt peculiaris tamen & propria illarum notio, qua tales sunt, ad scientias alias pertineat.

**B** Tres alios præter naturalem de materialibus agere.

**C** Duplex artium genus.

*Digestio 111. scientias plures ex natura rei distingui.*

Quod si Antonius Bernardus intellexisset, non affirmasset in lib. 13. illius operis, quòd de singularis certaminis euerfionis promulgauit, vnicam esse, si rerū naturam spectes, omnium entium scientiam; et si ob doctrinæ commoditatem tres distinguatur. Scientiā enim vnā eam esse definiuit Philosophus in tex. 25. & 43. lib. 1. de posteriori Analyti, quæ vnus est obiecti sub vna formali ratione cōsiderati, quod neq. species sit, neq. principiu, aut proprietas obiecti alterius scientiæ: sed suas per se

species, partes, principia, & proprietates habeat, quæ sub eadem formalitate tractentur. Ideoq. in text. 20. cauet, ne de genere in genus de quoque vna in aliam scientiam trāscamus. Et in text. 23. 24. & 28. quædam ponit esse propria singularum scientiarum principia, quædam omnium communia: neque interrogacionem omnem, responcionem aut disputacionem cuiusvis esse scientiæ, sed singulas singularum proprias. Et omnino vbiq. scientiarum vnitatem ac distinctionem ex obiectis, principiis, & demonstrationibus petens, nimirum ex natura rei, non ex commoditate petit. Hinc in 6. Metaph. lib. cap. 1. & lib. 11. summa 3. cap. 1. Metaphysicam, Physicam, & Mathematicam, ex obiectorum diuersitate, aliq. & alio definiendi & considerandi modo distinguit: & illud; Si non fuerit aliqua alia substantia præter eas, quæ natura constant, ne prima scientia erit naturalis. Et si quæ fuerit substantia immobilis, illa erit prior, & illius scientia erit prima Philosophia. Et in 3. lib. de Anima tex. 38. scientia diuiduntur vt res. Rerum autem quædam ita essentiam habent in materia, vt sine illa nec esse nec definiti nec cognosci possint: alia in materia quidem existunt, absque materia tamen & cognoscuntur & definiuntur: alia demum nec materia habent nec ordinem ad illam essentialē significāt. Triaq. sūt ex natura rei obiecta diuersa, eodēq. abstractendi, definiendi, ac demonstrandi formæ. Primum rerum genus comprehendit mēs nostra cum sensu, alterum cum phantasia. Tertium vt est immaterialis profus natura.

Hoc quidē certē loco tum ex triplici abstractione diuersa, tum ex obiecto triplici, triplicique definiendi modo, distinctionē facit. Sed abstractio extrinseca est, nec significat quidquam, quod in obiecto cōsideretur: verum ratio quædam est & conditio, sub qua considerētur & cognoscantur omnia; potiusq. ad intellectum, quam ad obiectū pertinet. Et Mathematicæ omnes disciplinæ abstractione vtuntur eadē: Et moralis item scientia eandē, quæ naturalis, abstractionē habet: quæ tamen diuersa scientiæ sunt; magisque à naturali moralis differt, quàm mathematicæ; cū illa practica sit, hæc theoretica. Intrinsicæ verò; formalis ratio, quæ in quoq. obiecto consideratur. Inde vt essentiam, sic vnitatem accipit scientia: & verò definiendi ac demonstrandi modum; definitioq. quæ demonstrandi principium est, ex cuiusq. rei essentia petitur. Ita in 4. Metaph. lib. text. 7. quædam esse dicitur generalis scientia à particularibus diuersa, quæ considerat ens vt ens est (hæc nimirū est formalis ratio, quæ in obiecto cōsideratur) reliquæ autem scientiæ illius aliquam sibi partem abscedunt, velut materiale obiectum; cui aliam quandam rationem formalem addentes à generali illa cōsideratione distinguuntur. At quoniam ens synonymū non est, ne quis crederet nullam de eo scientiā esse posse; ostēdit in text. 2. neq. omnino homonymū esse, sed ex eorū genere, quæ ad vnum dicuntur; de quibus scientia esse potest. Inde q. conficit, generalis illius scientiæ esse de omnibus entibus agere vt entia sunt: maximè tamen de substantia, quæ maximè & primū ens est. Agit igitur tum de ente vniuerso, dum entis proprietates ac generales diuisiones persequitur tum de speciebus entis, de ente materiali & immateriali, deq. substantia & accidente: tū de speciebus specierum entis, vbi entis immaterialis species, separatas mētēs; etisq.que materialis, categorias decem contem-

Exponit  
verba 4.  
Met. 1. 2.

platur. Quæ tota consideratio est ratione & re à materia non sit abstracta; propterea tamen hæc scientia cuiusmodi abstractione dicitur vti; vel quod vniuersa hæc entis ratio, quam persequitur, est in quibusdam separata non sit, in aliis tamen cernitur separata; est que ad vtrumque in differens: vel quod præcipua & optima illius pars substantiæ sunt re ipsa materiæ omnis experte, separata in quæ mentes. Nā si hanc ob causam Theologia vocatur, prima Philosophia, sapientia, diuinaq. scientia; quid ni etiam propter eandem re & ratione & materia dicatur abstracteres.

## COMMENTARIUS.

**Q**uod enim ait Simplicius, ea Philosophi verba (primum Philosophum agere de separatis formis) non esse ad superiores illas & altiores substantias referenda, sed rationale illam animæ nostræ partem, quam solet mentem appellare: Neque tum iis constat, quæ ab eodem interprete in operis præmio posita sunt, scientiam de hac anima neq. primi Philosophi neque naturalis esse, sed inter vtramq. mediam: Neque cum ipsa rationali anima: quippe numero pluriū Philosophus loquitur: Neque demum cum iis, quæ aliis in locis traduntur. Et enim vbiq. dum primum Philosophum Aristoteles ait separata contemplari, separatas illas mentes significat. Naturalemq. inseparabiles formas vt inseparabiles sunt; Mathematicum inseparabiles vt mentes ac cogitatione separabiles; primū Philosophum vt re ipsa separatas contemplari asserit.

Itaque aut materialis tantum formæ aut formæ vniuersæ diuisionem hic factam fuisse dixeris. Si materialem duntaxat acceperis; ea vt est in materia, vniuersè consideratur à naturali; vt in tali, vel tali materia, ab artifice; vt autem ratione solum separabilis, à Mathematico; vt demū etiam re ipsa, à primo philosopho, dum in ea rationem entis, quæ per indifferentiam saltem abstracta est, contemplatur. Sin autem formam vniuersam diuisam fuisse volueris, postremum hoc mēbrum perspicuum magis fuerit, dum materiali & inseparabili forma in ceteros distributa, primo Philosopho relinquatur ea, quæ in diuinis mentibus re ipsa est separata. Quod enim hic de Ideis tanquam separatis formis Philoponus loquitur, neque Aristoteli videtur consentaneum, qui vbiq. Platonicas illas formas est infectatus: neq. necessarium, vbi alia suppetunt separata Philosopho nostro formæ. Quamquam modus ille loquendi (quatenus separata; primus Philosophus) interpretationi priori fauere videtur; significareq. materialis formæ diuisionem fuisse; & eandem illam, quæ à naturali vt inseparabilis, & à Mathematico vt ratione separabilis, à primo quoque Philosopho vt re ipsa separatam considerari. At familiarè Aristoteli est, vt verè ait Philoponus, incipere à materialibus atque ad immaterialia & abstracta progredi & in iis terminare sermone.

Denique quod inter naturalem & artificem Philoponus discrimen agnouit, idem inter dialecticum & Mathematicum agnosci potest. Naturalis materiam vniuersam, artifex peculiarem quandā & sibi propriā intuetur: & mathematicus certā sibi præscribit formā, quantitātē, Dialecticus nullam determinatam, sed vniuersè formam omnem accipit. Immo quod in naturali & sententi-

Naturalis  
Dialecticus  
Mathematicus  
formam

Mathematica  
prima &  
metaph.  
Exponitur  
locus  
ex 1.  
Phys.  
tex. 20.

teria tractanda inter naturalem & artificem ait  
interesse; idipsum inter Arithmeticum & Mu-  
sicum, Geometricum & Astrologum seu Opti-  
cum interesse dixit in tex. 20. lib. 2. Physic. dum  
intellectibilem materiam considerant. Arithmeti-  
cus namque & Geometra quantitatem vniuersam  
considerandam accipiunt; Musicus Astrologus,  
& Opticus non vniuersam, sed eertam quampiam &  
determinatam. Hoc enim est, quod eo loco  
ait, Geometram considerare naturalem lineam; at  
non ut est naturalis; Opticum autem mathema-  
ticam quidem lineam, at non ut non mathema-  
cam, sed ut naturalem. Quoniam Geometra li-  
neam quidem considerat, quae in corpore natu-  
rali cohaeret; quippe nulla separata subsistit: at non  
ut est in eo corpore, sed cogitatione separatam.  
Opticus autem mathematicam sane lineam, hoc  
est non ut naturalis corporis affectionem, sed  
mente abstractam intuetur. Non tamen ut Ma-  
thematica est, hoc est vniuersam abstractam, quae  
admodum Geometra, sed ad corpus quodpiam  
contractam, nempe lineam solam visilem; est  
eam non consideret ut existit in tali corpore, sed  
cogitatione abstractam ut communis fert Ma-  
thematica conditio. De Musica & Astrologia idem  
intelligas. Quam ob causam haec omnes inter Ma-  
thematicas disciplinas magis naturales esse di-  
cuntur: non quod naturales magis sint, quam  
Mathematica, sed ex toto Mathematicarum ge-  
nere ad naturalem magis accedant, quam illa, quae  
vniuersam quantitatem, non ad corpus aliquod  
naturale contractam contemplantur. Et ideo in  
tex. 2. lib. 6. Metaph. Mathematicae disciplinae  
nonnullae circa immobilia versari dicuntur, non  
tamen separabilia. Quoniam quaedam sunt a ma-  
teria penitus absoluta, aliae inter has & naturalem  
quasi mediae: quae circa immobilia quidem versan-  
tur, dum quantitatem a materia sensibili & mo-  
bili abstractam intuentur, quantitatisque perse  
affectiones inquirunt: Non tamen separabilia:  
quod non ab omni abstractant materia, sed in cer-  
ta quampiam considerent: Optica lineas in visu,  
Musica proportionales in auditu, Astronomia fi-  
guras, dimensiones & proportionales in Caelo.  
Verum de his nunc pluribus agendum non esse  
Philosophum admonentem audiamus.

TEXTVS.

Ἄλλ' ἰσχυροτέρως ἔδειξεν ὁ λόγος. Ἐλέγχετο δὲ ὅτι τὰ πᾶσι τῶν  
ἰσχυρῶν ἀρχαίων τῆς φυσικῆς ὕλης τῶν ζῴων, ἢ καὶ τῶν ἀθῶν  
ἰσχυροτέρως ἔδειξεν, ὅτι ἄλλ' ὡς τῆς γεωμετρίας καὶ ὡς τῆς οὐρανοῦ.

Tex. 19. Sed redendum vnde sermo. Dicebamus autem af-  
fectus animae inseparabiles esse a naturali materia ani-  
malium, quatenus tales sunt, ira & timor: & non  
quemadmodum linea & superficies.

COMMENTARIVS XXXI.

IN his fatetur Philosophus ab instituto se di-  
uertisse non nihil, quaedamque per digressio-  
nem dixisse. Sed quamquam ea fuerint, duobus  
modis responderi potest. Aut enim ea duntaxat  
fuisse dicimus, quae postremo de triplici abstrac-  
tione, naturalis, mathematici, & primi Philoso-  
phi, commemorauit: aut ea quoque quae in tex.  
16. de diuersis naturalis & Dialectici definiendi

A modis adiunxit. Quippe ad rem praesentem sa-  
tis alioqui esse poterat id, quod in tex. 15. fuerat  
dictum, affectus animae rationes in materia esse,  
definiendasque cum materia, & naturali philo-  
sopho de huiusmodi anima agendum esse. Quare  
duobus illis adiunctis, quae ad vberiore[m] doctri-  
nam planioremque explicationem faciebant eius,  
quod agebatur; ad illud ipsum planè sermonem  
reuocat. Atque affectus animae repetit ab anima-  
lium materia, hoc est aut a sanguine ante com-  
memorato, aut omnino ab organico corpore,  
quod anima subiectum est & ut materia, inse-  
parabiles esse. Inseparabiles inquam non modò  
re, sed & cogitatione ac definitione: & non quae-  
admodum linea & superficies cateraque huius-  
modi mathematica, quae cogitatione saltem se-  
parantur & absque sensibili vlla materia definiun-  
tur, etsi nusquam separata existant, linea est lon-  
gitudinis & latitudinis expertis, & superficies, quae lon-  
gitudinem & latitudinem tantum habet. Non  
enim & definit naturalis iram aut timorem; sed  
ut antea dictum est, cum sanguinis, cordis, & omnino  
animalis corporis ceu materiae commemoratione.

Nec satis philosopho fuit naturalem nomina-  
re materiam, sed animalium quoque materiam,  
dixit. Quoniam duplicem antea materiam nomi-  
nauerat, tum sanguinè & cor, in definitione irae;  
tum lapides, lateres, & ligna, in definitione domus;  
neque naturalem solum sed artificem circa naturalem  
materiam versari dixerat: debuitque sermonem  
contrahere ad eam materiam, à qua inseparabiles  
esse animae affectus affirmantur. Fortasse etiam il-  
lud spectauit, ut hac oratione significaret, animae  
affectus hosce, non solius animae proprios, sed cum  
corpore ite communes & omnino totius animalis  
esse: propterea voluit animalia quoque nominare.

At quid illud est, quod dicit (quatenus tales  
sunt)? Sanè de affectibus dicit, sed Philoponus  
animam opinatus duplex habere corpus, ut & in  
totius operis praefatione posuit, & alibi saepe re-  
petit, vnum spirituale atque inseparabile; alterum  
crassum hoc & sensibile, quod oculis cernimus &  
palpamus manibus, à quo separari possit: iram ex  
affectibus vnam accipiens, eam dixit & in ratio-  
ne esse, & in spiritu, & in hoc crasso & palpabili  
corpore. Nam ratio spiritui vltionem imperat, &  
spiritus circa cor sanguinem mouet. Non secus,  
quam Rex imperet duci, duxque militibus, & de  
additum voluit (quatenus tales sunt) ut intelli-  
geres quamnam is iram inseparabilem diceret.

Quae namque est in ratione, ab omni corpore se-  
parabilis est: quaeque in spiritu, si non ab omni,  
ab hoc certè crasso & terreo corpore separatur.  
Propterea dixit (quatenus tales) hoc est quatenus  
crassi huius corporis affectus sunt. Est enim san-  
guinis feruor in corde.

In quibus Philoponus multa peccat. Primum  
quod de sola anima nostra interpretetur illud,  
quod animalibus vniuersè conuenit. Non enim  
solum homo commouetur ira, nec ratione participat  
animalia caetera, spirituale corpore separabili.  
Deinde quod aetherium illud & spirituale corpus  
adiungat animae, quam solius organici corporis  
actum esse Philosophus voluit. Tum quod iram  
in ratione ponat, quam sentientis & irrationalis  
partis affectum & ideo bestiis quoque commu-  
nem esse constat. Praeterea quod iram, quae in ra-  
tione dicitur, separabilem esse affirmet: cum iram

Opinio  
de dis-  
tinctione  
anima cor-  
poris.

Opinio  
de distri-  
ctione  
anima cor-  
poris.  
Confu-  
tatio.

non propriam, sed communem operationem, & ideo inseparabilem, Aristoteles fecerit: deque sola intellectione dubitauerit, num sit propria solius animæ operatio, quæ sola separata animæ vix concedatur. Tantum abest, ut iram cum spiritali quoque corpore separabilem esse putauerit. Sanè in tex. 15. affectus omnes vniuersè pronuntiauit inseparabiles à materia esse, & cū materia definiri: Iramque in specie motum esse definiuit talis corporis aut partis: crassi nimirum & terrei huius corporis. At si hæc est eius natura, hæc definitio: absque hoc omnino crasso & terreo corpore intelligi & esse nequit. Hocque tandem sibi voluit illa verba (quatenus tales sunt) hoc est quatenus materiales & corporei planè affectus existunt. Continèturque hæc verba quasi rationem eius, quod dicebat, inseparabiles eos esse: quoniam inquam tales sunt, hoc est materiales & corporei affectus.

*affectus  
animæ  
velut  
lumen.*

Satis accommodato videtur Simplicius exemplo luminis: quod tum solis est ut efficientis causa, tum aëris ut patientis. Sic enim affectus excitatus ab anima deriuatur in corpus, quod affectu illo commouetur. Verbaque illa (quatenus tales sunt) addita fuisse putat ad differentiam rerum mathematicarum, quæ quatenus tales sunt intelliguntur absque materia: ira enim & huiusmodi affectus materiam semper secum trahunt.

Vnde planius iam illud euadet, quod antea dicebatur, dialecticas definitiones inanes esse, quæ formam sine materia accipiunt. Naturalia siquidem materiam postulant, non modò ut sint sed etiã ut intelligantur: forma sine materia soliditatem nullam habet. Et dialecticus definitionem omnem, si modò probabilitatis speciem habeat, statim accipit disputando.

*Veterum opiniones de Anima. Cap. 2.*

TEXTVS.

*Επισημάνει τις τὴν ἀνάγκην, ἡ ἀναγκὴν ἅμα διατηροῦντας  
Tex. 19. πῶς ἂν εὐπορεῖν δεῖ, ἀναγκαστικῶς τὰς ἑσπερίων δόξας συνι-  
περγάζεσθαι ὅσοι τὴν πρὸς αὐτῶν ἀποδείξασιν. ὅπως τὰ μὲν ἰ-  
σχυρῶς ἀκλόως λάβωμεν, καὶ τὸ μὴ πᾶσι, τὰ δὲ ἑλασθεῖν ἴδωμεν.*

*Considerantes autem de anima necessarium simul dubitantes de quibus abundare oportet: reuersentes priorum opiniones complecti, quotquot aliquid de ea enuntiarunt. Vt rectè quidem dicta accipiamus: si quid verò non rectè, hoc caueamus.*

COMMENTARIVS XXXII.

Totius futuræ de anima disputationis velut præmium hætenus præmisit Philosophus. Iam rē ipsam aggrediens, eorum qui ante ipsum de anima Philosophati fuerant, commemorandas sibi opiniones proponit, quò accurata magis & omni ex parte absoluta tractatio sit. Nihil enim est in vniuersa natura melius anima, nihil scitu dignius, & verò etiam iucundius.

Qui ante Aristotelem de anima Philosophati fuerant, tum in eo peccauerant, quòd non vniuersè de omni anima, sed de aliqua illius parte loquuti essent: tum in eo, quòd aut nihil dixissent, quod non dicam verum, sed ne vero quidem simile esset: aut quidquid illud fuit, tam

obscure, inuoluted, & improprie significarunt: ut minime quid anima esset intelligi satis posset. Aristoteles in reliquis omnibus naturæ partibus peruestigandis admirabilis, in animæ natura & vniuersè & speciatim euoluenda, apertaque & propria oratione explicanda fuit planè diuinus.

Veterum autem philosophorum opiniones anteque examine quid sit aut non sit anima cognoscatur. Nam ita intelligetur eam non esse corpus, sed in corpore sensus & cognitionis omnis ac notionis principium: neque harmoniam etiam corpoream compositionemve aut permixturam qualitatum proportionem, in quadam tamè proportionem ac mediocritate consistere, nec nisi in corpore certo tēperationis genere prædico cōseruari: neque demum elementum esse aut ex elementis, sed vt rationem & formam ex elementis permixti corporis: quæ vna cū sit, plurimum omnino ac diuersarum facultatum principium existit: atque ita partim vnam esse, partim multiplicem: vnam substantia, multiplicem facultate atque operatione.

Quod autem ait considerantibus de anima dubitandum esse de iis, quibus abundare oportet, superiora nimirum respicit, summoque copendio rationem indicat cur polioxiori hætenus præmicio vsus tot de anima dubitationes propulerit: quoniam eorum, quæ proposita fuerunt, cognitione abundare oportet eum, qui anima scientiam quærit. Itaque dubitatio inuestigationis & scientiæ principium est; atque ex admiratione & ignoratione (vt est in præmio Metaph.) ortum habuit omnis philosophia. Hoc sibi vult Philosophus, cū indigentia abundantiæ ait principium esse. Quippe in 5. Moralium ad Nicomachum lib. cap. 5. indigentiam scripsit philosophus omnia continere; rerumque permutationem, quæ indigentia subueniret, in homines inuexisse. Et in 7. Polit. cap. 10. indigentiam, quæ ad vltimam vitam necessaria sunt, primùm docuisse; tum illis reperitis additionem ad commodiorem & politorem viuendi formam fuisse factam. Idem & in scientiis ex ignoracione ac dubitatione velut intellectus inopia & egestate accidit; sensimque ad incrementum & perfectionem ventum est.

Posiunt & illa verba respicere consequentia, quæ de veterum opinionibus subiiciuntur. Varietas namque opinionum dubitationem adierit: accipitemque ac suspensam sententiam facit, dum cui potissimum adhareat animus non facile videt. Ad veritatem tamen cognoscendam plurimum habet emolumenti; dum examinantur singulæ, quàmque firmis argumentis vnaquæque nitatur attenta consideratione ponderatur. Quod facturum se pollicetur philosophus, dum quæ rectè dicta fuerint, sibi sumenda, quæ verò non rectè, cauenda & reiicienda proponit. Cum enim philosophus nil aliud quàm veritatem propositum habeat, tum cauere ab illis debet, quæ à veritate sunt aliena; neque amicos modò sententias, sed sua etiam dicta resellere, siquid melius inuenierit: tum veras sententias admittere, à quocumque fuerint pronuntiatæ; neque affectu erga sectam vllam aut auctorem duci.

Maxima scientiæ nostræ pars est, vt quid alij dixerint non ignoremus; doctrinaque magis, quàm inuentione, constat. Non enim tanta est

mentis nostræ fecunditas, vt sola sibi sufficiat, omniaque sibi excogitare possit. Plurima siquidem ac densissima occupatur caligine, quæ nisi externi quoque luminis ope discutatur, vix aliquem veritatis radium intuetur. Inde vespertilionis nocturnæ scita fati analogia. Et Simplicius duas ex aliorum opinionibus vtilitates commemorat. Alteram ad dubitationem, alteram ad inuentionem: quarum dubitatio præcedit, inuentioni sequitur. Non enim statim nobis occurrit veritas: sed vt is, qui rem quampiam amissam sollicitè querit, modo in hæc, modo in illam partem oculos conijcit, tandemque inuenit: ita mens nostra ad opposita primum mouetur, dubitatque quæstione proposita, vtra pars sit vera, & singulis tandem ponderatis veritatem certatione tenet.

*Ordo verborum.* Denique Philoponus obcuriorem orationem ita mutato verborum ordine iuuandam & planiorem faciendam putat: Considerantes de animæ manecessè est priorum opiniones recententes & simul dubitantes, ac de quibus abundare oportet complecti quotquot aliquid de ea enuntiarunt. Quod si fiat, planè id quod dubitando dicitur, ad sequentia fuerit referendum, quemadmodum interpretet quoque ceteros video retulisse. At non propterea priorem nostram interpretationem delero, quin ad antecedentia quoque referri posse contendo.

TEXTVS.

*Tex. 19.* Ἀρχὴ δὲ τῆς ἐπινοίας, ἀποβέβαια τὸ μάλιστα δοκῶν ὑποθέσει αὐτῆς ἐστὶν ἡ ἀρχὴ. τὸ ὑποθέσει δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ μάλιστα διαφύγει δοκῶν, κινήσει τὴν ἔξω ἀποδοχῶν. ταυτὶς ἀποδοχῶν δὲ ἔξω τῆς ἀποδοχῶν τῶν ἔξω τῆς ἀποδοχῶν.

*Principium verò inquisitionis, & proponere quæ maximè videntur inesse ipsi secundum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus maximè modis differre videtur, motu, & sensu. Accipimus autem & à maioribus ferè hec de anima.*

COMMENTARIVS XXXIII.

*Aristoteles ex maiori bus vbi que progreditur.* **M**Itu omnino quâto opere sibi cõsentiens atq; vbiq; similis philosophus sit, siue aliena traheret, siue sua proponat, à notioribus semper ad ignotiora progreditur. Sic enim & doctrinæ ratio postulat, & demonstratiõnis principia per se nota atq; indemonstrabilia esse oportet. Sensus verò scientiis omnibus principia dedit, dum & ex sensu & experientia fuere collecta. Intellectus siquidem, qui sensibilis corporis est actus, cognitio omnium ex sensu principium habet; nec ad illum peruenit quidquam, quod per sensum portas non ingrediatur. Vnde illud in tex. 11. accidentia magnam partem conferre ad cognoscendum quid est.

Propterea nunc quid anima sit inuestigans, principium ab iis facit, quæ illi videntur inesse secundum naturam: à proprietatibus inquam & accidentibus, quæ per se insunt animæ. Nam quod ait (secundum naturam) tantundem valet ac per se, vt verè Simplicius admonet. Comuniõra quippe omnibus accidentia propriam cuiusque naturam non indicant; sed ea quæ propria sunt quæque per se naturam quamque comitantur. Neque animam, sed animatum acci-

**A**pit: quoniam vt est in tex. 1. lib. 1. Physic. compositum notius nobis est, quàm sint principia, ex quibus illud componitur. Quodque dicere potuisset animam à cæteris formis differre, quòd motu & sensum iis adferat, in quibus inest; animatum inquit ab inanimato duobus hisce præfertim differre.

**B**Maximè autem & plurimum dicit aut præcipue ac præfertim. Quoniam & aliis modis differretur corpore, tum anima. Corpus organicum est atque in plurimas diuersæ tẽperatiõnis ac naturæ partes distinctum, vbi inanimorum corpora vbi que sibi similia sunt. Anima verò præter motum & sensum plures alias operationes adfert, quarum nulla in rebus inanimis est; nutritionem, accretionem, procreationem, imaginationem, appetitionem, atque in homine intellectionem & volitionem.

**C**At cur motum & sensum potissimum nominauit? Sanè corporum differentiam prætermisit quòd de anima nunc, non de corpore loquebatur; atque ex operatione quid anima sit inquirebat. Dum autem motum & sensum audit Philoponus, localem solum motum intelligens, differentiam vtramque animalium asserit esse, non plantarum; neque has, sed illa motu & sensu ab inanimatis hoc loco distingui. Plantæ namq; nec mouëtur loco nec vilius rei sensum habet. Animalibus vtrūque inest, sed ab anima: siquidè hæc quoque si priuëtur anima, nec mouentur, nec sentiūt.

Quare cum philosophus vniuersè tanquàm animæ propriū accipiat id, quod non conuenit omni animæ; non ex propria, sed ex veterum sententia id Philoponus acceptum fuisse putat. Argumentum verbi (videtur) quod asserentis non est, sed aliorum placita referentis: tum veterum commemoratiõnis.

**D**Verum quod spectat ad verbum (videtur) non nouus, immò vtilissimus philosopho est illius videtur. vbius, dum sua quoque proponit. Quod quilibet facillè obseruabit. Dum verò veteres nominat, Accipimus, inquit, & à maioribus ferè hæc de anima. Quod post explicatam sententiam velut illius veterum quoque consensu ac testimonio confirmatiõnem quandam subiungit; significarique id se tanquam sibi ac veteribus philosophis commune posuisse, tum veterum series ostendit; tum vox illa (&) quæ tantundem valet ac etiam: tum confirmant illa verba (ferè hæc) quæ nimirum à nobis ex sensu, inductione, & obseruatione collecta sunt.

**E**Sanè hanc animati & inanimati differentiam posuit velut inquisitionis totius principium. Inquisitionis inquam, quid anima sit, non quid veteres de illa senserint. Denique huius loci explicatio peti potest ex aliis; in quibus eandem aut certè similem vsurpauit sententiam. Nam cum in tex. 150. lib. 2. duabus inquit maximè differentis animam definiunt, tum motu, qui est secundum locum; tum intellectione, iudicio, & sensu: non tanquam præcorum duntaxat, sed velut manifestam atque ab omnibus receptam partem adferri, ex eo intelligas, quòd non iam ibi de præcis illis philosophis agitur; sed vt nunc quid anima, sic eo loco qualis facultas phantasia sit quaeritur. Quodque ibi dicit (definiunt) tanquàm rem omnibus manifestam; id ipsum nunc ait, cum differre videtur, tum à maioribus

*Anima tum vt differat ab inanimato.*

*vt verbum videtur.*



quoque ita accepimus. Et nonne propria philosophi sententia est illa in tex. 40. lib. 3. (animalium anima duabus definita ex virtutibus, tum discretius, quod Dianæ opus est & sensus, tum motu secundum locum) ut post absolutum sermonem de sensu & intellectu, de motu agere aggrediatur?

Itaque si hæc tria loca consulas, in eorum quolibet alterius interpretationem habebis. Ac primum quid anima, que in duobus prioribus absolute nominatur; in tertio ad animalium animam contrahitur. Nec mirum, cum in ea omnes animæ differentia ac proprietates contineantur; de que plantis dubitaretur à non paucis, num earum formam appellare oporteret animam, an meram naturam: & quod nunc animata differre motu ab inanimatis dicit, non multò post contracturus ad animalia sit, animamque dicitur esse id, quod animalibus præbet motum.

Deinde motus, qui nunc simpliciter memoratur, etsi à Simplicitate ita accipiatur ut vegetantes quoque operationes comprehendat animataque omnia ab inanimatis distinguat, in aliis tamè duobus locis de solo motu locali exponitur. Hic enim primus est & maximè manifestus atque à veteribus præsertim accipiebatur ubi motu animam definiébant. Et nunc quidem cum motu solum sensum commemorat, in aliis verò locis intellectum quoque, quòd à veteribus non satis distinguebatur intellectus à sensu. Satisque erat sensum dicere, ut duo statuerentur summa capita, ad quæ veterum de anima opiniones omnes pertinerent.

Motus & sensus ut animatorum proprii sint.

Quòd si hæc differentia proprietatesve localis motus & sensus, ad vnam animam transferantur, ex eo erunt genere, quæ soli quidem, at non omni conueniunt. Sin autem non localem solum, sed quemuis ab interno principio excitatum motum intelligas (siquidem à seipso quòcunque modo moueri vitale est & animatorum proprium, ut legitur in tex. 29. lib. 8. Physic. & apud Platonem in Phædro & 10. lib. de legibus) nutritionemque, accretionem, & decretionem quoque comprehendas, ne omni & soli communis fuerit: his enim ipsis plarè & omnino viuientia cuncta à non viuentibus plurimum differunt. Quoquo etiam modo localis motus communis omnibus dici potest; quatenus quæ alimento intus suscepto nutriuntur & augentur, ad maiorem locum extenduntur. Quo circa quod in 2. lib. tex. 3. & 13. dicitur est, animata ab inanimatis differre vita, pluresque vitæ operationes esse, nutriri, augeri, minui, sentire, moueri, & intelligere; aut accurata magis fuerit animatorum omnium ab inanimatis separatio, aut explicatio maior eius, quod nunc accommodatè ad veterum sententias commemorandas ac distinguendas, dicitur differre motu ac sensu. Et fortasse motum, qui alioqui sensu posterior est si sit localis, ante sensum propterea nominauit, ut vegetatio sui quoque motum quoquo modo comprehenderet.

Inanimatis æqualem esse motum & quietem.

Cæterum si ex eo quòd localis motus animatis inesse dicitur secundum naturam, Philoponus colligat inanimatis non secundum naturam inesse, eorumque motus non naturales esse: quoniam tunc mouentur cum in loco naturali non sunt sed extra integritatem elementi reperiuntur: quietemque potius inesse illis secundum naturam, quoniam vnumquodque in sua integritate secundum naturam manet. Sanè parùm prudenter aget.

**A** Quippe natura tum motus tum quietis principium est: motus, si extra naturalem locum sint; quietis, si in loco naturali contineatur: & utrumque per se naturalibus atque inanimatis rebus conuenit. Nam etsi locus, à quo recedunt, præter naturam sit; is tamen, ad quem mouentur, naturalis nimirum est atque ab eo tanquam sine ac termino naturalis ille motus iudicatur. Neque de hoc nunc pluribus disputabitur: obiter hominem monuisse satis.

Quemadmodum & illud minus verè dictum fuit ab eodem interprete, motum in orbem ignis aut æris, qui fit à Cælo violentum esse. Neque enim naturalis est, quia non est à principio interno: neque violentus, quia non contra illam naturam propensionem. Violentus siquidem illis est motus deorsum. Sed supra naturam: quoniam est à superiori corpore & præter eorum corporum propensionem aut repugnantiam. Et si violentus esset, perpetuus minime esset. Cætera nunc præmittantur. Adnotabo tamen, Aristotelè eodem modo aggressum esse hæc tractationem, qua quid animam sit quaeritur quo in 2. Physic. inuestigauit naturam. vt. n. ibi naturam id esse accepit, quo naturalia differunt à non naturalibus: ita nunc id animam esse affirmat, quo animata differunt ab inanimatis.

**C**

TEXTVS.

Ἐὰν δὲ βίωσι τὸ ζῷον καὶ ἀνεπίστατος ἄνευ λόγου τὸ κίνημα. Τὰν

Inquirit enim quidam, & maximè & primum animam esse quod mouet.

COMMENTARIVS XXXIY.

**D**icæarchum Messenium legitur negasse Animam prorsus quidquam esse animam, nisi opinio- nem solum. Ita scripsit Tullius in primo Tusculanarum quaestionum: sextusque confirmauit Philosophus in 2. libro Pyrrhonianarum Hypotyposon cap. 5. eandem sequutus sententiam in commentariis de Anima, ut ipsemet fateatur in libro aduersus Mathematicos, ubi de sono disserit. Verùm sensus & motus aliaque id genus operationes, quibus animata cernimus ab inanimatis differre, manifestè ostendunt aliquod in illis inesse principium, hocque animam appellamus.

Philosophus igitur cum illud fecisset inquisitionis principium, motu præsertim & sensu, vel veteribus conscientibus, ab inanimatis animata differre: illorum de Anima commemoraturus sententias, ad duo hæc capita reuocat, ad motum inquam & sensum. Vnde intelligas eum non solum illud Principium tanquam manifestum ac sensu notissimum accepisse: sed etiam tanquam duo summa capita statuentem, ex quibus opinionum varietas tota duceretur. Ac primum statuit motum, quoniam pleræque ad eum opiniones pertinebant; pluresque multo in motu, quam in sensu, naturam animæ agnoscebant.

Digestio IV. Quatenus anima & natura differant.

**C**æterum grauis hoc loco nobis est cū Simplicitate altercatio. Cū enim animam Philosophus dicat esse id, quod maximè & primum mouet, difficile

facile videtur esse animam distinguere à natura, quā in tex. 3. lib. 2. Phisic. definitur quoque primū motus principium esse in eo, in quo est. Propterea Simplicius illud inter animā & naturam discrimen statuit, quōd natura principium est *πρὸ κινήσεως*; anima *ἐν κινήσει*. Natura inquam principium est vt passiuē quidpiam, anima vt actiue moueatur: & idēd non solum absolute moueatur, sed vitaliter etiam & intrinsecus à se ipso moueatur id, quod anima præditum sit. Nam in commentariis quoque 2. lib. Phisic. naturā vim in solo principio passiuo posuit: quod illa Philosophi definitio, Naturam esse principium *πρὸ κινήσεως* & *ἡρεσιῶν*, hoc est vt res moueatur & quiescat, passiuam aptitudinem ad suscipiēdum motum significare videtur, accersentem causas mouētes ipsam & exornantem; velut extremam vitam, quæ non in mouendo, sed in aptitudine ad motum versetur.

*Naturā simplicio esse solum passiuū principium motus.*

*materia esse naturam.*

Certē materiam ceu passiuum principium esse naturam constat, tum ex Aristotele & antiquioribus omnibus in tex. 7. illius libri: tum quia cūm omni principio actiuo responderē passiuum oporteat in eadē resi natura principium actiuum fuerit, passiuum quoque esse necesse est. Neque minū naturalis est motus, vt res est apta moueri, quā vt est apta mouere. Atque vt paucis cōcludam, naturam omnes intelligimus esse principium, quo naturalia à non naturalibus seceruntur: ab immaterialibus inquam, quæ naturalibus meliora sunt: & ab artificialibus, quæ deteriora. Materia verò differunt ab vtrisque, tum essentia, tum operatione. Immaterialia enim nec materiam habent, nec sunt apta moueri, sed penitus immobilia existūt. Et artificialia, non vt eiusmodi sunt, sed vt naturali quopiam corpore constāt, & materiam habent & sunt apta moueri.

*Formā esse naturam animā.*

At formam quoque & principium actiuum naturam esse ostenditur in tex. 3. naturæ atque artis oppositione: non quōd ars efficiat & natura patiatur; sed quōd medicus non per se efficiat sanitatem in seipso, quemadmodum naturalia per se faciunt motum: nec ea, quæ arte fiunt, in seipsis habent effectiōnis suæ principium; habeant verò suæ motiōnis naturalia. Et in tex. 12. natura, quæ est actu, magis dicitur esse natura, quā ea sit, quæ est potestate. Et tex. 13. quia homo hominem gignit, forma ostenditur esse natura. Et tex. 14. vsque ad eōd forma statuitur esse natura, vt ortus quoque natura dicatur, quōd ad naturam, hoc est ad formam, sit via. Quippe in primo eius operis libro formam posuerat terminum ad quem ortus. Quare concluditur in tex. 15. forma itaque natura est: & in tex. 28. lib. 3. de Cælo; natura & virtus agendi hoc nomine separantur, quōd virtus agendi sit principium in alio vt est aliud, natura verò principium in ipso. Neque argumentum illud, quo in materia vsi sumus, minorem vim habet in forma. Etenim hac quoque naturalia à non naturalibus dignoscuntur. Immaterialia siquidem formæ sunt spirituales, integræ, non formantes materiam: & artificialia non substantiæ, sed accidentis forma constant: quæ intimas materiam partes non peruadit, sed forinsecūs duntaxat ornat. Naturales autem formæ substantiæ sunt, corporeæ, formantes totamque peruadentes ac perficientes materiam. Atque quod ad operationem attinet, effica-

ces sunt & quasi vitæ in operationem prorumpunt: vt non solum moueri sed & operari naturalia possint: Dū artificiosa inertia sunt & quasi mortua nulliusque actionis principium. Et quoniam naturalium operatio corporea est, plurimum quoque ab immaterialium operatione differt, quæ in seipsis non nisi spiritalem operationem habent.

Ita si operationem consideres, tum materia tum forma principium est, quo naturalia & moueantur & quiescant. Minimèque sapienter Simplicius animæ ac naturæ differentiam explicauit, vbi naturam dixit esse principium passiuum, animamque principium actiuum: & quoniam proratione præsentis instituti satis ostendi naturam actiuum quoque Aristoteli principium fuisse, non prætermittam alterum illius differentiæ peccatum indicare; quōd animam neget esse naturam.

Etsi enim animæ interdum opponamus naturam, cūm tria dicimus esse principia, naturam, animam & intellectum: animæque naturam supponere videatur, vbi anima definitur esse naturalis corporis actus. Et omnino animata ab inanimatis, quæ tamen naturalia sunt, distinxerit Aristoteles, neque anima in omnibus naturalibus corporibus reperiatur. Si tamen naturæ definitionem illam accipias, quam peccasse videtur Simplicius, natura est primum principium motus in eo, in quo est, irrationalē saltem animam esse naturam Aristotelis loca permulta testantur. Namque in tex. primo lib. 2. Phisic. inter naturalia plantas commemorat & animalia, & inter motus qui sunt à natura, numerat accretionem, quæ sit ab anima. Atque hæc eo spectant, vt naturalia separet à non naturalibus, naturæque definitionem inueniat. Deinde in tex. 4. formam, quæ est natura, in subiecto esse ait. Et tex. 12. & 26. esse re inseparabilem à materia, naturalemque considerare formas quæ sunt in materia: quid ita? Quia sunt naturæ. Quippe à tex. 21. ex eo, quōd duplex est natura, materia & forma, naturalem probat agere de materia & forma. At qui irrationales animæ sunt in subiecto, sola ratione separabiles, idēdque naturalis considerationis, vt non multo ante cum philosopho dicebamus in tex. 15. huius operis. Sed & dum in tex. 71. eiusdem 2. lib. Phisic. à naturali consideratione excluduntur ea sola, quæ non mota mouent, quōd in seipsis principium motus non contineant; perspicuum fuerit animata propterea ad naturalem pertinere, quod principium hoc habeant, quod sit natura. Quare eū in tex. 80. non arte, nec intellectu, sed natura dicitur hirundo facere nidum, & Araneus telam, plantaque folia; quamcunque irrationalē animam fateatur idem ipse Simplicius in commen. suo 63. esse naturam: quod etiam dixerat in commen. 50. ad tex. 64. Est enim in eo, in quo est, principium motus accretionis & incessus. Et quidem principium primum: Quoniam inter eam & corporis instrumenta, quibus vtitur, aliud non est principium, vt nec in rerum inanimatarum motu inter formam & qualitatem quidquam intercedit. Itaque post propositionem illam initio libri tertij agendum esse de motu, quia natura est principium motus: adfert in tex. 6. definitionem motus, quā de animæ

*Animā quoque esse naturam.*

accretionem quoque explicat, deinceps que inter species motus eam semper commemorat. Verum in primo lib. de Part. Anim. cap. 1. ex instituto probat naturalem non agere de omni anima, quoniam non eis anima est natura, sed de illis dicitur, que sint natura. Denique in tex. 27. libri 8. Physic. animalia scribit moueri natura & à seipsis; quia principium motus in seipsis habent, et si eorum corpora & natura & præter naturam moueri queant. Deorsum enim naturalis est motus, sursum præter naturam & violentus, si corpus spectetur ut mistum est abundans terra elemento graui. Qui tamen naturalis illi fuerit, ut animæ instrumentum est in eum finem comparatum, ut obsequatur & famuletur animæ; habetque à natura musculos, nervos, spiritum, pedes & cætera omnia ad eum motum perficiendum necessaria & opportuna.

*Motus sursum ut est corpori naturali.*

*Anima intelligens an natura.*

De intelligente anima peculiaris posset esse difficultas: quod ea spiritalis substantia sit, minimeque à materia pendens: verum in totius operis præfatione pluribus hac de re dictum est. Nunc satis fuerit eam quoque veram esse materiam formatricem formam partemque hominis, & in eo operationum omnium principium, siquidem ea sola est in nobis anima ut quiuis intelligat eam quoque verissimè naturam dici posse. Nam propterea in tex. 13. iam indicato ut formam probet esse naturam, illud adfert, homo hominem gignit. Et in tex. 26. ut naturalem ostendat agere de forma ut est in materia, sol, inquit, & homo, quæ sunt formæ in materia, procreant hominem, qui formam habet in materia: & certè intellectus & voluntas non solum dirigunt, & imperant inferioribus animæ facultatibus externisque corporis membris, ut in tex. 48. & 49. lib. 3. de anima, & cap. 3. & 4. lib. de animalium motu principia mouentia esse dicantur: sed & ipsæmet, dum à phantasmate pendunt, naturales operationes sunt.

*Anima generis an differat.*

Commune igitur tum animæ tum naturæ est, esse principium motus; aliudque illarum differentia petenda est. Natura namque latius multo patet atque in omnibus corporibus reperitur, anima certi cuiuspiam generis est. Natura homogenea & vbiq; sibi simili subiecto contenta est: anima eterogeneum & in diuersas partes distinctum quarit. Natura vnus & simplicis operationis, anima plurium omnino principium existit. Natura antecedit atque animæ subiectum præparat, anima post accedit præparatque subiecto vitur. Anima demum omnino maiore vitur libertate magis que multo, quam natura, eleuata est à materia, ut in 2. lib. pluribus explicabitur. Quare in eo quoque ipso, quod vtrique commune est, non parua agnoscitur differentia, ob quam philosophus moueri à se ipsis vitale & animatorum proprium esse scripsit in tex. 29. lib. 8. Physic. Nam vnico cætera mouentur motu; nec eum inchoare possunt & absoluere prout ipsis libuerit: Anima & omnem in partem & cum aliqua libertate mouet: & illa quidem in proprio loco quiescunt, neque mouentur nisi extra locum posita, nec à motu cessant, nisi vbi ad terminum, quem natura quærit, tandem peruenerint. Animata verò vel in proprio mouentur loco, & vbi libuerit, cessare à motu possunt, partemque mouentem habent

*Experimenti locus ex 8. Physic. 29.*

manifestè distinctam à parte mota, cor princeps membrum, vnde anima corpus vniuersum regit atque impellit.

Itaque ut ad philosophi interpretationem reuertamur; aut perinde est dicere animam esse *τὸ κίνητον*, & natura principium primum *τὸ κίνητον*, aut animam potissimum dixit esse *τὸ κίνητον*, propter maiorem illam in mouendo libertatem & imperium; quo non simpliciter mouet, sed viuaciter mouet & *ἡγεμονικόν* dicitur *τὸ κίνητον*. Neque illud Simplicij admittendum est, duplicem esse animæ facultatem; alteram, qua corpus vitaliter moueat; alteram, qua moueat. Perinde namque se habet ad animam organicum corpus, atque ad inanimatam formam illius materia: Atque ut hæc est apta passiuè moueri à forma, sic organicum corpus ab anima. Hocque organicum significat; nempe corpus ad obsequium animæ optimè comparatum, ipsaque organizatio passiuæ aptitudo animatorum propria generali materie aptitudini addita, qua ad peculiarem animæ motum suscipiendum redditur apta. Quocirca illud (maximè & primum) quod is interpres refert ad effectricem illam motus facultatem ab altera illa distinguendam que instrumenti character est, nec proprie anima dicitur, verius interpretaberis respondere ferè illi, quod in definitione quoque naturæ dictum est, eam esse principium primum & per se; animamque separare à secundariis atque instrumentariis motus causis. Quippe & cor mouet, & spiritus, & calor, & neruus, ac musculus: sed anima primum & maximè, quæ his omnibus vel instrumentis mouendo vitur. Denique ne longius, quam par sit, excurrat oratio (quidam) dixit Philosophus; non ut Simplicius creditur, propter Anaxagoram & Empedoclem; quorum alter intellectum, alter amicitiam & litem, non animam, mouentem causam posuerat. Sed potius quod tum motu, tum sensu, animata differat ab inanimatis differre. Veterumque sententias commemoraturus ita eas partitur, ut quidam ex motu, alij ex sensu, alij etiam ex utroque animam definirent. Sic igitur aggredietur.

TEXTVS.

*Οὐκ ὀνομάζονται δὲ τὸ μὴ κινῆμενον αὐτὸ, καὶ ἐνδεχόμενον κίνητον ἢ κινῆμενον ἢ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ἑστὸς ὑποκείμενον ἐκείνου.*

*Existimantes autem, quod non mouetur ipsum, non posse mouere aliud, eorum, quæ mouentur, aliquid animam ita acceperunt esse.*

COMMENTARIVS XXXV.

EX sensibus naturam animæ inuestigans philosophus, motum & sensum accepit proprias maximè animæ operationes esse. Deinde hinc veterum opiniones partitus, aggrediens eas, quæ

Dua ve  
terum  
hypothe  
ses.

qua motu animam definiebant, duas quasi illarū hypothēses posuit. Prima superioribus cōtinebatur verbis; animam esse id, quod maxime & primum animata mouet. Altera nunc subiungitur: quidquid mouet aliud, necesse esse & ipsum moueri; nec posse quidquā mouere aliud quin moueatur ipsum. Quæ propositio veterum illorum ac rudiorum philosophorum fuit, qui materialia tantum & corporea entia nouerant, in quibus ita sanè res habet. At non Aristotelis, qui immateriales & incorporeas cognouit substantias, easque in 8. Physic. libro immotas mouere demonstrauit. Itaque ex his duabus propositionibus hæc illorum erat ratiocinatio. Animata ab inanimatis differunt motu; at differunt anima: anima igitur quidpiam est, quod moueatur.

Ut quod  
mouet,  
moueri  
debeat.

Cæterum posterior hæc hypothēsis duobus modis accipi potest. Aut enim sermo est de consequente aut de antecedente motu. Aut inquam sententia illius est, quidquid mouet aliud, motum illius sequitur, simulque cum eo ex accidenti mouetur: quemadmodum motis nobis moueri dicuntur ea omnia, quæ sunt in nobis, vt est in 1. lib. Top. cap. 3. Aut potius, quidquid mouet aliud, moueatur antea ipsum necesse est, ideoque mouet aliud, quia ipsum mouetur. Priorē sententiam Aristoteles quoque admitteret, animamque, dum mouet corpus, cum eo simul ex accidenti moueri fatetur in 8. lib. Physic. tex. 51. & confirmabit in tex. 61. huius, quem interpretamur. At non hæc fecit veterum propositio, quos moueri antea voluisse id, quod moturum est aliud, manifestum est ex iis, quæ statim subiunguntur. Nam propterea Democritus & Leucippus animam dixerunt esse atomos, quod hæc in perpetuo versentur motu atque agitatione, ideoque quod ipsæ moueantur, mouere quoque corpora queant. Et rursum quoniam quod per se mouetur, corpus est, alterum hoc fuit sententiæ huius argumentum, quæ animam impartibilia corpuscula esse crederit, tum quia corpora sunt, tum quia per se mouentur.

TEXTVS.

Ὅθεν Δημόκριτος καὶ πρὸ π καὶ θεοῖν εὐσι ἀνώγειας ἀπείρων τῶ ἔντων ὁμοίων καὶ ἀτομῶν, τὰ σωματικῶν πρὸ καὶ ἀτομῶν λέγειν διὸν ἐν τῷ ἀεὶ τὰ καθάμυνα ἐξομαρτα, ἃ φαίνεται ἐν τοῖς διὰ τὸν θεοῖδαν ἀκρίτων ὄντων τῶν παρὰ σφαιρῶν στοιχείων λέγει τὸς ὄντες φῶτος. ὁμοίως δὲ καὶ Λεὺκιππος.

Quare Democritus quidem ignem quendam & calidum ait ipsam esse. Infinita namque cum sint figurae & atomi, orbiculares ignem & animam dicit. Velut in Aere quæ vocantur vamenta, quæ per se nostras in radiis apparent. Quorum paupertiam elementa totius naturæ ait. Similiter autem & Leucippus.

COMMENTARIVS XXXVI.

EX duab. expositis hypothēsis sententiā Abderitis Democriti primo loco deducit; animā esse ignem quendam & calidum; ignis quippe inter elementa, & calor inter qualitates ad agendum & motum vim habent maximam. Verum quoniam non satis hoc potest intelligi, quin hominis vniuersa de rerum omnium natura constantium principiis cognoscatur opinio, paucis eam in mentem reuocat. Quæ Eleatis quoque seu Milefij, Leucippi, & Epicuri fuit, Diodorūque Croni apud Sextum philosophum.

Demo-  
criti da  
rerum  
princi-  
pijs sen-  
tentia.

Infinitam hi corpusculorum multitudinem posterunt, quæ quod impartibilia essent, atomos appellarunt. Impartibilia inquam, aut quod essent minima: cum enim corpus quantum non diuidatur in puncta, cessat diuisio ad minima quædam corpuscula, quæ diuidi amplius non possunt. Aut quod omnino frangi nequeunt. Sic enim interpretati sunt Plutarchus in 1. lib. de Placitis philosophorum, & Cesariensis Eusebius in vltimo libro de Euangelica preparatione cap. 5. Porro hæc, vt est in tex. 6. lib. 1. Physic. genere quidem seu ratione & natura conuenire inquebant; differre autem figura, ordine, & situ, vt est in 1. Metaph. lib. c. 4. Plutarch. tamē nec vinctā nec tridētis, nec annularē figuram admittit, quod hæc frangantur facili. At quod in 1. de natura Deorum libro ea scribit Tullius habuisse omnia figurarum genera; confirmat etiam hoc loco philosophus, & in priore libro de ortu & interitu tex. primo & quinto, & in tertio de Cælo tex. 37. infinitas asserens figuras fuisse: non magnitudinē & extensione, si minima erant corpuscula: neque solum numero, quoniam infinita quidem essent corpuscula, at non infinitæ figuræ: neque ea differrent figura nisi propriam singula specie diuersam figuram haberent. Quæ verò in tam paruis corporibus fragilis esset figura, Annularis quidem certè robustissima iudicatur: quod singule partes singulis innitantur: & eam agnoscit Aristoteles, dum orbicularem hoc loco, & in tex. 41. lib. primi Physic. τὸ περικύβητος, rotundum memorat.

Tum verò acuti philosophi corpuscula hæc infinita volebant in infinito item inani continenter moueri: quam ob causam Epicurus, vt Plutarchus & Eusebius testantur, adiecit illis pondus & grauitatem, qua deorsum mouerentur, etiam ex Laërtio lib. 2. & Tullio loco notato non planè rectè deorsum ferri, sed inclinare nonnihil diceret.

Ita duo rerum illis erant initia, plenum & inane, ens & non ens, vt Philosophus loquitur in indicato tex. 41. lib. primi Physic. & cap. 4. lib. primi Metaph. plenum & ens, corpuscula: inane & non ens, imensum spatium, in quo ea mouebantur. Denique corpusculorum horū conuersu res omnes fieri separationēque perire alleterebant: proque vario ac multiplici conuersu, diuersaque concurrentium corpusculorum figura, ordine, ac situ, multitudinem rerum ac diuersitatem existere, atque adeo innumerabiles mundos ex alio atque alio conuersu & separatione horis omnibus progigni & interire. Hæc est illa

R iij

*Transfertur  
ma De  
moerita  
quid.*

*Atomi  
ut ramē  
tis simi  
lis.*

*Democriti  
de  
anima  
sententia.*

panfermia; hoc est seminum omnium missella, quam nunc philosophus elementa & initia totius naturę dicit: corpusculorum inquam velut seminum conuersus & permistio.

Ramentorum autem, quod adfertur exemplum quatuor profus declarat. Primum corpusculorum paruitatem atque impartibilem magnitudinem. Deinde inuisibilitatem. Vt. n. ramenta hæc sole absente non cernuntur, quia adueniente sole apparent interdum: ita etsi corpuscula propter nimiam paruitatem conspicua non sint, non tamen propterea vsquam esse negandum est. Tum motum. Nam vt ramenta in aere, sic in inani corpuscula vagum & incertum qualique concurrentem motum habere intelligas. Ad extremum inane, in quo mouentur. Aer liquidem incorporeus & velut inane videtur esse, vt legimus in tex. 40. & 52. lib. 4. Physic. & tex. 81. libri 2. de Anima.

Et hæc quidem vniuersè dicenda fuerunt, vt id intelligeretur, quod speciatim ad animam pertinet. Illud autem est, animam ignem quandam & calidum esse. Quid ita: Quoniam tum ignem vniuersum tum in specie animam ex orbicularibus corpusculis constare inquebant, quorumque communia sunt & similia principia, communem quoque ac similem æquum esse naturam. Integraque horum philosophorum ratiocinatio hæc fuisse videtur. Anima primum & maximè mouet, primum ergo & maximè mouetur: orbicularibus igitur atomis constat, ergo ignis quidam est. Quod enim calidum addit, nihil ab igne diuersum significat, dum de sola Democriti opinione loquitur: tantundemque fuit dicere ignem quandam & calidum, ac si calidum quandam ignem dixisset.

TEXTVS.

*Τότων δ' τὰ σφαίρειδ' ἄρχη, διὰ τὸ μέγιστον διὰ  
Tex. 20. πάντες ἀναστῆαι διὰ τὸν τῶν τῶν σφαιρῶν, καὶ κινεῖν  
τὰ λοιπὰ, κινεῖται δ' αὐτὰ, ὑποαμείνοντες τῶν ἄρχῶν  
εἶναι τὸ πλεῖστον τῶν ζώων τῶν κινῶν.*

*Horum autem orbicularia, animam; quod maximè per totum penetrare possunt huiusmodi figure & reliqua mouere, cum mouentur & ipsa: animam accipientes id esse, quod præbet animalibus motum.*

COMMENTARIVS XXXVII.

Rationem exponit, qua persuasi Democritus & Leucippus orbicularia corpuscula esse animam aut ex illis potissimum constare hanc affirmarent. Nimirum tribus positis. Primum, indiuidua corpuscula rerum omnium principia esse. Altero, animam id esse, quod maximè & primum animalia mouet (quibus verbis generalem de animatis omnibus pronunciatam propositionem de animalibus nunc & locali motu interpretatur): & tertio, quod mouet aliud, debere ipsum moueri, immò idèd mouere, quia mouetur.

Ita paucis concludebant; quæ orbicularia existunt, maximè sunt ad motum accommodata, anima igitur ex orbicularibus constat: at quicquid ex orbicularibus constat, ignis est, anima igitur est ignis: orbicularem porro figuram esse maximè motui opportunam, ex eo ratiocinabantur; tum quòd angulis careat, qui motum impediunt, tum quòd superficiem in puncto tangit, ideoque facillimè voluitur. Nam etsi acuto pyramis angulo citius penetret, amplior tamen basis retardat motum.

Sanè Zeno quoque, Cleanes, Chrysippus, & Stoici, spiritum calidum & igneum animam esse prodiderunt; & Heraclitus Ephesius humorum euaporationem. Etenim à natiuo calore in viuentibus opera omnia administrari, frigusque actionem omnem impedire cernebant. Tandem etiam nos viuere, quandiu durat in nobis calor, eoque extincto cessare vitam. Ac demum ea meliorem habere animam & vitam, quæ ampliore habent calorem. Ita calorem non animæ instrumentum, sed animam esse putarunt. Calor autem ignis qualitas est. Quòd si de cæteris quoque liceat diuinare, atomos hæc igneas perpetuo moueri dixerunt quòd perpetua sit nec vquam intermissa vitæ & caloris actio. Impartibilitate demum atque orbiculari atomorum figura intellectus fortasse adumbrarunt naturam, quæ tum impartibilis est, tum in seipsam redit, subindèque reuoluitur.

Cæterum quòd latine figuras reddidimus, græcè est *σφαῖρας*: mirari que quispiam possit, cur philosophus cum paulò ante dixisset *σφαῖρας*, nunc mutata voce dixerit. Verè hanc Abderiticam vocem esse Philoponus scripsit: pulcherrimo hunc locum interpretabitur nobis ipsemet Aristoteles; qui in capite quarto lib. 1. Metaphysicæ commemorans illam Leucippi & Democriti de rerum principiis in superiori commentario positam opinionem; de triplici entium differentia, ex corpusculorum figura, ordine, ac situ, ita loquitur. *τῶν τῶν κινήσει τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν κινήσει, καὶ θέσει. διαφέρειν δ' αὐτῶν τὸ ὅτι σφαῖρα καὶ διαφέρει καὶ τῶν κινήσει.*

Quid autem Abderitica hæc voces significant, statim exponit; *τῶτων δ'*, inquit, *δ' αὐτῶν σφαιρῶν ἔστιν, ἢ δ' διαφέρει τῶν κινήσει, ἢ δ' τῶν θέσει.* Itaque quòd ad rem præsentem attinet, *σφαιρῶν* idem est quòd *σφαῖρα*; idem quòd figura. Et antea quidem *σφαῖρα* dixit, tanquam communem & vlitatam vocem; nunc autem *σφαῖρας*, tanquam illorum, quorum sententiam tractabat, auctorum propriam.

TEXTVS.

*Διὸ καὶ τὸ ζῶν ὅσον εἶναι τῶν ἀναστῶν σφαιρῶν ἢ τῶν σφαιρῶν τῶν σφαιρῶν, καὶ ἐκθίοντες τὸ σφαιρῶν τῶν σφαιρῶν τῶν ζώων τῶν κινήσει, διὰ τὸ μέγιστον ἔχειν μάλιστα, βολβαίαν γίνεσθαι θέσθαι, ἐπιπέδου ἄλλον τῶν τῶν ἀναστῶν καὶ αὐτῶν δ' αὐτῶν τῶν ἐπιπέδου ἐν τῶν ζώων ἐκθίοντες, ἀναστῶν τῶν σφαιρῶν καὶ κινήσει, καὶ ζῶν δ', ἔως διαφέρει τῶν σφαιρῶν.*

*Vnde & vivendi terminum esse respirationem. Cir-  
cumfuso namque aere corpora comprimente & elidente  
figuratis eas, quae praebent animalibus motum, quod ipse  
quiescant nunquam: subsidium forissecus fieri, subter-  
ribus cuiusmodi aliis inter respirandum. Prohibere enim  
has, ne quae in animalibus insunt excludantur: simul co-  
pellentes id, quod cogit & glutinat: & vivere autem,  
quousque possint id facere.*

COMMENTARIUS XXXVIII.

**D**Vpicem huius loci interpretationem adfer-  
re videtur duplex illius vocis (ἔσς) significa-  
tio. Quippe interdum definitionem significa-  
tio. Quippe interdum definitionem significatio: ut  
in primo Top. lib. cap. 4. *ἔσς τῶν ὀρέων, ὅ τῶν  
ἰσθμῶν οὐκ αὐτῶν*: est inquam oratio quid erat esse si-  
gnificans. Interdum autem terminum, metam, &  
finem: ut alibi saepe. Sanè nonnullos video de-  
finitionem hoc loco interpretari: quasi Democri-  
tus & Leucippus orbicularibus atomis constare  
animam opinati, vitæ definitionem esse vellent  
atomorum harum respirationem. Mihi tamen  
magis placet vitæ terminum ac metam respira-  
tionem exponere: ut conceptam illam de anima  
natura opinionem quasi ex effectu confirmarent  
illius auctores, ipsique consentaneam demonstra-  
rent, quæ in animalibus eueniunt. Quippe &  
tunc benè fuisse credimus cuiusque rei naturam  
expositam, cùm & dubitationes solvantur, &  
proprietas facillè cognoscuntur, ut in tex. 31. lib.  
4. Physic. de loco philosophabatur Aristoteles.

Animam cernimus & vitam respiratione con-  
seruari, respirationeque cessante cessare, eundè-  
que & vivendi & respirandi terminum esse. Quid  
ita? Nimirum quia frigidus aër circumfusus cogit  
& constringit corpora nostra, extrudunturque ato-  
mi, quibus ea tanquam vita & anima sunt plena:  
quæque propterea motum corporibus adferrebāt,  
quod semper ipsæ mouerētur. At ne extrusis his-  
ce animalia priuenter illicè vita, forissecus alia  
subeunt, quibus & extrusarum compensetur ia-  
ctura & reliquarum impediatur extrusio, nimia-  
que frigidi aëris compressio arceatur: calida enim  
& ignea sunt huiusmodi corpuscula. Tandiu vero  
prorogatur animalium vita, quandiu hoc facere  
possunt: suscipere inquam & reddere atomos, hoc  
est respirare. Respirationem enim hoc loco tum  
inspirationem tum expirationem dicit.

Quod autem Philopono libuit interpretari ver-  
ba illa (Quod ipsæ quiescant nunquam) significa-  
re causam, cur atomi intra corpora nostra conten-  
tae excludantur. Cùm enim sint motu facili, nullo  
quoque excludete, ipsæ per se non quiescentes du-  
cuntur) minùs omnino probandum est, & philo-  
sophi verbis aduertatur. Quia cùm duplicis effe-  
ctus quaereretur causa, alterius, quidnam esset,  
quod animalibus adferret motum; alterius, quid  
tandem ex animalium corporibus contentas ex-  
cluderet atomos, extrusionis causam esse prodi-  
dit ambientè, & constringetè aërem frigidum;  
motum verò propterea animalibus adferre ato-  
mos, quod ipsæ moueantur semper & quiescant  
nunquam. Quod si ad exclusionis causam illa  
ipsa verba referre omnino libeat, exclusionis qui-  
dem causa prima fuerit ambiès aër cogens: at cur  
hæ atomi faciliùs ac promptius excludantur,  
causa erit, quòd ipsæ sint in motu, faciliùsque mo-  
ueantur ea, quæ iam sunt in motu, quàm quæ quie-

scunt, ut est in quæst. 12. Mechanicarum.

Verum neutrum videtur à veteribus illis fa-  
pienter excogitatum. Primum quoniam si ato-  
mi idcirco mouent, quia mouentur ipsæ, quem-  
admodum ipsæ quiescunt nunquam, nunquam  
item animalia quiescerent: at quiescunt sapissimè  
multoque tempore. Neque verisimile est tan-  
tam minimorum corpusculorum vim esse tãque  
efficacem motum, ut tam magna & crassa ani-  
malium corpora mouere queant. Denique eo  
demum motu mouerent, quo mouerentur ipsæ:  
nò incessu, saltu, cursu, & eiusmodi cæteris moti-  
bus quos in animalibus obseruamus.

*Confu-  
tatio De  
mocris.*

**M**inùs verò certa videntur ea esse, quæ de respi-  
ratione dicuntur. Primum quoniam non omnia  
animalia respirant: omnibus tamen anima inest  
& vita. Deinde si is esset respirationis modus, ces-  
saret nunquam respiratio nec priuarentur vnquã  
animalia vita. Quippe egredientibus aliis ato-  
mis ingrederentur aliæ. Tum verò aër non sem-  
per est frigidus ad constringendum; sed calidus  
per se ad rarefaciendum & dilatandum. Vbi que  
tamè & semper, siue aère frigido siue calido, respi-  
ramus. Sed & subeuntes à quonã intus triduntur  
atomi, & cur atomi calidæ potius quã aliæ? Cùm-  
que respiratio duplici constet motu, compressio-  
ne ac dilatatione thoracis, ut compressionis cau-  
sam frigidum aërem esse dixerunt, sic dilatationis  
causam explicare debuissent. Ad extremum vi  
respirationem in calidioribus & sanguineis ani-  
malibus duntaxat obseruamus, ita illius vsum  
& finem intelligimus esse interioris caloris refri-  
gerationem. Quid igitur calidas & igneas ato-  
mos inquirunt inspiratione suscipi?

Afclepiadem quidem medicum respirationem  
dixisse animæ ipsius generationem esse, & Praxa-  
goram corroboracionem quandam, scribit Gale-  
nus ad initium libri de vtilitate respirationis: at  
non calidi corporis, sed frigidi aëris susceptio-  
nem ac reddicionem illam esse intellexerunt.

*Afcle-  
piadis  
& Pra-  
xagora  
de ani-  
ma sen-  
tentia.*

*Digressio v. Quanta fide cum veteribus philosophis  
egerit Aristoteles.*

**N**ON esse profusè asserendum ait Simplicius  
putasse Democritum ex corporibus consta-  
re intelligentem animam; quam orbicularis ato-  
morum figura idcirco creditur significare, quòd  
hæc anima in seipsam velut orbis quidam redeat.  
Neque Aristotelis narrationi standum, qui quòd  
obscura esset veterum philosophia, ea illis ple-  
rumque apponit, quæ præ se ferre verba viden-  
tur. Quod cum Pythagoricis quoque illum in  
sequentibus fecisse putat.

*Vt Ari-  
stoteles  
veteres  
philoso-  
phas ve-  
prehē-  
rit.*

Cuius rei duplex argumentum hoc loco adfer-  
re satis erit. Alterum, quòd idem ipse Simplicius  
in commentariis 1. lib. Physic. Melissi ac Parme-  
nidis opinionem illam de vno primo principio  
immobili, quam Aristoteles tãtopere exagitaui-  
t, de prima causa secus omnino, quàm Aristoteles,  
interpretatur. Ea enim est vna, quia vnitas est  
multitudine prior. Est immobilis, quia om-  
nis mutationis expers. Est infinita Melisso, non  
quantitate, sed duratione; hoc est ingenta & eter-  
na. Est Parmenidi finita, quia perfecta: & cùm sit  
aliorum finis, sine meliùs, quàm infinitate, expli-  
catur; finitum quippe imperfectionem & mate-  
riam significat.

*Parme-  
nidis  
& Me-  
lissi  
senten-  
tia de  
vno pri-  
mo prin-  
cipio.*

Nec Simplicius modo, sed ex posterioribus quoque Augustinus Eugubinus in 7. lib. de perenni philosophia cap. 6. & Io. Franciscus Mirandulanus in 6. lib. examinis doctrine gentium cap. primo, & Nicolaus Cusa in lib. de filiatione Dei, & Cardinalis Bessarion lib. 2. aduersus calumniatorem Platonis cap. vlt. ita illorum sententiam exponunt; immeritoque illos ab Aristotele dolent reprehensos. Deque Parmenide idem confirmat Plotinus in libro de tribus precipuis substantijs cap. 8. primumque hoc principium sphaerae globo comparatum ab eo fuisse addit: tum quia cuncta in se inuoluta complectitur: tum quia illius intellectio non petitur ab extrinseco, sed in seipso perficitur. Quod etiam in commentarijs 1. Physic. habet Philoponus & Agatho apud Platonem in conuuiuo nonne Parmenidem dixit de prificis Deorum gestis scripsisse? Quam & Aristoteles ipse in tex. 6. & 32. Parmenidem illum ac Melisum ab ijs, qui de natura loquuti essent, separauit, & in tex. 2. lib. 3. de Caelo eos scripsit aliqui beate, at non naturaliter fuisse loquutos, quoniam de ingenerabili & incorruptibili ente loqui non est naturalis philosophi.

Plato-  
nis opi-  
nio de  
Ideis.

Alterum eiusdem rei simile argumentum est, quod idem ipse Aristoteles aduersus ideas à Platone positas ubique intuehitur, quae tamen si meliore sententia intelligantur, maxime probanda sunt & comendanda. Et Simplicius exponens tex. 19. lib. 2. Physic. Peripateticos putat & Academicos in eo conuenisse, ut eorum quae hic sunt praexistere dicerent aeternas quasdam & immutabiles causas, Deum & separatas mentes, easque non efficientes modo, sed & exemplares causas esse. Quod multis modis ostendit, quos non est huius loci commemorare. Sed & Ammonius in proemium Porphyrij idipsum ostendit, & Philoponus in commentarijs huius de anima interpretationem faciens tex. 8. & 17. duo significat Aristotelis loca: tum in 7. Metaph. tex. 23. & 30. ubi duplicem sanitatem ponit, vnam in medico, sanitatis effectricem; alteram in sano corpore, ab illa prima effectricem: tum in tex. 52. lib. 12. ubi duplicem item ordinem esse ait, vnum in Imperatore, alterum in exercitu, alterum alterius effectorem ac moderatorem.

Ideas  
ubi po-  
neret  
Plato.

Sanè Platonem quamuis non defuerint qui ideas illas crederent in certo quodam loco separatas cogitasse, siue in aëre, siue in concauo luna, siue in stellato Caelo, aut etiam extra mundum, & Ammonius notato loco & in Categoriā substantiā, aliique nonnulli, eas omnino illum extra diuinam mentem per se seorsim existentes posuisse scripserint, acriterque hoc pro Aristotele pugnaverit Iulius Caesar Scaliger, in exercitatione sexta aduersus Cardanum, num. 4. Plurimi tamen viri doctissimi vel etiam Platonici, de ideis diuina mente contentis eum loquutum fuisse dixerunt: quemadmodum S. Dionysius Areopagita cap. 5. libri de Diu. nom. & S. Augustinus in lib. 83. quaest. 46. & lib. 11. de Cinitate Dei, cap. 26. & Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum, & Casariensis Eusebius lib. 11. de preparatione cap. 11. & Seneca lib. 8. Epistolarum Epist. 66. & Plutarchus lib. 1. de plac. philosophorum cap. 10. & Galenus aut quisquis fuit auctor libri de historia philosophica, & Plotinus, Alcinous, Iamblicus, Proclus, Pfellus, & antiquiores alij, atque

A ex posterioribus plurimi, quos longum esset commemorare.

Namque in Timaeo mundi opificem Deum ad suum exemplar aeternum intuentem ait fecisse mundum: Ideamque intellectile primum appellat, quod deum esse constat. Atque hoc vituratum. Sicut artifex praclarum vllum opus moliri non potest, nisi animo gefet illius formam quam operando intueatur, sic sapientissimus opifex Deus tam praclara facere opera non potuisset, nisi eorum ideas habuisset in mente: neque tam sapienter nunc administraret, nisi illorum ideas possideret. Omne siquidem agēs per intellectum ideam inspicit mente conceptam. Deum vero credi non potest ideam extra se positam in mundi molitione inspexisse. Non enim ab vllō extrinseco pendet: neque plura sunt 1. principia: inspectioque ideae illa accidētaria Deo foret, quare intelligens, intellectio & intellectū, non essent ideae. Deum quoque voluit esse primum ens, totūque opificem mundi: si igitur ideae extra Deum essent, fuissent illae quoque à Deo productae: & cum Deus agat per intellectū, ideae esset idea, quod negauit Plato. Immo ideas simul cū Deo aeternas esse ante mundum conditum atque ad earum imitationem factum cum fuisse voluit. Ac demum duplicem is ideam posuit: generalem vnam totius mundi.

Quia enim vnus est opifex & idea vna, mundum conficit esse vnum. Vnam vero esse ideam ex eo ratiocinatur, quia si plures essent, aut similes essent aut dissimiles: si similes, supernacaneae essent, si dissimiles, vna haberet aliquid quod alteri deesset, nullaque foret perfecta, quare nec mundus perfectus. Alteram particularem & multiplicem: quia ut multa sunt huiusce mundi partes, ita & in illo intellectu Dei mundo generalive idea plures oportet esse rerum singularum ideas. Et vti, qui totum quoddam componit, partes eius cognoscat antea oportet, ut sapienter opus absoluat, sic Deus sapientissimus mundi huius sensilis architectus singularum partium ideas habuit.

Ex quibus omnibus confici planè videtur, nullamquam alibi, quam in diuina mente, ideas illas cogitasse Platonem. Sed & ante illum ita Mercurius prodiderat Trismegistus, ex cuius illam fontibus opinionē eam deriuasse credi potest. Namque in Pimandro non solum per conuersam Dei patris ideam ait se in mente lucem sensisse viribus innumeris praeditam: & rursum naturam Dei appellat imaginē. Sed etiā Deus pater, inquit, plenus ideis qualitates inserens in sphaeram, id est materiam, velut in gyrum qualitate omni circumscripsit. Et mox Deum addit consimilia sibi omnia fecisse, rerumque omnium in Deo ideam esse, ac praeter sensilem hunc mundum intellectualem alium & exemplarem esse, in quo sensilis huius idea consistat. Et in Asclepio Dei tanquam exemplaris & ideae duplicem facit imaginem, vnam in mundo, alteram in homine: mentemque, hoc est Deum, capacem vocat & seruatricem omnium rerum, lucem exemplarem, exemplar, & similia plura.

Quid igitur Aristoteles reprehendit? Quid hominem calumniatur? vere videtur respondisse Simplicius in commentarijs secundi lib. Physic. non has eum ideas confutare, sed vulgarem & plebeiam illam opinionem, quae per se, illas existentes ac separatas existimabat. Quod verba illa signi-

Qui  
de  
Mun-  
dum  
ita  
Mer-  
curius  
pro-  
diderat  
Trismegistus  
ex  
cuius  
illam  
fontibus  
opinionem  
eam  
deriuasse  
credi  
potest  
Namque  
in  
Pimandro  
non  
solum  
per  
conuersam  
Dei  
patris  
ideam  
ait  
se  
in  
mente  
lucem  
sensisse  
viribus  
innumeris  
praeditam  
&  
rursum  
naturam  
Dei  
appellat  
imaginem  
Sed  
etiā  
Deus  
pater  
inquit  
plenus  
ideis  
qualitates  
inserens  
in  
sphaeram  
id est  
materiam  
velut  
in  
gyrum  
qualitate  
omni  
circum-  
scripsit  
Et  
mox  
Deum  
addit  
consimilia  
sibi  
omnia  
fecisse  
rerumque  
omnium  
in  
Deo  
ideam  
esse  
ac  
praeter  
sensilem  
hunc  
mundum  
intellectualem  
alium  
&  
exemplarem  
esse  
in  
quo  
sensilis  
huius  
idea  
consistat  
Et  
in  
Asclepio  
Dei  
tanquam  
exemplaris  
&  
ideae  
duplicem  
facit  
imaginem  
vnam  
in  
mundo  
alteram  
in  
homine  
mentemque  
hoc  
est  
Deum  
capacem  
vocat  
&  
seruatricem  
omnium  
rerum  
lucem  
exemplarem  
exemplar  
&  
similia  
plura

significant tex. 19. latent autem qui hoc faciunt & qui ideas dicunt : Atque huc sanè argumenta philosophi omnia spectant. Et vniuersè plerumque veteres philosophos reprehendit, quòd ea cuiusque iudicetur esse sententia, quam illius verba iudicare videntur: eaque meritò reprehenduntur, quæ ex verbis illis, quibus proponuntur, iudicantur absurda.

Itaque hac increpatione duo spectauit. Alterum ne quis fortasse illorum sententiã vt verba præ se ferre videbantur accipiens, præiudicata antiquitatis auctoritate in errorem abduceretur. Ita nimirum Philoponus quoque respondit in comment. tex. 45. vbi de Platonis sententia de anima disputabitur. Alterum; vt nos moneret non impropriis & metaphoris, sed apertis ac propriis philosophum hominem vti verbis oportere; neque res naturales per diuinas esse explicandas, vt veteres illi fortasse fecerunt; & in Timæo Plato vt adnotat Philoponus in comment. ad tex. primum lib. primi Physic. sed diuinas potius ex naturalibus inuestigandas, quemadmodum in 8. Physic. & in 12. Metaph. noster Aristoteles fecit. Denique sapienter illud est à Themistio scriptum in cap. 20. dum in tex. 45. Platonis de anima sententiã tractabit philosophus: æquum non est, inquit, in altissimis philosophia questionibus aliud sentire, aliud dicere. Cum enim semper diuina res homine est ne à mente verba dissentiant; tum id maximè in rebus obscuris & arduis obseruandum: quòd ea, quæ suapte ingenio remota & condita videantur, verbis illustris & quàm maximè potest declarantibus vendicentur à tenebris.

TEXTVS.

Tex. 22. Εἰκοις δὲ καὶ τὸ πρὸς τῷ Πυθαγόρειον λεγόμενον, πῶς αὐτῶν ἔχει διὰ νοῦν. Ἐφασι γὰρ πρὸς αὐτῶν ἰσχυρῶς εἶναι τὸ εἶναι τῶν ἀέρος κινήματα, οἳ δὲ τὸ πῦρ κινεῖν, καὶ δὲ τὸ πῦρ ἕρπειται διὰ τὸ εἶναι τῶν ἀέρος κινήματα, καὶ ἢ κινήματα πῦρος.

Videntur autem & quod à Pythagoreis dictum est, eandem habere sententiã. Dixerunt enim eorum aliqui, animam esse, quæ in aëre ramenta: alij verò quod hæc mouet. De his autem dictum est, quòd continuè moueri videntur, esse omnimoda tranquillitas sit.

COMMENTARIVS XXXIX.

Hic quoque de Aristotelis fide rursum fortasse dubites. Themistius enim quinam hi fuerint Pythagorici, qui ita senserint nusquam se comperisse ait. Simplicius nunquam eos hæc opinatos fuisse affirmat, vt in Democriti ac Leucippi sententiã irent, animamque assenserent aut in aëre volitantia ramenta esse; aut id certè, quod hæc corpuscula mouet agitatque: Moueri namque à seipsis animatorum proprium est: mouentur autem à seipsis ramenta. Quod duplici argumento concluditur. 1. Quòd continenter & perpetuo mouentur. Altero, quòd vel tranquillissimo pacatoque maximè aëre nec vllò externo ventorum impulsu agitato, nihilominus mouentur. Quòd si mouerentur ab alio, aëreque à ventis agitato agitentur & ipsa, non semper mou-

Pytha-  
gorici  
sententiã  
Anima  
esse ra-  
menta  
in aëre  
volitan-  
tia.

rentur, sed sæpè quiescerent. Quoniam ventis non semper commouetur aër, sed in summa persæpè tranquillitate quiescit.

Omnino hæc videtur illorum ratiocinatio fuisse. Aut à seipsis aut ab alio ramenta mouentur: si ab alio mouerentur, maximè mouerentur à vento aërem commouente; at non semper adest ventus, nec ab eo semper commouetur aër, sed sæpè quiescit, nec tamen quiescunt illa: mouentur igitur à seipsis, ergò ab anima. Siue quòd ipsamet sint anima, quæ propterea moueat animata corpora, quòd moueantur ipsa, vt in tex. 20. dictum est: siue quòd vis mouens insita ipsis sit tanquam ipsorum anima; quæ dum simul cum ipsis in corporibus animatis suscipitur, ipsa quoque moueat.

Pythagoricorum hanc fuisse sententiã plane Philoponus asserit: quæ si verborum sonum spectes, ridicula sanè sit. At vniuersam eorum philosophiam constat fuisse mysticam, symbolis & ænigmatis occultatam; ne vulgarem & vt alicubi loquitur Plato, coriariis quoque communem sapientiam suam facerent: quæ veterum quoque poetarum fuit industria. Quare vt qui animam harmoniam esse dixerunt: non eam, quæ in chordis est, harmoniam dixerunt: sed vt harmonia est artificiosa quedam permistio & vnitas plurium sonorum, sic animam appellarunt harmoniam, quòd plura vniant & in se ipsa colligat, superiora & inferiora, intellectum, sensum, appetitum, motum, nutritionem. Et cum superior quedam substantia ipsa sit, inferioribus se communicat cumque illis quodammodo sese commiscet. Sic etiam eam in aëre ramenta esse dixerunt; quòd vt hæc in Solis duntaxat apparent radijs, sic anima vbi à corpore sensibusque corporeis soluta est, in sui ipsius apparet luce, suamque substantiam demonstrat, incorpoream, impartibilem, diuinã. Dū verò est in corpore, velut in tenebris, & corporis affectionibus obruta, ceu marinus Glaucus apud Platonem cæno & alga oblitus, nõ ipsa, sed corporis affectiones apparent. Ita Pythagoricorum sententiã interpretatur Philoponus.

Et certè si Pythagore, quæ extant, scripta confulas, eū reperies immortalem fecisse animã nostrã atque à corpore separabilem: vnde illud, Diuinum genus est mortalibus: & illud, Si corpus reliqueris, & purificatus ad æthera veneris, eius immortalis Deus, incorruptibilis, non amplius mortalis. Quĩ igitur credi possit, aut ipsum aut vllum scholæ illius alumnum animam, credidisse nil aliud esse, quàm in aëre volitantia ramenta, vimque illis insitam?

Aristotelem verò iam diximus in veterum illorum sententiis tractandis verba potius spectasse, quàm sensum: idque ratione optima sapientique consilio. Atque hæc quidem secunda opinio numerari potest. Tertiam deinceps subiungit.

TEXTVS.

Εἴ τι τῶν τῶν δὲ οὐρανῶν καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἰσχυρῶς τὸ αὐτὸ κινεῖν, εἰκόμη γὰρ ἔστι πάντες ὑπολαμβάνειν τὴν κίνησιν διαιεῖσθαι τὴν εἶναι τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ πῦρ ἀνά πάντα κινεῖσθαι διὰ τὴν ἰσχυρῶς, τὸ πῦρ δ' ὑφ' ἑαυτῆς, διὰ τὸ μὴ εἶναι κινεῖν, ὁμοῦ καὶ αὐτὸ κινεῖται.

Veteris  
philoso-  
phia  
lymba-  
lica.

Anima  
ut lar-  
monia.

Anima  
ut tamē  
ta.

Anima  
nostra  
immor-  
talis Py-  
thagora.

Cur ab  
Aristo-  
tele con-  
futeatur  
hæc sen-  
tentia.

In idem autem feruntur & quicunque animam in-  
quint quod seipsum mouet. Videntur namque hi omnes  
motum existimasse familiarissimum animae esse. Et alia  
quidem omnia moueri per animam, hanc autem à seipsa:  
quod nihil viderent moueri, quod non & ipsum mouea-  
tur.

COMMENTARIVS XL.

Tertia  
sententia  
animam  
esse  
quod  
seipsum  
mouet.

**T**ertia hæc opinio Platonis fuisse dicitur à  
Simplicio, Philopono, & Auerroë: Xenocratemque & Alcmaeonem addit Philoponus  
& Thaletem Plutarchus in 4. lib. de philosopho-  
rum placitis. Hi omnes eodem tendebant, in can-  
demque ibant sententiam: dum animam in quie-  
bant esse aut numerum seipsum mouentem, aut  
omnino id, quod seipsum moueat. Et Thales ὁ  
ἀεικίνητος, id est quod semper mouetur: vt in aëre  
ramenta, ceteri aër maximè tranquilluss & sedatus  
fit. Sed & Aristoteles ipse non multò post affir-  
mabit in tex. 32. motiuum aliquid animam esse  
opinatum illum fuisse. Itaque licet interdum Pla-  
tonis sententiam tacito hominis nomine consue-  
uerit indicare: hoc tamè loco generali magis vt  
itur oratione: & eos omnes complectitur, quicun-  
que animam dixerunt id esse, quod seipsum mou-  
eat: quidquid illud esset & quocumque modo  
moueret. Omnesque communibus illis duabus  
hypothesibus nitebantur, quæ in tex. 20. posite  
sunt. Altera, motum animam familiarissimum ef-  
se, hoc est maximè proprium, & qui penes ipsam  
habitaret atque in illius domo reperitur. Quippe  
ipsa (vt antea loquebatur) id est, quod maximè  
& primùm mouet. Altera, non posse quidquam  
moueri aliud, quod ipsum non moueatur: & ided  
cum ab anima moueantur cetera omnia: propte-  
rea moueri, quòd ipsa moueatur à se ipsa. Sic ani-  
mam consuebant quidpiam esse, quod seipsum  
mouet. Nam si ab alio moueretur, non esset ipsa  
principium motus.

Duæ ve-  
terum  
hypoth-  
ses.

Subobscure tamen & obiter philosophos hos-  
ce carpit: quasi verò nullum esset mouens im-  
mobile, quale in 8. Physic. lib. demonstratum ab  
ipso fuit. Sed veterum fortasse sententia non fuit,  
animam illo ipso corporeo & locali motu moue-  
ri, quo ipsa mouet corpus (quanguam hoc ramentorum  
in aëre volitantium videatur exemplum significare) sed alio quopiam, cognitionis,  
intelligentiæ, & appetitus.

Plato-  
nistratio  
cinatio.

Sanè in 10. lib. de leg. Plato cum quatuor re-  
rum genera distinxisset; quarum quædam mou-  
entur duntaxat; aliæ mouent alias & ab aliis  
mouentur, aliæ mouent & propria virtute mou-  
entur; aliæ demum sunt penitus immobiles; ita  
tandem ratiocinatur: Id quod à se mouetur, vi-  
uit; viuunt autem quodlibet per animam; anima  
igitur est substantia seipsam mouens. Quare se  
ipsum mouere definitionè dixisset esse illius sub-  
stantiæ, quam communi nomine omnes animam  
appellamus. Ita non multò post sententiã hanc in-  
terpretatur. Omnia igitur, quæ in cælo & in terra,  
& in mari, ducit suis motibus anima: quorù nomi-  
na sunt, velle, confiderare, curare, deliberare, re-  
ctè & falsò opinari, lætari, dolere, audere, me-  
tuere, odisse, diligere. Itaque cum decem om-  
nino motuum sibi differentias proposuisset, cir-  
cularem, localem transstrum, densationem, ra-

**A** refactionem, accretionem, detretionem, ortum,  
interitum; mutationem ab alio in alio factam,  
ac demum mutationem ex se, tum in se, tum  
in alio excitatam, priores octo corporum pro-  
prias dixit, non à naturæ, decimam animæ. Natura  
enim ab impartibili atque immobili ideali essen-  
tia recedens ad materiam & corpus, ab externo  
mouente mouetur in corpore. Anima verò ex se  
ipsa, tum in se, tum in alio, hoc est in corpore, mo-  
tum in se cognitionem, volitionem, &  
huiusmodi ceteros: in alio corporum motu ex  
motu in se profectum. Propterea anima est id,  
quod primùm & maximè mouet; Quia se ipsam  
mouens, corpus quoque mouet atque impellit.

**B** Quo loco Simplicius cum animam audit id appel-  
lari, quod se ipsum mouet: nomen ait ex extremis  
cõpositum medietati animæ dari: quippe mediũ  
particeps extremorũ est. Animamq; Platoni mou-  
eri, quòd à primo motore degeneret, qui mou-  
et immotus: non tamen simpliciter mobilem,  
sed per se mobilem esse: quòd ab impartibili ef-  
sentia, & actione, quæ motus & variationis ex-  
pers est, non omnino recedat, sed quasi mediã  
consistat inter ea, quæ penitus immobiles sunt,  
& ea quæ ab alio mouentur: quoquomodo parti-  
bilis, quatenus mouetur; & rursum impartibi-  
lis, quatenus à se ipsa mouetur.

**C** Verùm de Platonis sententia de animæ natura  
pluribus post rursus dicendum erit. Nunc in-  
telligatur, id quidem, quod mouet vt finis, posse  
esse immobile, at quod mouet vt efficiens quem-  
admodum intelligentiæ celestium orbium mo-  
trices, moueri quoque oportere; si non eodem  
motu quo mouet, alio certè genere motus. Quip-  
pe primus motor corporeo quidem celestis orbis  
motu immobilis mouet; at intelligendo & vo-  
lendo mouet, intelligentiõque & volitio motus  
quidam in ipso sunt.

TEXTVS.

Ὅμοιος δὲ ἔστι ἀναξαγόρας ψυχῶν εἶναι λέγει τὸν κόσμον,  
ὅτι ἐστὶ ἀλλοῖς ἐκκεῖνον, ὡς τὸ πᾶν ἐκ τῶν πᾶσι. ἔτι μὲν παρὰ  
τὸν ἄλλο γέ, ὅστις ἀκίνητος. ἐκείνος μὲν δὲ ἀκίνητος τὸ  
πᾶν ψυχῶν ἔστι τὸν κόσμον, τὸ δὲ ἀλλοῖς εἶναι, τὸ φαν-  
εῖσθαι. διὰ τῶν πᾶσι τὸν κόσμον, ὡς ἔκαστος ἐστὶ  
ἀλλοῦ ἐκκεῖνον. ὁ δὲ ἔστι τὸν κόσμον, ὡς δυνάμει πᾶσι  
τὸν ἀκίνητον, ἀλλὰ τὰ τὸ λέγει ψυχῶν ἔστι τὸν.

Similiter autem & Anaxagoras animam esse aut mo-  
uentem; & si quis alius dixit, quod vniuersum mouet  
mens. Non omnino tamen vt Democritus. Ille namque  
simpliciter, idem animam & mentem. Id enim verè esse,  
quod apparet. Quare pulchrè Homerum scripsisse, quòd  
Hector iacet ab alienatus mente. Atqui non vniuersam  
mente vt facultate quapiam circa veritatem; sed idem  
dicit animam & mentem.

COMMENTARIVS XLI.

**Q**uartam adiungit Anaxagoræ Clazomeni  
sententiam; qui motu quoque animam de-  
finiebat, eam accipiens velut mouentem causam:  
& si quis alius cum eo sensit, Archelaum Philo-  
ponus memorat. Anaxagoras igitur, vt ex primo  
Physic. lib. & aliis pluribus locis cognoscitur,  
innumera-

innumerabiles posuit similes partes, qualitatibus contrarias, in chaos permittas omnes. Quam permissionem appellavit *παρασκευάζειν*, hoc est omnifariam seminum mitionem seu femina rerum omnium continentem; aut *ἐνομοιοποιεῖν*, id est particularum similitudinem, velut rerum omnium producendarum materiam; principiumque materiale, ex quo mens totam hanc rerum vniuersitatem procreauit. Mentē enim adiunxit, quae permittas illas partes mouens ac flegans velut efficiens causa produxerit singula. Vt cuiusque rei ortus nil aliud sit, quam similitudinum partium ex chaos separatarum congregatio, interitusque earundem dissolutio ac reditus ad chaos. Quin etiam in re quauis partes inesse voluit rerum omnium similes; & ideo ex quolibet fieri quodlibet. Nam ex quolibet fieri cernebat quodlibet; nec tamen ex nihilo fieri quidquam posse intelligebat. Hoc igitur est, quod nunc philosophus ait *τὸ πᾶν* mouit mens. Non enim *τὸ πᾶν* totam hanc aspectabilem rerum vniuersitatem significat, sed illius potius materiam & quasi seminale vniuersum: tantumdemque valet ac *παρασκευάζειν* seu *ἐνομοιοποιεῖν*. Hæc rerum productarum vniuersitas non est id, quod mouet mens; sed id, quod motu productum fuit: quod autem mouetur, est chaos illud & similitudinum partium permittio.

Quocirca per similes in eo fuit Anaxagoræ opinio opinioni Democriti ac Pythagoreorum, quod is quoque motum animæ familiarissimum esse putauit, eoque maximè animam definiuit. At triplex fuit discrimen. Primum, quod Democritus quidem & Pythagorei animam corpoream quidpiam & permittum fecerunt cum eo, quod ab ipsa mouetur. Anaxagoras verò incorpoream penitus & impermittam mentem. Alterum; quod illi quidquid mouet aliud, moueri & ipsum, ideoque animam seipsam mouere voluerunt: Anaxagoras mentē immobilē cætera mouere omnia. Hæc ex superioribus ferè colligi philosophus voluit. Tertium nunc adiungit. Namque Democritus simpliciter & absolute idem esse animam & intellectum tradidit. Nulla scilicet alia admittens entia præter sensilia, intellectilia nulla: & ideo nullam animæ cognoscentem virtutem præter sensum, intelligentem nullam. Neque veritatem in intellectu, sed in sensu quaerendam esse. Et quoniam sensilia entia sunt in continuo motu & fluxu, nullam esse in rebus determinatam veritatem; sed omnino id verum esse, quod sensibus apparet. Quod Prothagoram quoque sensisse scribit Philoponus. Quos sanè consequens erat affirmare contradicentia de eadem re simul esse vera, eandemque rem simul esse veram & falsam, vt alio atque alio modo huic & illi homini apparet. Certè si ex obiectis facultates distinguuntur, intellectum à sensu non potuit is separare, qui sola sensilia entia, non item intellectilia cognoscenda sibi proposuisset. Itaque pulchrè Homerum scripsisse affirmavit Hecctorem in prælio vulneratum iacere mente atque intellectu priuatum; cum sensu priuatus esset. Non enim mentem atque intellectum à sensu disunxit. Sed poetam hominem poetica licentia vsu ac vocibus abufum fuisse, mirandum non esse monet Simplicius.

Cæterum non hac sola Homeri autoritate

sententiam suam confirmabat Democritus. Sed altero quoque argumento, quod particula (enim) significat. Mens circa verum, anima circa apprensens veritatem: sed idem est verum atque apprens; igitur idem est mens & anima. Vt enim se habet mens ad verum, sic anima ad apprensens: atque proportione commutata vt se habet verum ad apprensens, ita mens ad animam: quocirca si verum & apprensens sunt idem, consequens est mentem quoque & animam esse idem. Idem autem esse verum & apprensens propterea accipiebat, quod sola crederet apparentia entia esse, nulla spiritalia nec sensibus non apparentia. Ita ex obiectis quidem de facultatibus ratiocinabatur: sed & falsum accepit, & falsum deduxit. Nam & aliud est verum, & aliud apprensens; & aliud mens, aliud anima & sensus; aliud intellectibile, aliud sensibile.

Anima  
& mens  
idem  
Democritus.

TEXTVS.

*Ἀναξαγόρας ὁ ἦτον διασκευῆσθαι αὐτῶν. πολλὰ γὰρ ὡς ἂν τὸ αἶνον αὐτὸ καλῶς καὶ δεῖνός τὸν νῦν λέγει. ἐπεὶ οὐδὲ τὸν νῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῆ ψυχῆς. ἐν ἅπασιν γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζώοις καὶ μετέωροις καὶ κινετοῖς, καὶ πτωχοῖς καὶ ἀπυμαρτίστοις. οὐ φαίνεται γὰρ κατὰ φρόνησιν λεγόμενος νῦν, πᾶσι ἰσχυροῖς ὑπάρχειν τοῖς ζώοις, ἀλλ' ὡς τοῖς ἀνορθότοις πᾶσι.*

Anaxagoras autem minus hæc declarat. Pluribus namque in locis causam eius, quod pulchrè & rectè habet, mentem ait: alibi verò mentem eandem esse cum anima. In omnibus enim eam animantibus inesse, & magnis & paruis, & honoratis & inhonoratioribus. Non videtur autem que secundum prudentiam dicitur mens, omnibus equè animalibus inesse; sed nec hominibus cunctis.

Tex. 24

COMMENTARIVS XLII.

Vid his verbis agat philosophus quæque illorum sententia sit, facile intelligas. Institutam enim Democriti & Anaxagoræ comparationem absoluit. Democritum dixit mentem ab anima non separasse. At Anaxagoram addit minus quidem aperte atque explicatè hac de re fuisse loquutum: interdum tamen visum esse mentem animam superiorem naturam ponere; cum totius pulchri & recti, quod in rebus omnibus & verò in anima & animatis cunctis reperitur, causam esse mentem partes permittas separantem, rerumque omnium effectricem causam posuit. Sensus animæ pulchri & recti causa dici non potest; & velut mentis effectus quispiam agnoscitur. Interdum verò mentem affirmasse eandem esse cum anima, dum inquam in omnibus vel abiectissimis & infimæ sortis animantibus mentem esse pronuntiauit: quæ tamen solo sensu, non mente constare & viuere constat.

Videtur autem philosophus quidem Demo-

S

Pansey  
mia &  
homio-  
meria  
Anaxa-  
gora.

A. Ana-  
xagora  
sententia  
Anima  
esse men-  
tem mou-  
entem.

Verum  
esse  
quod  
apparet,  
Democri-  
ti  
sententia.

critum absque reprehensione dimisisse : re vera tamen summo utrumque compendio repræhendit. Ac primùm quidem Anaxagoram obscuritatis arguit & inconstantia, qua pugnancia quoque loquutus sit. Deinde verò utrumque; quòd mentem in animantibus omnibus inesse cogitauerint, dum eam ab anima non separarunt. Quippe mens, in qua prudentia viget ( hæc enim præcipua est mentis virtus atque illius actionum omnium moderatrix & regula ) ne in hominibus quidem omnibus apparet, cum plerique insipientissimi sint & contra omnem prudentiæ rationem agant & viuunt. Tantum abest, vt in animalibus cunctis insit: quæ ubi optimè & suæ naturæ congruenter maximè operantur, phantasia sola, non mente, ratione, & prudentia ducuntur. Et quoniam phantasia quoque res quædam est, vt mentem à phantasia distingueret, propterea dixit, Mens, quæ secundùm prudentiam dicitur.

Phan-  
tasia est  
res.

TEXTVS.

Ὅσοι μὲν ἐν τῷ κινήσει τὸ ἄμεινον ἀπέβλεπον, ἔπει-  
τὸ κινητικώτερον ὑπέλαβον τὸ ψυχῶν. ὅσοι δ' ἐν τῷ γι-  
νώσκειν καὶ τὸ αἰετοῦ, ἐδὴ τ' ὄντων, ἔπειτ' ἀπὸ λέγουσι τὸ ψυχῶν  
πᾶς ἀρχῆς, οἱ μὲν περὶ τὸ πᾶντες τὰς ἀρχὰς, οἱ δ' ἰσχυρὰ  
πᾶσι τῶν, ὡς περὶ Ἐμπεδοκλῆος μὲν καὶ τῶν σοφῶν πάντων, ἔ-  
πειτ' ἔχουσι ψυχῶν ἕκαστον, ἔπειτ' ἄλλων: Ἰσχυρὸν μὲν ὅ-  
τι καὶ ὁ πᾶσι μὲν, ἔπειτ' αἰετοῦ, αἰετοῦ δ' αἰετοῦ διὰ  
ἀπὸ πᾶσι τῶν αἰετοῦ, σοφῶν δ' σοφῶν, καὶ τῶν δ' πᾶσι  
καὶ λυγρῶν.

Tex 25. Quotquot igitur animati motum aspexerunt, hi ma-  
ximè motuum acceperunt animam. Quicumque verò  
cognitionem & sensum eorum, quæ sunt; hi sanè ani-  
mum inquitur principia: illi quidem plura facientes prin-  
cipia, hi verò vnum hoc. Quæmadmodum Empedocles  
quidè ex elementis omnibus: esse autem & vnum quodq;  
eorum animâ, ita inquitur: Terra namq; terrâ vidimus  
& aqua aquâ, æthere æthera diuina; at igne exitiosum  
ignem, amore autem amorem, & discordiam discordia  
tristi.

COMMENTARIVS XLIII.

Quatuor commemoratis opinionibus, quæ ducuntur ex motu, primò huic capiti finem imponit hac clausula; philosophos eos omnes, qui animata ab inanimatis motu distingui considerarunt, animam posuisse id esse, quod maximè motuum præcipuamque mouendi vim habere quisque iudicaret. Deinde alterum caput aggreditur, quod ex cognitione petitur & sensu. Duobus enim præsertim, motu & sensu, animata ab inanimatis differre hæcque maximè propria esse animæ, in text. 19. acceptum est.

vt cogni-  
tio simi-  
litudine  
constet.

Quicumque igitur sensum & cognitionem in anima natura inuestiganda spectarunt, consenserunt omnes in eo, vt eam vellent ex rerum omnium principis constare, siue plura principia ponerent, siue vnum. Cur ita sentirent causa fuit; quoniam cognitionem omnem similitudine rei cognite & cognoscentis constare, simili-  
leque simili cognosci arbitrabantur. Quod verum sanè est, si vt par est intelligatur. Quippe anima cognoscendo fit omnia, rerumque omnium

similitudinem suscipit & omnes cognoscendo in se transfert; vt pluribus alio loco docebimus. At similitudinem illi non effici cognitione, sed cognitionem omnem antecedere velut cognoscendi principium; neque cognita formæ sed nature similitudinem esse voluerunt. Vnde consequens erat animâ ex rebus omnibus constare oportere, vt omnes posset cognoscere. At quoniam id fieri non posse omnino videbant (res enim, quæ cognoscuntur, innumerabiles sunt) ex omnium saltem principis constare illam posuerunt. Principia siquidem sunt quodammodo ea omnia, quæ ex principis constant; quodque ex principis rerum omnium constat, ex omnibus rebus quomodo constat, & vt Simplicius loquitur principiarum rerum cognitio ex principis pendet.

Hoc illis omnibus cõmune fuit: sed vt alia atq; alia quicq; principia posuit, siue plura siue vnum; sic aliam atque aliam de animæ natura sententiam habuit. Empedoclis primùm opinionem commemorat. Is sex omnino principia posuit, quatuor velut materiam, & duo vt efficientem causam. Materiam dixit elementa omnia: & ignem quidem Iouem, aërem autem Iuionem, aquam Hæstin, terram Plutonem vocauit, vt ex illius carminibus constat apud Plutarchum. Quamquam velut duo principia eum hæc quatuor corpora posuisse, ignem ex vna parte, & reliqua tria ex altera ceu naturam vnam; cognosces ex Aristotele in posteriori libro de ortu & interitu, tex. 19. & primo Metaph. cap. 4. Horum verò congregatione & segregatione fieri singula & corrumpi cogitabat; congregationisque & segregationis efficientes causas amicitiam esse & litem concordiamve & discordiam.

Nec satis constat quid sibi voluerit, vbi amicitiam dixit elementa congregando facere mundum sphaerum, litemque disgregando, mundum sensibilem. Quidam enim mundum sphaerum Deum intelligunt: tum quòd in eo vnita sint omnia: tum quòd principio caret & sine. Philoponus & alij in commentariis 1. Physic. intellectualem mundum, alij cælum, alij corpora mistionem elementorum omnium visus est interpretari: Empedoclisque confirmant verba, quibus ex sphaero litem dixit elementa segregare resque cunctas producere: perinde ac si sphaerum nihil aliud sit, quam velut chaos & elementorum permistio.

Ita paucis perstricta sit Empedoclis de principis opinio, vt propositis principis, ex quibus res omnes oriri putabat, illius intelligeretur anima natura sententia, quam ex illis omnibus ita compositam esse arbitrabatur, vt omnia simul essent anima eorumque vnumquodque animæ pars: quòd fieret, vt anima cognosceret omnia, & vnaquæque illius pars res sibi similes comprehenderet.

Quam opinionem non ita vt verba sonant accipiendâ esse contendit Philoponus; neque credendum Empedocle sapientè philosopho ex elementis ipsis constare animam credidisse: neque vidisse, si cognitio similitudine cõstet, nullam esse rationem cur terra potius, qua constet anima, exterior em terrâ cognoscat, quam exterior hæc interiorè illâ. Sed ita profus, vt elementorum rationes habeatur in anima; quatum subsidio cognoscat omnia. Si-

cut & Aristoteles non lapidem, sed lapidis formam in tertio libro dicit esse in anima. Rursumque in ea litem & amicitiam interpretatur allegoricè duplicem significare virtutem; deducentem vnam ad inferiora & sensilia, alteram reducentem ac renocantem ad superiora: illa vocatur amicitia & concordia, quæ mundum facit sphaerum; quoniam ad intellectilia erigit, in quibus vno omnium primo principio propinquioribus pax summa, tranquillitas, vnio, & identitas animique nostri cum separatis mentibus cognatio reperitur. Hæc, lis & discordia, sensilis mundi procreatrix; quippe ad res sensiles, in quibus dissidium, multiplicitas & diuersitas, conuertit nos reddique illis persimiles.

Certè si de anima sola loquutus ita fuisset Empedocles; audiri fortasse Philopontus posset. At de omnibus prorsus rebus loquebatur, nec in anima sola litem agnoscebat & amicitiam; sed inanimatarum quoque rerum, in quibus duæ illæ virtutes nullæ sunt, effectrices causas litem & amicitiam proponebat. Cognoscendarum verò rerum rationes eum in anima posuisse quemadmodum Aristoteles posuit, dici nullo modo potest. Quippe ea non nisi in cognoscente natura locum habent, solaque anima formarum locus appellatur; & prius oportet naturam cognitricem esse, & ideò rationum illarum susceptricem. Quod de Empedocle dici non potest, qui nunc primum animæ naturam proposuit; quam ex rationibus illis constare dici non potest: præsertim cum is non ex rationibus, sed ex ipsis elementorum substantiis à lite discordiaue fegregatis cætera omnia constare vellet.

TEXTVS.

Τὸ αὐτὸν δὲ πρῶτον ἐπὶ τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τῶν ἰσοχρῶν ἐκ τῆς σοφίας ποιεῖ, γινώσκουσα δὲ ὁμοίᾳ ἑαυτῶν. τὰ δὲ ἀεθλοῦσα ἐκ τῆς ἀρχῆς εἶναι.

Ad eundem autem modum in Timæo Plato animam ex elementis facit. Cognosci namque simili simile; res verò ex principijs esse.

COMMENTARIVS XLIII.

6. Platonis sententia. **A**lteram de anima sententiam commemorat, quæ Platonis in Timæo fuit; etsi de anima mundi maximè loqueretur: priori sanè duobus modis similis. Primum quod ipse quoque, vt Empedocles, animam dixit ex elementis constare, hoc est ex principijs. σοφία enim nunc non quatuor illa omnibus nota corpora dicit, Ignem, Aërem, Aquam, Terram: sed rerum omnium principia prima, quæcunque tandem sint. Quod satis illa verba declarant (τὰ δὲ ἀεθλοῦσα ἐκ τῆς ἀρχῆς εἶναι) quibus σοφία quidem se dicere significat, vt Platonis opinionem diceret Empedoclis opinioni fuisse persimilem; re vera tamen ἀρχῆς significasse. Deinde quòd eadem ratione ad id asserendum duceretur & ipse; quòd simile simili cognosci arbitraretur.

**A**t in eo magiopere diuersa, quòd secus omnino, quàm Empedocles, de rerum principiis opinaretur Plato. Ita verò de animæ essentia loquutus est, vt maximè semper eius interpretes laborauerint & adhuc laborèt in verborum assequenda sententia. Ego tribus eum modis animæ naturam proposuisse dixerim. Principio quinque omnino fecit principiorum genera. Primum fuit efficiens causa, Deus, summum ens, immò (vt est in Parmenide) supra ens natura intelligens idearum omnium & formarum quasi armarium. Vt quemadmodum humanus intellectus, qui Dei quaedam imago est, rerum omnium species & formas habet, vt cognoscat, sic omnia ille in seipso contineat, vt efficiat. Alterum formale, à quo singulæ res suam essentiam habeant: hoc est idea, cuius participatione constituuntur singulæ. Tertium terminus & infinitum. Infinitum significat re antequàm sit; terminus, postquam est. Quartum illo quinq; alia principia subiecit, Essentiam, Idè Diuersum, Motum, & Statum. Primum enim oportet aliquid esse absoiuti, ex quo res sit ens; hæcque est essentia. Deinde habet vnaquæque vt sit vnane à se ipsa differat; atque hoc est Idem. Tum distinguetur à cæteris; & hoc est Diuersum. Post habet operationes, quæ Motus nomine indicantur. Denique constantiam aliquam & firmitatem, permanentiam, & durationem, qua conferuatur; & hæc est Satus. Omnium prima est essentia: deinde quamuis Proclus adnumerauerit motum & statum, reliqui tamen idem & diuersum maluerunt; tum motum, postremo statum in propria essentia. Porro ex his principijs ita res singulæ producuntur, vt dum sit transitus ex infinito ad terminum, in eo fiat contrariorum permistio, eiusdem præsertim & diuersi; tum verò motus & status; contrariaque vnita & contempterata coniungantur cum essentia resque tota existat.

Platonis de rerum principijs sententia.

**B** Dixeris Platonem & Aristotelem in rerum principiis constituendis eatenus cõsensisse, quòd contraria vterque fecit, illisque aliud quidpiam subiecit velut subiectum, Plato essentiam, Aristoteles materiam. Sed Aristoteles duobus contrariis fuit contentus, Priuatione & forma: Plato quatuor numerauit, Idem & Diuersum, Motum, & Statum. Quòd si motum & Statum prætermittas, solumque cum essentia idem accipias & Diuersum, vt Philoponus infra in comment. ad text. 45. & plerique faciunt, numero quoque conuenient.

**C** Porro hæc in omnium quidem rerum productione reperiuntur omnia; quædam tamen sunt quarundam magis propria. Essentia, intellectuum entium; Idem & Diuersum, entium mediorum, nêpe Demonum; Status, intelligentis animæ nostræ: non quòd ea non sit principium motus agitetque corpus; sed quòd stabiliorẽ habeat operationem: motus denique inferiorum corporum, quæ propriè mouentur & modò sunt, modò non sunt. In quo postremo entium genere præter hæctenus commemorata omnia quoddam aliud est principij genus, materia, velut subiectum cui communicetur idea: ea tames est non ens, solaque idea ens.

Cæterum quoniam ea est contrariorum natura, vt vnus intensio alterius remissio sit; neque

ab altero ad alterum natum transeat absque medio: ita in entium compositione permisceri contraria oportet, ut vel unum superet alterum, identitas diuersitatem, status motum, terminus infinitum; aut contra: vel omnia sint equalia; et si identitas, status, & terminus longè sint suapte natura perfectiora, quam diuersitas, motus, & infinitum. Itaque cum tria sint entium genera, superiora prorsus spiritalia, inferiora planè corporea, & inter utraque media; in eorum, quæ prorsus spiritalia sunt compositione abundant identitas, status, & terminus, & ideo impartibilia sunt: in rebus omni ex parte corporeis diuersitas, motus, & infinitum superant, quare partibiles eæ sunt & mutabiles. At quoniam ab extremo ad extremum non fit transitus sine medio, oportet in hac compositione medium quidpiam sit inter hæc duo entium genera; atque hæc est natura animæ. Quæ ratione identitatis, status, & termini, est impartibilis, impartibiliaque & immaterialia entia cognoscit, atque in rebus genera & similia colligit: ratione diuersitatis, motus, & infiniti, partibilis, partibiliaque ac materialia comprehendit, rerumque differentias querit. In qua permissione et si contraria omnia sunt inter se equalia; maiorque contrariorum equalium existat pugna, quam si alterum superet alterum; & ideo in mixtione animæ violentum quidpiam esse videatur: hoc tamen ad ipsam animam referendum non est. Sed propterea, inquit Proclus, à Platone fuit dictum, ut maximam supremi entis indicaret virtutem, quæ diuersitatem efficere potuit indiuiduam atque identitatem diuiduam.

Hæc prima fuit Platoni animæ compositio; in qua motus & status continentur; quoniam animam Plato, ut antea dictum est, & per se mobile esse voluit & semper mobile: semper namque moueri status quidam est. Inde etiã intelligas quid is sibi voluerit, ubi eam dixit substantiam esse ex diuidua indiuiduâque natura constantem. Est enim diuidua, quatenus cum rebus corporeis commune quidpiam habet estque apta coniungi cum corpore, & pluribus facultatibus prædita, quæ ut extensio linearum ex ipsa procedunt. Indiuidua verò, ut cum superioribus conuenit, immortalis, per se subsistens, diuinæ naturæ persimilis. Diuidua rursus, ut actu extra se protenso atque à se recedendo materialia & ea, quæ sunt extra se cognoscit. Diuidua ut cognoscendo transit ab vno ad aliud, atque à propositionibus ad conclusionem. Indiuidua, ut facultas cognoscens sit idem cum recognita, resque omnes sibi vnit & in seipsam transfert. Indiuidua demum; ut intelligit: Diuidua, ut sentit, & vegetat. Nam ut idem se habet ad diuersum, sic ratio ad sensum: & ut diuersum ad idem, sic sensus ad rationem.

Veteri  
philosophia  
symbolica.

Hæc igitur prima Platoni fuit animæ compositio. Præter hanc metaphoricè multa & symbolicè per mathematicas figuras, numeros, & harmonias, ut post in tex. 45. dicitur; de anima pronuntiauit: siue quòd mathematica quoque & numeros principia rerum poneret. siue ex docendi ratione antiquis philosophis usitata symbolis vtens ad animæ naturam indicandam; quæ ut mathematica illa & numeris, inter sensi-

lia & intellectilia est media.

Triangulo autem & circulo maximè vsus est. Triangulo; tum quia hæc figura sit rectilinea: tum quia ex qua cætera componuntur: angulorum tamen multitudinem habet: & anima prima est, non substantiarum vniuersè, sed earum, quæ in facultates diuiduntur. Tum quia ut hæc figura ab vno angulo ad duos, sic anima à Deo ad partibile corpus progreditur. Circulo autem persimilis in eo est anima, quòd hæc figura simplicissima est & in seipsam conuertitur & redit: sicut anima seipsam intelligit.

Deus igitur, inquit Plato, miscuit in longum principia omnia, essentiam, identitatem, diuersitatem, statum, & motum; rectamque lineam fecit, quam in duas inæquales diuisit partes sese ita secantes, ut figuram  $\chi$ . efficerent. Hæc in orbem ducta duos descripsit circulos, alterum altero maiorem, duobus sese punctis intersectantes. Maiorem à dextris disposuit, à sinistris minorem: primum reliquit integrum, alterum in septem diuisit; prioreque addito fuerunt octo circuli.

Quæ omnia à permixtis sanè accipi video quasi dicta solum de anima mundi cœlestisve corporis; quoniam cœlestibus illis, quæ is animata esse voluit, conueniunt maximè. Dux siquidem lineæ duos indicant axes, alterum ad polos æquinoctialis, alterum ad polos Zodiaci; super quibus vertuntur cœlestes globi. Circulus maior primum mobile, minor in septem diuisus reliquam molem in septem planetarum orbis tributam. Duorum circulorum in duobus punctis intersectio Zodiaci & æquinoctialis in Ariete & libra coniunctionem. Dextrum denique & sinistrum differentias situs, quæ insunt in celo; duosque motus, ab ortu ad occasum, & ab occasu ad ortum. A plerisque tamen hæc animæ quoque nostræ accomodantur. Quippe ductus in longum à Deo in corpus progressionem significat. Dux lineæ superiorem & inferiorem animæ partes & facultates: quibus tum ad superiora & diuina euehitur, tum ad inferiora corporeaque descendit. Has meliorem & peiorem equum consueuisse Platone appellare dicit Philoponus in commentar. textus 45. Linearum intersectio partium illarum seu animæ corporeique vnionem: aut etiam vnitatem animæ ac dualitatem. Duplex circulus duplicem animæ virtutem, quæ & se in corpore intelligit & extra corpus, seu & seipsam & cætera omnia: aut si vnus, intellectum & sensum; quarum virtutum altera simplex est, altera nequaquam.

Denique numeris quoque in animæ natura exponenda vsus est Plato. Quinariumque numerum illi maximè credit conuenire. Tum quia quinque illa principia continet, quibus antea dictum est & animam & reliqua omnia contineri; essentiam, idem, diuersum, statum, & motum. Tum quia duobus primis & simplicissimis numeris constat, binario primo pari, & primo impari ternario. Quod & animæ simplicitatem ostendit, & duplicem eius conditionem, diuiduam & indiuiduam. Numerus enim par diuiduus est, impar indiuiduus, cum in partes æquales diuidi nequeat. Accedit quòd ut anima inter substantias omnes est media, sic quinaris inter omnes

omnes numeros medius existit. Nam cum omnes contineantur denario, denarij medium quinarium est: nec solum aequè diuidendo in duos quinarios, sed & in partes inaequales, in nouem & vnum, in octo & duo, in septem & tria, in sex & quatuor. In his enim omnibus diuisionibus quinarium diuisionum duarum est medium: quantumque vnum membrum excedit quinarium, tantum quinarium superat alterum. Quare cum quinque possint esse diuisiones denarij, quinque modis quinarium est denarij medium. Ita quinarium mediam animam naturam indicat.

Interdum tamen animam visus est ex quaternario componere, ex puncto, longitudine, latitudine, profunditate. Etenim numeros ponebat rerum formas, denariisque numerus omnium perfectissimus & omnes in se continens, ex quatuor constat, vnitatem, binarium, ternarium, quaternario. Quare haec velut formarum omnium principia erant. Vnitati respondet punctus, binario longitudo, ternario latitudo, quaternario profundum corpus.

Et operationes ite animae quatuor sunt. Intellectus, qui est vnus, dum simplici apprehensione cognoscit: Dianæ & scientia, quae duorum, dum a certis principiis ad certam progreditur conclusionem: opinio, quae trium, dum vaga & inconstans oppositi quoque formidinem retinet: & sensus qui quatuor, corporum scilicet quaternario constantium. Et quadruplex mundus: Archetypus seu intellectibilis & idealis in opificis mente, ob summam simplicitatem & constantiam vnitas est: Rationalis in anima, est velut dualitas: Seminarius in natura, velut ternitas: Corporeus demum & sensibilis, velut quaternitas ob inconstantiam & multiplicatam nimiam. Omnia tamen in omnibus.

Harmonicos tandem adhibuit numeros; vnitatem, binarium, ternarium, quaternarium, octonarium, nouenarium, vigesimumseptenarium. In quibus multa planè considerantur. Primum praefer vnitatem, quae non numerus, sed numeri principium est, continentur in illis numeri lineares, superficiales, & solidi. Lineares sunt binarius & ternarius, superficiales quaternarius & nouenarius, solidi octonarius & vigesimusseptenarius. Deinde aspectus quidam est relictus, dum priorum posterior superat. Hunc enim excessum Platonis libuit aspectum rectum appellare. Tertio duplex est numerorum coordinatio sub vnitatem: altera parium, binarij, quaternarij, octonarij; Imparium altera, ternarij, nouenarij, vigesimiseptenarij. Pares namque numeros Plato eos dixit, qui sunt dupli; impares eos, qui tripli. Itaque describitur triangulus, in cuius apice ponatur vnitas, atque in vno latere numeri pares, in altero impares. In vno binarius est vnitati duplus, quaternarius duplus binarij, & octonarius quaternarij duplus: paresque omnes proportione dupla consequuntur sese. In altero impares omnes proportione constant tripla: ternarius enim vnitatis triplus, & nouenarius ternarij, nouenarijque vigesimiseptenarius tripli item sunt. Ita ex parium & imparium numerorum connexionem constitui animam inquebat Plato. Quarto identitas est & diuersitas. Identitas propter impares numeros, qui nec in partes



Anima operatio res quatuor.

Mundus quadruplex.

Anima ex numeris harmonici.

Musica consonantia.

A aequales diuiduntur: nec si ordinatè sumantur alterique addantur numero, speciem numeri mutant. Nam si cum vnitatem primum imparem ternarium accipias, quaternarium habebis, qui binarij quadratus est. Si quaternario addas secundum imparem quinarium, habebis nouenarium quadratum item ternarij. Huic tertium imparem addas septenarium, habebis sextumdecimum quadratum quaternarij. Huic quartum adicias imparem nouenarium, habebis quintum & vigesimum quinarj quadratum: & ita deinceps quadratum semper efficies numerum. Diuersitas autem oritur ex paribus numeris, qui & diuidui sunt, & si eodem componantur modo, diuersas pariunt numerorum species. Vnitati primum addas parem, reddet tibi ternarium, numerum linearum. Huic secundum apponas parem, habebis quidem septenarium, & huic rursum addito tertio pari efficies tertiumdecimum, lineares item numeros. At si huic quartum adiunxeris parem, colliges primum & vigesimum, solidum numerum ex ternario in quaternario ducto; deincepsque sepius numeri species mutabitur. Quinto est reflexio quaedam in orbem; quae a paribus ad impares & rursum ab his ad pares progredi licet, quasi reflectendo. Nam si binario, quaternario, octonario, vnitas apponatur, fit numerus impar; si autem rursum addatur ternario, nouenario, vigesimoseptenario, omnes erunt numeri pares. Sexto in his omnibus numeris harmonia inest & consonantia musica, quae in vnus numeri ad alium proportione cernitur. Binarij namque proportio ad vnitatem est dupla, ternarij ad binarium sesquialtera, quaternarij ad binarium dupla & ad ternarium sesquitercia, octonarij ad quaternarium dupla & ad ternarium dupla superbipartiens, nouenarij ad octonarium sesquioctava, vigesimiseptenarij ad nouenarium tripla. Ex quibus proportionibus harmonicae constant & consonantiae musicae: quae sex vniuersè numerantur.

B Diapason, omnium simplicissima, dupla est duorum ad vnum: Diapente proportione constat sesquialtera, trium ad duo: Diateseron sesquitercia, quatuor ad tria: Quarta est composita ex Diapason & Diateseron, dupla superbipartiens octo ad tria: quinta Tonus, inter nouem & octo cernitur, sesquioctava proportione: postrema composita ex Diapason & Diapente, proportione tripla viginti septem ad nouem. Quae tamè omnia accommodatè ad animam dicta intelligantur. Quippè multo plures consonantiae agnoscuntur musici, dum sex aut septem faciunt simplices, totidemque compositas: neque Tonum consonantiam sed intervallum esse affirmant. Verùm haec examinare neque huius loci est neque instituti: sed ea ita transferre ad animam, vt numerorum multitudo diuersam illius ac multiplicem ostendat naturam.

C Numeri omnes ab vnitatem oriuntur; & animae omnes cunctaeque res ab vno nascentes atque ab eo degenerantes in multitudinè abierunt. Rursum vnitas linearis & superficialesque numeri simplicitatem significant: Superficiales duplicem gradum ac naturam mediam: solidi compositionem cum corpore: Aspectus rectus aut progressiorem à primo principio Deo ad corpus, in quo magis semper multiplicatur; aut modum, quo alia à se

distincta cognoscit (cognoscit enim directè atque in iis quodammodo multiplicatur) reflexio in orbem cognitionem illam ostendit, quam non directè, sed in seipsam conuersa seipsam intelligit. Duplex numerorum ordinatio aut duplicem cognoscendi modum, alterum per sensum, alterum per intellectum: aut duplicem illius conditionem, vnam in corpore, alteram secundum se, quatenus subsistens est & abstracta substantia. Impares & pares numeri compositionem ex actu & potestate. Vt enim numeri alij vnitatis, alij dualitatis, impares vnitatis, pares dualitatis magis participes sunt, ita res actu quidem & potestate omnes, sed aliæ actu magis, aliæ potestate participant. Ergo dualitas ceu potestas est, vnitatis dualitati adueniens & impariorem numerum faciens, velut actus & forma. Identitas & diuersitas simplicem essentiam & multiplicem operationem: aut naturam intelligentis facultatis & cæterarum; quarum illa impartibilis est & indiuidua; hæc partibiles, diuiduæ cum corpore extensæ & quasi in multas dispersæ. Postremò proportionem illam & consonantiam nil aliud indicare videntur, quam alias quidem atque alias facultates esse & operationes, omnes tamen mediocritatem querere temperationeque summo opere delectari, cum ab extremis & nimis vehementibus lædantur obiectis, & mediis plurimum recreentur.

TEXTVS.

*Ὅμοιος δὲ ἐστὶν τῆς πρὸς φιλοσοφίας θεωρητικῆς διαίτησις αὐτῷ ὡς τὸ ζῷον ἐν τῆς τοῦ ἐνός ἰδέας, καὶ τῆς κατὰ τὸ μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, τῆ δ' ἄλλα ὁμοιογενῆς.*

*Similiter autem est in iis, quæ de philosophia dicuntur, definitum est, ipsum quidem animal ex vnius idea, & prima longitudine, & latitudine, & altitudine. Alia verò simili modo.*

COMMENTARIUS XLV.

Quæ de animæ compositione tradidit Plato, superior ferè commentarius continet. Philosophus tamen prioribus illis verbis primariam illam visus est compositionem significare ex quinque illis principiis, Essentia, Eodè, Diuerso, Motu, & Statu. Iam verò ex numeris altera subiungi dixeris, quippe numeri quoque entium principia dicebantur. Eatenus enim hæc priori similis appellatur.

*Libri de philosophia qui citatur.*

Quinam tamen sint ij, quos de philosophia sermones aut libros memorat, incertum est. Philoponus namque ac Simplicius librum de Bono ex Platonis colloquiis ac disputationibus ab Aristotele promulgatum esse opinantur; in quo Platonis ac Pythagoricorum de entibus & principijs opiniones complectebatur, posterisque trahebatur. Legitimum philosophi librum fuisse testatur Philoponus: & in primo libro de moribus ad Eudemum cap. 5. ipsemet Aristoteles de philosophia libros à se conscriptos memorat. Sed Laërtius tres nominat libros, & tertium citat Tullius in primo de natura Deorum, & septimum quoque Cæsariensis Eusebius in 11. de Preparatio-

ne cap. 1. Sed Auerroes priuatas potius Platonis scholas & disputationes non scriptas, sed voce habitas intelligit: quæ Themistij quoque videtur interpretatio fuisse idem, inquit interpres, Probat in iis quæ de philosophia disseruit. Pluribusque potest argumentis confirmari. Primum quod vox illa (θεωρητικῆς) non scriptam, sed voce pronuntiatam sententiam significat. Deinde quod Platonis Timæo alterum hoc testimonium ex ipso eodem Platone adferendum erat, cuius sententiam tractabat. Susceptum enim omnino fuisse Aristotelis testimonium. Accedit & illud (definitum est) quod illius ipsius, de quo est sermo, positum ac stabilitam sententiam indicat: Præsertim cum alibi etiam philosophus noster præceptorē suum testetur voce disputasse permulta, quæ scriptis non mandauit: vt videre est in tex. 15. lib. 4. Physic. qui locus planam nobis interpretationem faciet. Vt enim Platonis Timæo ibi non scripta subiungit dogmata, ita hoc loco ea, quæ de philosophia dicuntur: tantundemque est, siue quæ de philosophia dicuntur dixeris, siue non scripta dogmata.

Videtur autem opinionem eam insinuare, qua in superiori commentario Platonem diximus animam ex quaternario composuisse, ex puncto, longitudine, latitudine, & profunditate. Ipsam namque animal hoc est animal ideale seu intellectibile mundum, constare inquit ex vnius idea, & prima longitudine, latitudine, & altitudine: ex ideis inquam prima longitudinis, primæ latitudinis, primæque altitudinis: primam longitudinē binariū dicēs, quoniam linea à puncto ad punctum progreditur, estque longitudine punctis duobus contenta. Primam latitudinem ternarium, quia planarum figurarum prima triangulus est; triaque puncta non in rectum posita continuantur superficie: & vt ternarius est secundus ab vnitatis numerus, ita superficies secunda est à puncto magnitudo. Denique primam altitudinem quaternarij; quod prima solidarum figura sit pyramis quatuor superficiebus angulise constans: & quemadmodum quaternarius est tertius numerus, sic magnitudo tertia est altitudo profunda, trifariamque dimensum corpus.

Plura de his Xenocratem in commentariis de natura scripsisse Themistius narrat: eadem quippe & ipse sententiam habuit. Sanè in intellectu mundo ea continentur, quæ ἀνοητῆς, hoc est, ipsas species & ideas Plato vocauit; idæ inquam primæque rerum formæ ac principia. Quæ si rerum formæ ac principia sunt numeri, ex primis numerorum ideis mundus ille coalescit totus. Et quoniam cæteros quoque mundos, rationalem, seminariū, & sensibilem, primario illi archetypo similes esse oportet, quippe ad illius similitudinem conformatos; propterea ex iisdem numeris constabunt & illi; eaque quæ in illis continentur: non tamen ex primis, sed ex consequentibus aliis velut secundariis ad primorum similitudinem conformatis. Atque hoc est illud, quod philosophus ait (alia verò simili modo). Sic anima quoque ex vnitatis, binario, ternario, & quaternario constabit. Cùmque hæc eadem sint rerum omnium principia, anima cognoscat omnia, si simile cognoscitur simili.

TEXTVS.

TEXTVS.

Επὶ δὲ τῶν ἀλλοῦ, τὸν ἴδιον τὸ ἐν ἐπιπέδῳ δὲ τὸ δὴ μο-  
ταρῶς ἴδιον ἢ ἐπὶ τῶν τῶν ἐπιπέδῳ ἀελμῶν, δὲ τῶν  
ἀελμῶν δὲ τὸν τὸν σφῆρα οἱ ἴδιον ἢ ἀελμῶν τὰ ἴδιον ἀυτῶ  
καὶ ἀεζοῦ τὸ ὄντων ἐλέγοντο: ἴδιον ἢ ἐπὶ τῶν σφῆρων. κενεταί  
δὲ τὰ ἀεζοῦ τῶν τῶν ἴδιον, τὰ δὲ ἐπιπέδῳ, τὰ δὲ δὲ τῶν  
τὰ δὲ ἀελμῶν: ἴδιον δὲ οἱ ἀελμῶν οἱ τῶν ἀεζοῦ.

Tex. 27. Adhuc autem & aliter, intellectum quidem vnum, scientiam verò duo. Vno enim modo circa vnum. Superfici- ciam autem numerum, opinionem; sensum verò solidi. Numeri namque forma ipse & principia entium dice- bantur. Sunt autem ex elementis. At iudicantur res, hae quidem intellectu, illa verò scientia, aliae autem opi- nione, aliae sensu. Formae autem rerum hi numeri.

COMMENTARIVS XLVI.

Tertium hoc est, quod de Anima pronuntia- uit Plato. In quo ab essentia & substantia ad facultates & cognitiones progrediebatur. Cum essentiam ac substantiam ex ideis vnitatis, binarij, ternarij, & quaternarij composuisset: de cogno- scentibus quoque facultatibus eodē prorsus mo- do philosophabatur. Cognoscentes autem duntaxat facultates commemoratur; quoniam ex cog- nitione praesertim tota vis & natura animae de- ducebatur, hocque principio inuestigatio tota nicebatur: simile simili cognoscitur. Ita cum ex quadruplici idea essentiam animae composuisset, quadruplicem item cognoscendi vim & cog- nitionem fecit: intellectum, scientiam, opi- nionem, sensum: quae omnes similitudine susten- tantur. Intellectus est vnus, hoc est ab vnitatis idea praebet, dum simplicia & intellectilia im- partibili ac simpliciter apprehensione comprehendit. Scientia duorum, hoc est ab idea binarij pro- ficiscitur, cum à propositionibus ad certam ac necessariam conclusionem tanquam ab vno ad vnum progreditur: hoc enim est illud, quod aut vno enim modo circa vnum. Opinio superficiei, hoc est ternarij (superficiem enim seu latitudi- nem ternarium nominari iam diximus) dūque à probabilibus propositionibus ad conclusionem minus certam, quae potest esse vera & falsa, & idē cum formidine opposita, quasi ab vno ad duo procedit, ab idea ternarij ministratur. De- nique sensus est solidi & quaternarij: quod ab hu- ius idea vim accipit sensilia corpora cognos- cendi.

Anima operationes quatuor

Princi- pium rerū numeri.

Cuius opinionis vniuersa illud fuisse fundamē- tum scribit Philosophus, quod numeros arbitra- rētur Plato & quicumque de anima ita senserunt, formas ipsas & ideas atque adeo entium principia esse: non inquam numeros, qui sunt apud nos, sed illas numerorum ideas. Numerorum autem omnium elementa & quasi principia sunt illa, vnitatis, binarij, ternarij, quaternarij: quippe ex his consistit decus, cuius repetitione reliqui constant numeri. Sed & vnitatis & binarij pecu- liari quodam modo numerorum omnium ele- menta sunt & principia, vnitatis imparium, bi- narij parium numerorum. Binarij namque repetitis pares omnes efficiet, paribusque addita vnitatis impares procreabit. Itaque cum ex illis

A numeris componitur anima, ex entium omnium formis ac principis constat, omnibusque quo- quomodo similis potest omnes cognoscere ac iudicare, has quidem intellectu, alias verò scientia, has opinione, illas sensu.

Quo loco non est quod pluribus immoremur. Cur ex vnum illud addam, quod adnotauit Themistius dum superioris textus interpretationem faceret, ex numeris potius, quam ex magnitudinibus, animam veteres constare voluisse; quoniam incorpoream naturam à coniuncta quantitate remotis- simam esse putabant, quippe quae molem nullam aut diffusionem haberet: posse verò sub diuincta commode collocari, vnitatisque constare, non corporeis, quae exactam & perfectam vnitatem non habent; sed infinitam potius multitudinem, dum in infinitum diuiduae sunt: verum incorporeis & immaterialibus, quae immateriali & incorporea naturae optime conuenirent. Quare cum in intellectu mundo, cuius imitatione corpo- reus hic est conditus, aspectabilis huius nostri & materialis principia inesse oporteret; hic quidem longitudine, latitudine, & altitudine constat; at ille non ex his, sed ex binarij, ternarij, & quater- narij ideis componi, ille ex coniunctis, hic ex deiunctis quantitatibus aserebant. Atque de in- corporea animae natura simili prorsus modo ratio- cinabantur.

Hinc vero licebit à posterioribus ad priora re- gredi. Nam si animae cognoscentes virtutes hae quatuor sunt, intellectus, scientia, opinio, & sen- sus; haeque vnitatis constant, binario, ternario, quaternarioque; sane anima quoque ipsa quatuor illis principijs, vno, duobus, tribus, quatuorque constabit. Atque hanc rationationem postre- ma philosophi verba continere videntur. Rerum quaedam intellectu, aliae scientia, aliae opinione, aut sensu iudicantur: at formae rerum sunt hi numeri; quibus hae cognitiones constant: anima igitur ipsa, cuius ex cognitiones sunt, numeris hae constent.

C Hinc vero licebit à posterioribus ad priora re- gredi. Nam si animae cognoscentes virtutes hae quatuor sunt, intellectus, scientia, opinio, & sen- sus; haeque vnitatis constant, binario, ternario, quaternarioque; sane anima quoque ipsa quatuor illis principijs, vno, duobus, tribus, quatuorque constabit. Atque hanc rationationem postre- ma philosophi verba continere videntur. Rerum quaedam intellectu, aliae scientia, aliae opinione, aut sensu iudicantur: at formae rerum sunt hi numeri; quibus hae cognitiones constant: anima igitur ipsa, cuius ex cognitiones sunt, numeris hae constent.

TEXTVS.

Επειδὴ δὲ κινητικὸν ἴδιον τὸ ἴδιον εἶναι, ἢ ἡρωεῖται, τὸν εἶ-  
νος οὐκ ἐπιπέδῳ ἐξ ἀμφοῖν, ἀποκρίματα τῶν ἴδιον  
ἀελμῶν κινητικὸν ἴδιον.

Quoniam verò & motuum videbatur anima esse & Tex. 28  
cognitionum, sic aliqui ex virisque connexerunt, cum-  
tiantes animam numerum mouentem se ipsum.

COMMENTARIVS XLVII.

Tertium est opinionum caput, quo illi conti- nentur, qui nec motum solum, nec solum sensum aut cognitionem in animae natura defi- nienda spectarunt, sed coniungentes vtrumque quòdytrumque illi per se inesse animaduertent, animam dixerunt numerum esse sese mouentem. Xenocrates, inquit Simplicius, hanc tulit de anima definitionem, Fuit autem is Platonis audi- tor & in Academia successor: quo argumento putat Philoponus ex Platone illum hae didicisse. Quippe is in Phaedro ex eo, quod anima moue- tur à seipsa, eam confecit immortalem esse, quo-

Cur ex numeris potius, quam ex magnitudinibus animam veteres constare voluisse;

7. Xeno- crates sententia.



niam quod à se ipſo mouetur, ſemper mouetur, quia nunquam ſe ipſum deſerit. At rurfum in Timæo cognitionē potius ſpectat, ex rerum principiis ac numeris conſtare illam prodidit, vt cognofcere omnia poſſet. Quæ duo cōiungēs Xenocrates eam dixit numerum eſſe ſe mouentē. Numerū quia numeri ſunt rerū omniū principia, ex quibus animam conſtare opus ſit vt cuncta cognofcat: ſeipſum verò mouentem; quia vitam habet in ſeipſa inſitam, qua ſeipſa mouere debet vt corpus moueat: quippe principium & ſons omnis motus eſt quod ſe ipſum mouet.

Animæ  
naturæ  
mediæ.

In quibus Xenocrate putat Symplicius animæ naturam mediā inter puras & ſimplices formas intellectibiles, formatāque & composita oftendere voluiſſe. Numerus quippe forma eſt indiuidua, mobile autem formatum & compositum diuiduum: numerus ſeipſum mouens neque forma eſt indiuidua, neque formatum diuiduum, ſed quidpiam inter hæc medium ex indiuidua & diuidua natura conſtans dum ab indiuidua numeri forma recedens diuiduo mobili permifcetur, ſitque numerus mobilis. Mobilis inquam à ſe ipſo, quia natura mediæ eſt: extremorum namque alterum pœnitens immobile eſt, alterum mouetur ab alio. Anima & intellectibilibus formis inferior eſt, & formatis atque compositis ſuperior. Vt autem intelligas, quomodo anima dicatur mediæ, quadruplicem ſtatuit is naturam mediā; naturalem ſcilicet rationem, mathematicam ſubſtantiam, intellectum animæ proprium, & vitalem proprietatem. Naturalis ratio mathematicaque ſubſtantia mediæ ſunt, vt dimensionum effectrices: quoniam illa materiam, hæc tum materiam tum phantaſiam dimensionibus & figuris exornant. Intellectus autem animæ proprius; quia vt lumen à ſole, ita is ab intellectu ab anima abſoluto deriuatur & p̄cedet velut abſoluti illius intellectus imago atque inter ideas & corpora mediū: qui partim manet vt intellectibiles formæ; quatenus vim ſuam intelligendi retinet; partim progreditur, dum animæ communicatur; vt formæ corporeæ, quæ non ſe ipſas ſed alia mouent. Anima demum proprietate vitali; quòd vita intelligens impartibilis ſit vt in ſe manet: ſentiens autem & vegetans partibilis, dum & circa corpora verſatur, & ab alio ad aliud tranſit. Omninoque animalis vitæ proprietates eſt alia mouere ſeipſam mouentem; eſſeque naturam mediā; partim progredientis, quia mouet alia; partim manentis, quia mouet non ab alio mota, ſed ſe ipſam mouēs. Ita Xenocrates animam definiuit numerum ſe ipſum mouentem. Qua de re Proclus quoque commentario 3. in Platonis Timæum.

TEXTVS.

Διαφύραται δὲ πάλιν τὸ ἀρχόν, πῶς καὶ πῶς, καὶ ἴσα ἐστὶν οἱ σωματικὰς πύργους πῶς ἀσωμάτους, πῶς οἱ μὲν ἄνθρωποι, καὶ ἄπ' ἀμφοῖν πῶς ἀρχὰς ἀποφινόμενοι. Διαφύραται δὲ καὶ πάλιν τὸ πλῆθος, οἱ μὲν γὰρ μίαν, οἱ δὲ πλείους λέγουσι.

Differunt autem circa principia, quæ & quot. Maxime verò qui corporea faciunt, ab iis qui incorporea: ab his autem, qui permifcent & ex vtriusque principia pronuntiant. Differunt etiam circa multitudinem. Alij namque vnum, alij verò plura dicunt.

COMMENTARIVS XLVIII.

Postquam veterum philosophorum de animæ natura sententias commemorauit: easque ad tria capita reuocauit, ad motum; ad cognitionem, & ad vtrumque simul coniunctum: causam nunc tantæ diuersitatis adiungit. Quædam aſert diuersitatem principiorum, quæ quilibet ſibi propoſuit: credat fortasſe quilibet ad alterum eam duxtaxat illud caput pertinere, quòd ex cognitione petebatur. Quoniam qui eo continentur philoſophi, animam propterea ex rerum omnium principiis conſtare voluerunt, vt cognofceret omnia: vtque diuerſam quilibet habuit de principiis ſententiam, ita & diuerſam de anima pronuntiauit. At generalem magis diuerſitatem ac differentiam exponi, vel ex eo manifeſtum eſt, quòd & Democritus & Anaxagoras & alij commemorantur, qui non cognitionem, ſed motum potius ſpectarunt. Et omnino quidquid ſpectaueris, ſi anima principium non eſt, ex principiis eam eſſe oportet: vtque alia atque alia principia poſueris, ſic aliam atque aliam de animæ natura pronuntiaſis ſententiam.

In principiis autem duplex diſcordia ſuit, altera quoad ſubſtantiam, altera quoad numerum. At rurfum in ſubſtantia triplex. Nam aliqui corporea principia fecerant, vt naturales, Mileſiumque Thales, Democritus, Leucippus, Diodorus, Anaximenes, Anaximander, Diogenes Apolloniates, Heraclitus, Hippaſius, Hippo, Critias. Alij vero incorporea, vt Pythagorici & quotquot numeros putarunt eſſe principia. Alij demum permifcentes partim corporea, partim incorporea: vt Empedocles & Anaxagoras: quorum alter elementis corporeis amicitiam & litem incorporeas, alter corporeis partibus ſimilaribus incorporeum intellectum adiunxerunt: Et Democritum addit Philoponus, quòd indiuiduis corpusculis incorporeum inane addiderit.

De Platone fortasſe cum Philopono dubites: ſed verè Simplicius incorporea eum ſeciſſe dixit: ſiue vt ipſe ſignificat dū Pythagoricis adnumerat, quòd ipſe quoque numeros principia faceret: ſiue potius quòd animam incorpoream eſſe opinatus non poſſet eam ex principiis corporeis componere.

Iam verò in numero altera diſſenſio fuit: quòd alij vnum, alij plura poſuerunt. Plura verò cum dicit, infinita quoque intelligas. Vt altera quoque hæc diſcordia fuerit tripartita. Alij enim vnum dixerunt; alij plura, ſed finita; alij demum plura & infinita. Quæ omnia in primio phylicorum libro pluribus explicantur.

TEXTVS.

24  
Maxi-  
porca:  
incipia  
Alq

TEXTVS.

Ἐπιπέδον δὲ τῆς αἰθέρης καὶ τῆς ἀποδείξεως. τὸ τὸ δὲ  
κινητικόν, τὴν φύσιν τῆς ἀποδείξεως, ἐκ ἀλόγου,  
ὅθεν ἐδείχθη πῶς εἶναι. καὶ δὲ τὸ πᾶσι λεγόμενον τὸ καὶ  
μάλα τὸ ἐκείνου ἀποδείξεως. ἐπὶ κινήσει τῆς αἰθέρης τὰ ἀ-  
λόγου.

Tex. 29 Consequenter autem ad hoc & animam reddiderunt.  
Nam & motuum naturam primorum arbitrati sunt;  
non absque ratione. Quare visum est nonnullis ignem  
esse. Hic enim & tenuissimum est partium, & ma-  
ximè inter elementa incorporeus. Præterea & mouetur  
& mouet alia primum.

COMMENTARIVS XLIX.

Perspiciuum ex his verbis est id, quod in supe-  
riori commentario diximus, diuersitatis opi-  
nionum causam, quam exponit philosophus, non  
ad eas tantum, quæ cognitionem; sed ad eas item,  
quæ motu spectassent, pertinere. Cum enim con-  
sequenter quoque ac consentaneè dixisset vt de  
principiis rerum sensissent, ita & de anima illos  
fuisse loquutos; quòd ex his vt cætera, sic animam  
quoque componerent: eos statim aggreditur, qui  
motum præcipuè considerant.

Princi-  
piū esse  
quod  
mouet

Sanè hi non pessimè ratiocinabantur; dum id  
quod mouendi vim habeat, inter prima consiste-  
re principijque naturam & vim habere opinaban-  
tur. Rationi quippe consentaneum est, vt id,  
quod mouet, prius eo sit, quod mouetur: hoc-  
que argumento Plato quoque animas corpori-  
bus priores & antiquiores esse probauit; quòd  
motura essent & rectora corpora, illisque impe-  
ratura; æquiusque sit, vt iunius obtemperet an-  
tiquiori, quàm contrà. Et si id, quod mouetur,  
causatum esse videtur, vt ait Simplicius; id, quod  
mouet, causa nimirum fuerit; & omnino prin-  
cipium primum, si ita moueat, vt ipsum à nullo  
moueat. Propterea visum est nonnullis ignem  
esse. Quod tribus modis licet exponere. Aut in-  
quam ignem esse primum rerum omnium prin-  
cipium: aut animam esse ignem: aut demum vtrum-  
que simul; tum ignem esse rerum omnium prin-  
cipium; tum consequenter animam igne consti-  
tare. Secundam interpretationem fecerunt The-  
mistius & Philoponus; tertiam Simplicius. Quas  
si probaueris, non credes Philopono de Demo-  
crito nunc sermonem esse philosopho: Quippe  
quo argumento is Heraclitum significari negat,  
quòd illius paulò post futura sit mentio; eodem  
nec Democritum indicari cõcluditur: hunc enim  
mox nominari audies. Quoniam igitur plures  
erant qui animam ignem esse opinarentur, vni-  
uersè nunc de omnibus dicit; deque Democrito  
quasi melius loquente, sequentibus verbis.

Ignis,  
verum  
princi-  
pium.

Verum primam quoque interpretationem,  
ignem esse primum rerum principium; neque  
Democritum, sed Hippasum & Heraclitum si-  
gnificari, ex lib. primo Metaph. colliges. Ete-  
nim hos duos ignem fecisse rerum principium in  
cap. 3. philosophus memorat: & mox in textu  
13. eiusdem libri eodem argumento, quo hoc lo-  
co, totidèmq; verbis sententiam eam confir-

A mat. Ignem namque maximè videri principium  
esse, vtrobique ostendit, quoniam tenuissimarum is  
partium, est; ideòque comparatus optimè, vt &  
eius densatione Aër, Aqua, Terra, & cætera gi-  
gantur omnia; & facile figuretur; & cum ele-  
mentorum omnium incorporeus maximè sit, ma-  
ximè penetrat & peruat cuncta, intimisque illo-  
rum partibus sese insinuat: quò & illorum sub-  
stantiam constituit; & (quod ad præsentem lo-  
cum, in quo de anima dicitur, magis facit; estque  
alterum confirmationis argumentum) moueat &  
moueatür. Prius tamen moueri dixit philoso-  
phus, quàm moueri: quoniam antea dictum  
est veteres illos existimasse nihil moueri aliud,  
quin moueatür ipsum. Facile autem mouetur  
ignis, quia tenuissimarum partium: facilèque  
mouet, dum intima quæque subit & omnibus in-  
sinuat sese. Cæterum in primo Metaph. lib. vtro-  
que hoc argumento non vtitür, sed priore dunta-  
taxat: quoniam de materiali principio loquebatur,  
posteriùsque ad efficientem ac mouentem cau-  
sam pertinet: Eratque huic loco maximè oppor-  
tunum, in quo ex motu præsertim à veteribus  
illis animæ natura quærebatur.

Tertium addi posset argumentum; igne & ca-  
lido gigni cuncta, foueri, nutriri, & conseruari.  
C Nam Empedoclem quoque & alios in textu 38.  
& 40. lib. 2. nutritionis & accretionis causam fe-  
cisse audiemus.

Animam  
esse ignem

Quòd si ad animam referas philosophi verba;  
sanè animam esse ignem probabant veteres; tum  
quia tenuissimum corpus est ignis, animaque vi-  
detur esse incorporea, dum permeat corpus: tum  
quia cum anima sit in uiuentibus principium mo-  
tus, hic ignis potissimum videtur proprius.

Quamquam si totam hanc probationem ex  
primis illis verbis deductam consideres, quibus  
motiuum veteres inter prima numerarunt; tri-  
bus verbis dixeris argumenta tria philosophum  
breuitate summa comprehendisse; & primumque  
principium aut animam ignem esse ostendisse; tum  
quia ignis tenuissimum corpus est, quale motus  
principium esse oportet; vt ea permeet, quæ mo-  
uenda sunt: tum quia inter elementa, quæ pri-  
ma omnium corpora & aliorum initia existunt  
maximè is incorporeus est; atque vt corporum  
est moueri & pati, sic incorporeæ naturæ videtur  
esse mouere & agere: tum demum quia mouetur  
& mouet alia primum.

Quod verò veteres illos philosophos ait Phi-  
loponus non de eo igne fuisse loquutos, qui est  
flamma: hæc enim non tam ignis quàm ignis ex-  
cessus est: verum de sicco halitu, qui in mete-  
ris vêtos ac terræ motus efficere affirmatur, maxi-  
mamque omnino vim ad mouendum habet, cre-  
dendum non est. Tum quia halitus is terreus est,  
non igneus; non tenuissimarum partium, nec in-  
ter elementa incorporeus maximè; tum quia de  
illo igne sermo illis erat, qui elementum esset &  
primum corpus: halitus is nec elementum est,  
nec primum corpus; sed quasi secundarium & ex  
elementis excitatum & productum. Neque item  
loquutos eos de flamma dixerim. Hæc enim est  
fumus ardens, fumusque ex aère & terra con-  
stat; vt est in tex. 28. posterioris libri de ortu &  
interitu: sed de puro & sincero elementari igne;

De quo  
sermo.

TEXTVS.

Δημόκριτος δὲ καὶ γλαφυρωτέρας εἰσηκεν, ἀποφραδαίματος διὰ τὴν τέτατον ἐκείτην. Ἄρχῳ μὲν ὅτι εἶναι πάντο καὶ νῦν, τὸ πρὸ ὅτι εἶναι ἐκ τῶν αἰσθητῶν καὶ ἀδύνατον ἐστὶν σωματίων, κινήσει δὲ διὰ μικρομερείων καὶ τὸ σῆμα. ἢ δὲ σωματίων ἐκκινήσει τὸ σφαιροειδὲς λέγει. τοῦτον δὲ εἶναι τόντε νῦν καὶ τὸ πῦρ.

Tex. 30. Democritus verò etiam elegantius dixit, declarans propter quid horum vtrumque. Animam enim & intellectum idem esse. Hoc autem esse ex primis & indiuiduis corporibus; motium verò ob partium paruitatem & figuram. Figurarum autem facillimè mobilem orbicularem ait. Huiusmodi verò esse & intellectum & ignem.

COMMENTARIVS L.

CvT Democritum præ cæteris laudet Philosophus tanquam elegantius & lautius sententiam dicentem; eam Simplicius adfert rationem quòd ipse causas adferret eorum, quæ dicebat. At nõnne cæteri quoque in superioribus verbis adferrebant causas, quòd ignis tenuissimarum sit partium; quòd incorporeus maximè; quòd & moueatur & moueat alia primum.

Rationem ipsemet Aristoteles apertis verbis exponit; quòd declararet propter quid horum vtrumque. At quorum? Motus & cognitionis, inquit S. Thomas: Anima quippe ex rotundis constans atomis cognoscendi vim habet, quòd atomi rerum principia sint; mouendi autem, quòd rotunda. Cæterum illud adhuc tractat opinionum caput, quod propter motum siue primam principium siue animam assererat esse ignem. Quocirca ad postrema id verba referendum est, quibus ignem dixerat & moueri & mouere alia primum. Cur horum vtrumque eueniat, elegantius, quàm cæteri, declarabat Democritus. Quamquam & anima & intellectus, & ignis, tantundem illi fuerunt: perindeque fuerit, siue animam, siue intellectum, siue ignem nominare: Hæc namque omnia ex primis & indiuiduis corporibus sphaericis ipsi constant: quare & mouent & mouentur, tum ob partium tenuitatem, tum ob corpusculorum figuram. Ob tenuitatem facillè subeunt & peruadunt mouenda corpora, sicque mota mouent: ob figuram verò facillè mouentur; quoniam orbicularis figura & angulis caret & planum in puncto tægit, facillimòque negotio voluitur atque ad motum omnino procliuus est toto reliquo delabens corpore.

Orbicularis figuram maximè mobilis.

Cur autem corpuscula sphaerica minorù, quàm cætera, partium esse Democritus diceret, Philopono placuit quærere: responditque rectilinearum & æqualis ambitus figurarum spatium maius continere illas, quæ plurium sunt angulorum; æqualisque, quæ æqualium; omnium verò capacissimum esse circulum atque eodem modo in solidis sphaeram. Quod si ita est, quemadmodum in rectilineis, quæ spatium æquale contineant, plurium angulorum figura minorem habet ambitum, ita sphaera minimum omnium. Facilius igitur perueniet ac peruadet mouenda corpora. Ita-

A que elegantius omnino is totum hoc exposuit caput. Nam cæteri causam tantum indicabāt, cur ignis aut anima moueat; quia tenuissimus & incorporeus maximè. Moueri autem quoque accipiebant; quia quòd mouet aliud, debet & ipsum moueri: At eor & quomodo moueatur non debebant. Docuit Democritus vim & naturam orbicularis figuræ proferens.

Simplicius verò communes & proprias illum rationes complexum fuisse ait. Communes quidem; dum animam & intellectum dixit esse idem; quippe intellectus principium est & mouēs. Proprias autem, quoniam anima orbicularibus corpusculis constat.

TEXTVS.

Ἀναξαγόρας δ' εἶπε ἰσοπέτρην λέγειν ἄρχῳ τὴν αἰψότητα, ὡς πρὸς ἐπιπέδου καὶ σφαιρῆς. καὶ οὗτοι δ' ἀμφοῖν ὡς ἰσότησι, πᾶσι ἀρχῶν γε τῶν νῦν τίθηται μάλα ἰσότης. καὶ γὰρ φησὶν αὐτὸ ὅτι ἕρπον ἀπλῶς εἶναι, καὶ ἀμφοῖν τε καὶ ἕρπον. ἀποδοῦσι δ' ἀμφοῖν τῇ αὐτῇ ἀρχῇ. τὸ τε γινώσκαι καὶ τὸ κινεῖν, λέγοντι γὰρ κινήσει τὸ πᾶν.

Anaxagoras autem videtur quidem aliud dicere animam & intellectum, quemadmodum & prius diximus. Vtitur verò vtraque vt vna natura. Nisi quòd intellectum principium maximè omnium constituit. Solam quippe ait ipsum entium simplicem esse, & impermissum, & purum. Attribuit autem ambo eidem principio, tum cognoscere, tum mouere; intellectum inquit mouere vniuersum.

COMMENTARIVS LI.

CvM Democritum dixisset intellectum & animam idem esse putasse; Anaxagora de intellectu quoque loquentis opinionem subiungit; eamque tum exponit, tum cum Democriti comparat opinione. Is enim etsi minus aperte loqueretur, vt in tex. 24. dictum est; intellectum tamen visus est ab anima separare, dum intellectum pulchri & recti; honestiue ac boni causam esse pronuntiauit: quod de anima dici vniuersè non potest. Hocque primum est à Democrito discrimen. Tameñ parum constans visus est interdum Anaxagoras; dum intellectum dixit in animantibus omnibus inesse; perinde ac si nihil inter intellectum & animam interesset. Hæc ex superiori loco citato repetuntur.

Alterum discrimen, tum inter Anaxagoram & Democritum, tum inter intellectum & animam, illud fuit; quòd Anaxagoras intellectum fecit principium efficiens cæterorum omnium, dum similes partes separauit; Animam non item, sed intellectus potius effectum, dum is separans animatas quoque res produxit. At Democritus etsi intellectum nominet, cum tamen idem eum esse dicat cum anima, non principium, sed ex principis illum esse accipit; nempe ex orbicularibus atomis, ex quibus animam constare asserit. Tertium discrimen; quòd rationem quoque continet, cur intellectum principium omnium poneret Anaxagoras, est; quòd intellectus solus inter omnia quæcumque sunt, simplex est, impermissus, & purus.

Que

Quæ tria et si quoquomodo conetur S. Thomas distinguere, tantumdem tamen valere dixerim. Verum hac de re pluribus in tertio libro dicitur. Interim duo tantum adnotabo. Alterum est; rationem, cur eiusmodi intellectum Anaxagoras esse vellet, ut primum esse principium posset; planius exponi in tertio libro, *ἢ α. κ. ε. ζ. η.*, ut dominetur: partibus scilicet similaribus, easque mouere ac separare posset; quod non posset si cum illis permixtus foret. Alterum, intellectus dominium duplex explicari: vnum hoc loco, ut primum principium sit & moueat subiectamque sibi materiam segreget: alterum in tertio libro, *ἢ α. γ. κ. λ. ρ.*, ut cognoscat & intelligat ea, quæ mouenda sunt, segreganda, & omnino producenda.

Quapropter optimè nunc adiungit philosophus quartam inter Anaxagoram & Democritum discrepantiam: quòd cum hic de motu solum loquutus fuisset, ille tum motum tum cognitionem complexus est, eidemque principio vtrumque attribuit & propter vtrumque simplicem, impermixtum, & purum intellectum fecit, ut & mouere cuncta posset & cognoscere. Et sanè si intellectus est, cognoscendi vim habet. Quodque pulchrè monet Philoponus, eadem de intellectu philosophum quoque sentire, atque id planè præstare, quod in tex. 19 pollicitus est, se ita sententias aliorum commemoraturum, ut si quid ab illis benè ac sapienter dictum fuisset, probaret ipse ac retineret: non est omni ex parte intelligendum; sed ea tantum, qua intellectum simplicem, impermixtum, ac purum posuit. Hoc enim in tertio libro planè ita esse confirmabitur. Cætera non eo, quo proponuntur, sed alio quodam modo admitteret. Nam & ipse primum ac supremum intellectum aut efficientem mundi causam, aut primi orbis motorem; & inferiores item inferiorum orbium; humanumque humani corporis motores agnouit. Sed hæc alterius loci sunt.

TEXTVS.

*Ἐπεὶ δὲ ἡ Θάλης, ἡ δὲ ἄπορον μοῖρα, κινητικὴ π τὸ ἰσχυρὸν ἀπερὶ τὸ ἀνεῖναι, εἴπερ τὸν Νῆον ἴσῃ ἰσχυρὸν ἔχει, ἐπὶ τὸν ἀνεῖναι κινῆται.*

Tex. 32. *Visus est autem & Thales ex iis, quorum extat memoria, motuum quidpiam animam opinari; siquidem lapidem dixit habere animam, quoniam ferrum mouet.*

COMMENTARIVS LII.

SI verba spectes, verè dixeris cum Aueroe sermonem Philosophi esse manifestum. At in Milesij Thalesis commemoranda sententia mirari poteris, Philosophum non aperte sententiam eius ponere, sed solum dicere vim eum præsertim mouendi considerasse, animamque dixisse motuum quidpiam esse. Duplici scilicet argumento. Altero Herculei lapidis, quem propterea is attrahere ferrum asseruit, quòd habeat animam. Altero peruulgatæ opinionis, quæ de illo inter homines adhuc vigeat. Propterea inquit (quorum extat memoria) non enim extabant scripta. Sanè is

A creditur rerum omnium principium aquam esse voluisse, terramque vniuersam innat are aqua; vt noster testatur Philosophus in primo Metaph. lib. cap. 3. tum quòd cunctarum rerum nutrimentum est humidum; ex eoque nutriuntur omnia, ex quibus constant. Tum quòd calidum sit ex humido per euaporationem; & calidum nutritur humido; vt in viuentibus patet, in lucerna, & aliis pluribus. Rerum etiam omnium semina humida sunt: & omnia prius, quàm intèreant, sicantur & arescunt; perinde quasi humidum sit omnium vita & conseruatio. At aqua est corporum omnium humidissima.

B Et sunt qui eum velint ita primæ materiæ naturam adumbrasse. Nam vt aqua figuras omnes, sic materia cunctas formas promptè suscipit. Idem sensisse traditur antiquissimos illos poetas, quos in memorato loco primos theologos philosophi nominat. Ex Oceano namque & Thetide oriiri omnia cecinerunt: Deorumque iusiurandum paludem esse Stygiam: eum verò iusiurandū quidpiam sit antiquissimum, consequens fuerit aquam quoque rem antiquissimam & aliorum principium esse.

C Sed & Plato in Thæoeteto, Homerum scribit & Epicurum ex Oceano cuncta & Thetide gigni dixisse; vt ex motu & fluxu constare omnia indicarent. Sunt qui ab Egyptiis Thaletem putent opinionem eam accepisse: quòd ij ex Nili inundatione suos agros fecundari viderent, ex illiusque inundatione auspicabantur annum. At secus narrat Seneca lib. 3. naturalium quæst. cap. 14. *Ægyptios inquam initia rerum quatuor elementa, singulæque bina, marem & feminam posuisse.*

At cur in Thaletis nunc de anima sententia commemoranda immoratur? Nam eum dixit ex aqua rerum omnium principio constare animam voluisse; sicut & Democritum dixit ex atomis & alios item philosophos, vt vnusquisque aliam atque aliam de principijs, ita & de anima opinionem habuisse? Duas causas adfert Philoponus. Alteram quidem, quòd illius scripta non extabant, quædamque solum commentationes circumferebantur, nec satis fortasse de hominis constabat sententia. Nam in primo quoque Metaph. cum quid is de primo principio sensisset commemorat, non penitus asserit, sed ita, inquit, Thales de prima causa dicitur asseruisse: & nunc, quorum ait extat memoria. Alteram verò Simplicio quoque communem, propter hominis obseruantiam ac reuerentiam. Tum quòd vnus is fuit ex septem Græciæ sapientibus. Tum quòd primus fuisse dicitur, qui cum ceteri moralia persequerentur, inuestigationem naturæ aggressus est; multaque benè ac sapienter excogitauit ac posteris tradidit: quemadmodū illud, prouidentiam ad minima vsque pertinere, nihilque vel Thalesis minimum eam latere. Accedit quòd Hipponis eam fuisse sententiam non multò post audiemus; quem certè in primo Metaph. propter nimiam simplicitatem non esse cum Thalete ac sapientioribus numerandum scripsit. Quare ne hoc quidem loco communem sententiam esse voluit. Tertia apud eundem Simplicium extat causa, quòd corporum quidem principium & elementum aquam poneret Thales, animam autem incorpoream esse vellet. Itaque verisimile est ani-

*De verè principijs Thalesis sententia.*

*De Præsentia contra Astrologos cap. 2. & 10. Franciscus lib. 1. exam. cap. 10. & Thalesis sententia.*

*De Præsentia Thalesis sententiam.*

*Intellectum Anaxagore duobus modis dominari.*

*Vt de intellectu Aristoteles & Anaxagore sentiat.*

mam eum & mentem principium fecisse rerum efficiens, prouidens, & gubernans; aquam autem velut materiam. Namque animam, quæ calore cuncta peragit atque in calore conseruatur & uiuit, estque velut natiuus uiuentium ignis & focus, absurdum nimis erat sapienterque philosopho indignum credere ex frigidissimo & contrario prorsus elemento constare.

*Digressio vi. de Magnete lapide ferrum trahente.*

**C**eterum cur Magnes trahat ferrum uerior causa quaerenda est. Hic inter insigniores lapides, qui nec marmora sunt nec gemmae, praecipuus est & admirabilis maximè. Ab inuente appellatum fuisse Nicander poeta tradidit. Alij à Magnesia regione, in qua inuentus fuerit. Sic enim Lucretius cecinit in 6. lib.

*Magnes cur dicitur.*

*Quem Magnesia uocant patrio de nomine Graej, Magnetum quia sit patrius in finibus ortus.*

Sed & in Æthiopia, & Cantabria, & pluribus alijs in locis inuenitur. Siderites quoque eam ob causam appellatur, quod ferrum trahat: & Heracleon, quod circa Heracleam urbem reperiatur sit: & Hercules lapis, & Indicus; quod in Indico mari uisatur: fortasse etiam quod pixidis ferro attritus Septentriones indicet. Hippocrates in lib. de sterilibus nec Magnetem, nec Sideritem, nec alio nomine appellauit, sed lapidem qui ferrum ad se rapit.

*Cuius coloris sit.*

Colore ferrugineus est & interdum pendè candidus, sed ferrugineis distinctus uenalis. Niger etiã interdum uelut rubiginosum ferrum cum pice uisum.

*Quot generum.*

Quinque illius genera posuit Sotachus apud Plinium: Aethiopicum unum, alterum Magnesiacum ex Magnesia Macedoniae; tertium Echium Bæoticum, quartum Troicum Alexandrinum, quintum Magnesium à Magnesia Asiae.

*Magneti vis trahendi.*

Mira uis non solum trahit ferrum, sed quod magis est admirabile, ferrum quoque Magnete illud aliud ferrum rapit, ni pondus nimium prohibeat. Ut quemadmodum in acubus saepe experti sumus, quinque aut etiam plures anulos & uelut catenam faciunt, quemadmodum uerè in Ione scripsit Plato: & pulchre Lucretius,

*Hunc homines lapidem mirantur. Quippe catenam saepe ex anellis reddit pendentibus ex se, quinque etenim licet interdum pluresque uidere ordine demisso lenibus iactarier hamis, unus ubi ex uno dependet subter adherens, Ex alioque alius lapidis vim uinculaque noscitur, Et saepe adeo permanenter uis perualer eius:*

Tanta dicitur esse illius quantitas & vis in Indico mari, ut nauium, quæ ferreos habeant clauos, periculosa sit nauigatio. Unde poeta Herulcus.

*Vna pietra è s'ardita  
Là per l'Indico mar; che da nauia  
Tragge à se il ferro; e l' sua  
Dal legno in gusa, che nauigli affonde.*

**A** Quod nostrates nauæ testatur; ligneisque propterea clauis naues compingunt. Hac arte ferreum Mahumetis sepulchrum in Arabia pendere in aere dicitur: & in Ægypto ferreum simulacrum in medio Tholo ex magnetibus constructo. Quod fieri posse confirmat Isidorus & Albertus. cap. vltim. libri 2. mineralium, & Franciscus Maurolycus in problematibus quæ de Magnete adiunxit ad librum de horarijs lineis. Quin & Dinocratem architectum Alexandriae templum ex eodem lapide concamerare inchoasse ut in eo simulacrum eius è ferro penderet in aere, narrat Plinius libro 34. cap. 14. Tanta uerò est illius uis, ut ligno quoque aut alio folido corpore inter magnetem & ferrum interiecto, ferrum nihilominus à magnete ita rapiatur, ut motum eius sequatur: saepe non sine admiratione uidimus & apud alios legimus. Inunctus tamen alio non trahit, neque adamante appposito: immò attractum dimittit.

Nec solum trahit ferrum, sed chalybem, argentum, aurum, cuprum, stannum plumbum, ossa, pilos atque adeo aquas & pisces, si Alberto credimus. Immo unum magnetem trahere alterum obseruauerunt Hieronymus Fracastorius & Maurolycus. Etque, qui uia facie magnetem trahat, alia ferrum, alia utruque. Alius, qui non trahat sed trahatur à ferro. Alius, qui uno angulo trahat ferrum, alio fuget: & Plinius lapidem memorat repellentem ferrum: sed Theamedem nominat, non magnetem, sed magneti adnatum ait Cardanus. Secus Andreas Casalpinius libro 3. Peripateticarum quaest. cap. 5. diuersas eiusdem Magnetis facies asserens. Denique Albertus ex Aristotele magnetem profert, qui carnes humanas trahat; & ita trahat, ut tractus rideat: sique magnus sit lapis, tandem illi adhaereat, ut tandem moriatur.

**D** iam uerò omnibus nota est eiusdem lapidis uirtus altera & familiaris usus, tum in solaribus horologijs, tum in nautica pyxide, ad dirigendum ferrum ad Boream, cuius cuspis magnete fuerit affricata. Atque hac arte cognoscunt nauæ & uentos & uniuersas mundi partes; quæque nauigandum sit intelligunt. Sed si fides habetur Alberto, alius est, qui conuertat austrum: nec ferrum modo, sed ( si in libello de uenenis cap. 2. uera narret Conciliator ) humanas quoque carnes. Quibus alium addunt alij, qui ad Orientem, & qui ad Occidentem impellat: quod tamen aperte negat Maurolycus. Num uerò nauticae pyxidis usus fuerit Aristoteli ac ueteribus cognitus, aduersus Albertum disputat Cardanus: sed nullam sanè præclaram aut subtilem continet cognitionem; neque illius argumenta necessitatem uillam.

Mirum quendam addit ille magnetem partu faba minorem, candidum seu potius buxum, ferrugineis distinctum uenis, lenem admodum & lenem. Cui affricata acus absque doloris sensu aut sanguinis eruptione cuius corporis parti insingeretur. At ex Dioscoride & Plinio docet Scaliger lapidem hunc non magnetis speciem esse; sed alium quendam, qui memphites nominatur.

Ceterum admirabilissime illius Magnetis uirtus, ut in trahendo ferro, tum ad Boream dirigendo, causa quaerenda uis.

quærenda est. Non ignoro quid in principio fuorū problematum scriptum reliquerit Alexander. Eos enim temerè agere affirmavit, qui citimodi questionum, quæ soli Deo notæ sunt, solutiones adferre conantur, neque probabile quidquam dicere de illis possunt. Et apud Platonē in Ioue Socrates diuinam planè dixit magnetis esse virtutem instinctui perhnilē illi; quò à Deo concitantur poetæ. Video tamen tum Platonem & Alexandrum, tum alios plerosque in re tanto perè scitu digna sibi haudquaquam temperasse.

2. Sanè et si à Proclo in lib. de sacrificiis & magia fuerit affirmatum sublimares omnes effectus ad cœlestes causas reuocandos esse: sapientibus tamen nugari videntur Astrologi; dum eam effutunt causam, quòd & magnes & ferrum Martialia sint; Iouialia succinum & palea.

3. Sed nec Platoni assentiri possumus, dum in Timæo non aliam vult in his attractionem esse, quàm corporum motum ex solo aëris pulsū & repulsū profectum. Quæ de re Plutarchus in libro Platoniarum quæst. cap. 6. Nam si ita esset, non in solo ferro, sed in magnete, immò & in quibusvis corporibus idem eueniret. At si ferrum à magnete trahatur, quamnam erit attractio?

4. Auctor est Auicenna in lib. de medicinis cordis cap. 10. non defuisse, qui à magnete dicerent emitti coropra curua. ad modum hamī aut vnicini. Verū rudissimorum hominum hæc fuit existimatio.

5. Inter subtiliores visus est ineptire Cardanus dum Milesium Thaletem, opinor, & antiquiores quosdam sequutus magnetem vitere iactauit; ferrumque ad se velut pabulum trahere: & meritò contra disputauit Scaliger. Neque enim vniū obsecutus lapis: neque ferrum à magnete voratur aut consumitur, neque attractio animæ eorum est, quæ sunt extra corpus, sed alimentum intus susceptum: neque solus magnes trahit, sed & ferrum magnete tactum: neque solum ferrum trahitur, sed alia plura: nec demum magnes modò ferrum, sed ipsiusmet confessione Cardani ferrum quoque interdū magnetē trahit.

6. Itaque quod in 4. lib. de abstinentia ab animalium est visus est existimare Porphyrius magnetē propinquati sibi ferro quandam veluti animam impartiri; ita fuerit accipiendum; vt occulta & latenti virtute mouendo animatum quasi efficere videatur: Quia dum nulla trahens causa conspicitur, moueri à seipso ferrum videtur; perinde ac si animatum esset. Alioquin nec lapis est animatus; neque vt esset, animā ferro dare posset, non enim ea est animæ procreatio.

7. Quid de Platonis dicā, quos in 4. Theologiae Platonice lib. cap. 1. Marfilius Ficinus sequutus est: Illi à mundi anima, quæ per hæc omnia corpora fusa sit, eiusmodi omnes motus fieri voluerunt.

8. Igitur Alexander cum hac de re pluribus disputasset in 2. natur. quæst. lib. cap. 23. non alia tandē quam finis & boni, attractionē posuit. Sic enim disputationē conclusit. Trahit animal nutrimentū & omne concupiscibile & appetibile. Sic & ferrū ad lapidē fertur, non trahentem ipsum vi ad se; sed huius desiderio, quo ipse quidē indiget, habet autē ipsum lapidē. Videtur enim & lapis esse terra, ex qua foditur ferrū, &c. Vnde & illud Scaligeri exercitatione 102. c. 6. ferrū sponte moueri velut ad matricē, cuius intimis principiis perficiatur; vt ad

A centrū terra, ad māmilla catulus, ad beatitudinē anima. At quā sit in his probabilitas? Primum nō video quodnā sit illud tā eximium tamq; præstanti bonū, quo indigeat ferrū, quod ab obscuro potius lapide, quā à præstantissimis, qui terrei itē sunt, mendicare cū tāto labore cogatur. Non intelligo quomodo ferri locus aut matrix sit magnes. Sed apud Galenū potius in 3. lib. de simplic. medic. facul. cap. 25. & Georgiū Agricolā aliosq; scriptores magnetē lego in ferrariis inueniri plerumque fodinis; inq; ferri seobe eū optimè conseruari, res ipsa testatur. Deinde verissimū est Peripateticum illud decretū, genus hoc mistorū inanimorū non nisi ab elemento dominante sponte moueri loco.

B Ex quo cōcludas, non ad magnetē, sed ad terram dūtaxat suapte natura deorsū moueri ferrū. Hæc enim illius matrix, hoc natiū solū. Tū verò cur non nisi ex certa distantia mouetur? Si namque vt ad bonū & finē desideratū moueretur, vnde cūq; sanè moueretur; Cur vnum ferrum magnete illitū aliud statim ferrū trahit? An solo tactu bonitate & perfectionē magnetis ita adeptus est, vt finis, bonū, & matrix euaserit alterius ferri? Sed si vera sunt ea, quæ ex probatis auctorib. certisque experientis antea narrata sunt: si non ferrū modò, sed calybe, argenti, aurum, cuprum, stannum, plumbum, & alia plura ab eo trahuntur lapide; immò vnus lapis ab alio trahitur, & idē lapidem trahit & ferrum, alius à ferro trahitur, ab alio ferrū abigitur, ac demum ferrum à ferro trahitur (sic enim Conciliator testatur differ. 51. ferreū se habuisse cultrū, qui vchemētis, quā magnes traheret) ea omnino verā esse nō possunt.

Præterea sunt alia, quæ trahunt; adamas, succinum, & alia quædam trahunt paleas, pilos, struculos, & os Ieracis seu Milui piscis trahere aurum Simplicius memorat in comm. tex. 82. lib. 8. Physic. Nec tamen hæc eò modo dicuntur trahere.

D Dehique si non externa magnetis vi, sed intimo instinctu tanquam ad optatum bonum properat ferrum; quī sit, vt magneti adamante appposito aut alio illito moueri desinat? Impedientes nimirum hæc motum cohibentes causa. Ferro potius, quā magneti adhibenda essent; si non traheret magnes, sed ad magnetē ferrū accurreret. Neque enim propter adamantis allijue accessum desineret magnes ferri esse bonum, aut finis, aut matrix. Hoc vel vnicū argumentum cuius manifestè potest ostendere aliquam esse magnetis virtutē, quæ in ferrum agat; eamque ab adamantis allijue contraria & repugnante qualitate impediri.

Neq; hoc modo, sed reliqua etiā omnia satis demonstrat minus verè à permultis, solani in hisce corporib. nature similitudinē motus causā prædicari: sed quoniā peruetus opinio fuit, multorūque seculorū quasi cōsensu cōfirmata; operæpretiū fuerit quid in ea tandē probabilitatis insit diligētius examinare & attentius singula pensitare. Nō enim eodē omnes modo suā sententiā exposuerunt. Verū Empedocles & Democritus similitudinē dixerunt, tū atomorū, tametsi magnetis atomi tenuiores & rariōres sint, quā ferreæ; tū meatū vtriusq; corporis: sunt enim, inquit, in vtroq; cōmensurati. Moueri autē ferrū potius ad magnetē, quā cōtrā; quoniā magnetis atomi vt sunt tenuiores, ita facilius in meatu ferri se infinuant, aëremque in illis contentū propellunt & ferri atomos ad motum prouocant. Quare

Os Ieracis seu Milui piscis trahere aurum Simplicius memorat in comm. tex. 82. lib. 8. Physic. Nec tamen hæc eò modo dicuntur trahere. Adamas & succinum trahunt paleas, pilos, struculos, & os Ieracis seu Milui piscis trahere aurum.

9.

propulso aëre ac separato, atomisque à ferro ad magnetem, quæ plura habet inania, libenter tendentibus, ferrum quoque sequitur & ad magnetem mouetur.

10. Epicurus eandem atomorum similitudinem alia quadam ratione præterdit: atomos videlicet vtrinque sibi occurrentes amplecti sese vicissim propter similitudinem, ferrumque propterea quasi viribus iunctis trahere.

Cæterum nihil probabile ab Empedocle & Democrito fuisse dictum demonstrauit Alexander; nihil ab Epicuro, Galenus in primo lib. de nat. facul. cap. 14. Nam si atomorum aut meatuum similitudo adducit motum, cur non item magnes ad ferrum mouetur? Si ferrum atomos & aërem egredientes comitatur, cur non etiam comitatur magnes? Cur cum ab aliis corporibus in ferri meatu emitantur atomi, ad solum magnetem ferrum mouetur? Sane complura sunt alia corpora, quæ similibus consent, tum meatibus, tum atomis; vt aqua & vinum: cur igitur vnum non mouetur ad alterum? Denique adamas & succinum paleas trahunt, festucas, pilos, furculos; & magnes ipse alia plura præter ferrum: cur igitur cum hæc omnia similibus ex illorum sententia constare oporteat, non item sese ipsa vicissim trahunt?

Itaque mirari satis non possum Simplicium & Hieronymum Fracastorium. Quorum alter in comment. 10. lib. 7. Physic. Alexandrum scripsit ita questionem hanc explicasse, vt magnetem affirmauerit aut ferrum trahere; quia estis distet, insita tamen sibi trahendi virtute illud tangit: aut id atomorum effluxione fieri.

12. Alter ita sententiam suam proposuit in cap. 5. & 7. lib. de Sympathia & Antipathia, vt huius effectus causam asserens esse effluxum vtrinque aut insensibilium atomorum aut certe intentionalium specierum, quæ dum coeunt in medio propter naturæ similitudinem vnum quidpiam efficiant, tum inter se, tum cum corporibus, à quibus egressæ sunt: in quo cum partes debitum sibi modum & situm non habeant, nisi ita constringantur, vt illa ipsa corpora coeant, motus consequitur vnius ad alterum: hanc planè Galeni sententiam fuisse asseruit.

Etenim Alexander quidem nequaquam ab externa magnetis vi trahi ferrum, sed sponte ad suum bonum moueri dixit; & Empedoclis Democritique atomos multis modis cofutauit. Galenus verò, quemadmodum & post eum alij plures, communem quidem naturæ legem, qua simile ferè ad simile suum mouetur; hac quoque in re sequutus est in 3. lib. de Simpl. medic. facultatibus cap. 25. & 3. de natur. facul. cap. 15. Sed aduersus Epicuri atomorum effluxum in primo de nat. facul. cap. 14. oratione longa disputauit. Vt Empedocli potius, Democrito & Epicuro, quam Galeno cõsentanea fuerit Fracastorij sententia. Minimè autem veritati. Nã & hoc ostendunt eadem illa omnia argumenta, quæ aduersus alios atomorum assertores proposita sunt: & effectus certi causam adfert incertam maxime ac dubiam, atque tum à Galeno tum ab aliis pluribus nõ concessam. Quam multi enim sunt, qui non dicam atomos, sed ne intentionales quidem species admittant: tum verò vt eam sententiam ponat, aut qualitates accipit elementorum esse substan-

tias, aut substantiam quoque speciem intentionalem mittere: quorum vtrumque secus habere alio loco demonstratur.

Ergo nunc illud verè affirmabitur, solam qualitatis aut naturæ similitudinem nõ trahere. Traheret enim ex quacumque distantia: quoniam eadem vbique similitudo, eadem qualitas & natura. At certum est non nisi ex determinata, imò minima, & ad magnetem ferrum & ad adamantem aut succinum paleas, pilos, & furculos moueri. Deinde non minùs vnum simile ad alterum, quam alterum ad alterum moueretur: non minùs ad magnetem ferrum, quam ad ferrum magnes: nec minùs magnum ferrum, quam paruum; si sola similitudine, non vi externa traheretur. Illud autem verè ratiocinabimur, motum sursum corpori graui contra naturam esse & violentum; neque ab interiori principio, sed exteriori prorsus vi fieri. Atque ferrum esse corpus graue naturæque deorsum impelli, quis nesciat? Quomodo igitur sursum nisi externa vi moueatur? Non enim ad occupandum inane aut alio modo naturæ communi subueniendum mouetur; sicut interdum & grauia sursum & deorsum leuia spontè feruntur; suæ quasi conditionis oblita, vt communi succurrant bono. Præterea quam multa sunt similia & verò etiam magis, quam ferrum & lapis; nec tamen vnum ad aliud mouetur. Cos coti similis est, flex silici, & marmor marmor; nec vnum trahit alterum. Nil terræ similius terra, nil ferro cognatum magis, quam ferrum; magis sanè, quam lapis magnes. Cur igitur terra sursum terram nõ trahit? Cur ferrum ad ferrum potius, quam ad magnetem, non accurrit? Certè verissima semper iudicata fuit Aristotelis illa propositio; Idem quod eodem modo se habeat, aptum semper est idem efficere: si igitur ferrum ab accedente magne te nihil accipiat neque mutetur, cur cum antea quoque magneti simile, non ad magnetem sed ad terram; non sursum, sed deorsum, moueretur: post non ad terram, sed ad magnetem; non deorsum, sed sursum rapitur? Nimirum certa & determinata distantia aut etiam contactus, conditio quidem est ad agendum necessaria, agendi tamen principium non est.

Propterea vetus fuit Diogenis Appolloniatis opinio metalla quidem omnia & ductilia humiditatem aliquam ex sese emitere, sed ferrum plurimum: quam dum magnes, qui raris & sicciore substantiæ est, auidè suscipit, ad se trahat ferrum. In qua verissime Alexander nullam inesse probabilitatem iudicauit. Nam cur quæso non æquè trahitur æs, plumbum & alia plurima, quæ & humorem emittunt, & maiorem permulta, quam ferrum? An non complura sunt alia sicciore & rariore, quam sit magnes ferruginea propemodum naturæ? Cur non trahit sicciore & rarior pumex? Ab actu autem, aut minimo stylo quam emittatur humiditas, quam tam auidè appetat magnes? Maior multò emittitur à maiori ferro; nec tamen illud trahitur. Adamas quoque & succinum simili planè trahunt motu quo magnes: at densissimus adamas est: & tam ipse, quam succinum, res sicciore trahunt; & sicciore multò, quam ipsa sint: pilos inquam

inquam, paleas, furculos, à quibus humiditas nulla. Denique ratione magis contentaneum videretur, vt humiditatis cupidus magis tanquam ad fontem moueretur ad ferrum: præsertim cum ferrum pugnacius sit minusque promptum ad motum.

Ita nimirum de succini attractione in quinto de subtilitate libro philosophatur Cardanus. Habet enim, inquit, humidum pingue & glutinosum, quo emissio res sicca combibere cupiens versus fontem, id est succinum ipsum, mouetur. Verum & illud est corpus solidum, & consistentem habet atque à siccitate terminatam humiditatem, eamque sine conseruationi necessarium. Deinde non potest sola emitti qualitas sine aliqua substantiæ parte: sicut breui consumeretur. Adamas quoque eadem illa corpuscula trahit: à corpore autem densissimo & frigidissimo quæ fluere possit humiditas? Alia sunt multo magis pingua & quæ veram humiditatem emittant: nec tamen ad illa currunt paleæ & reliqua sicca, sicut ad succinum: certoque experimento comperit Scaliger exercit. 104. cap. 12. non sola sicca, sed & lactucæ viridia & humida folia trahi. Neque debuisset statim Cardanus succini attractionem ignis & calidorum attractioni per similem esse dicere. Nam non propter emissam pinguedinem trahunt calida: neque sicca trahit ignis, sed humida magis: neque ad conseruandum & perficiendum, sed ad depascendum & deuorandum. Itaque oppositus potius motus: alter sicci ad humidum, propter salutem & conseruationem: alter humidum ad siccum, propter interitum & absorptionem.

Quid ergo? Nihil hac de re probabile dici potest? Illud vnum mihi videtur tum probabile tum verum: vnamquamque naturalem formam præter absolutam & essentialem perfectionem, quam materiæ adfert, alicuius item operationis principium esse. Est enim efficax natura atque ad agendum prompta: non stolidæ & iners, quemadmodum ars. Itaque aut in eo ipso, in quo est, operatur: & appellatur natura: aut in aliud quidpiam, & dicitur efficiens. Atque ad vtrumque operationis genus exequendum præparatas habet qualitates, optima nimirum instrumenta vterque operandi modus in elementis est & in viuientibus. Elementi namque forma per motricem qualitatem elementum impellit ad suum locum, atque per alteratrices externam afficit materiam sibi que simile gignit. Et anima tum in viuientibus ipsis per suas facultates operatur, tum in exteriorem materiam. In mixtis inanimis vt primum operationis genus necessarium non erat, sic alterum maxime abundauit. Etenim in seipsis operationem aliam, quam motum ad locum, habere non poterant: eamque fieri oportebat ab elemento dominante, ad quod tanquam pars ad totum mouetur. Quapropter eorum formæ eam solum ob causam appellantur naturæ, quod Ens quodpiam naturale constituunt. Operando autem in aliud, non naturæ, sed efficientes causæ nominantur: eorumque virtutes & ad agendum instrumenta principes illæ & simplices non sunt qualitates, calor, frigus, humor, siccitas: quo-

nam ex formarum elementarium virtutes propriæ sunt, sed aliæ quædam secundæ ex illarum temperatione ortæ. Sicut enim ex elementarium substantiarum permixtione substantiæ forma producitur cuiusque horum corporum propria, sic ex qualitatum temperatione secundæ qualitates oriuntur, tum colores, odores, sapores, quibus ea corpora sentiuntur: tum aliæ quædam, quibus operantur, ne otiosæ penitus in natura subsistant. Hanc namque solam ob causam facultates animam comitari existimamus. Vnde illud consequens est, nullum omnino esse corpus mixtum, quod non eiusmodi aliquam sibi propriam virtutem habeat & operationem, quæ admirabilis videri possit: tamen in permixtis nulla fortasse obseruetur. Qualitates hæc à plerisque nominantur occultæ non quod nec mente concipi nec verbis explicari queant, vt Ioannes Fernellius existimat in 2. libro de abditis rerum causis cap. 2. sed quod nullo percipiuntur sensu. Ex operatione tamen & effectu satis cognoscuntur. Alioqui animæ quoque facultates, quæ sensu nullo sed operatione manifestantur, occultas qualitates appellabimus. Quomodo autem hæc qualitates & virtutes operentur, perspicuum est in quibusdam, ex quibus de cæteris faciendum iudicium. Herbarum vires, metalla, & metallica, alterando operari, medicamenta ostendunt omnia, quæ ex illis confecta nostris corporibus adhibentur: & medici consentiunt, & in nobis ipsi experimur: illisque alterationibus illæ ipse ministrant alteratrices quatuor principes qualitates, ex quibus hæc omnia corpora permixta sunt. Itaque eodem modo & adamantem, & succinum, & magnetem trahere credendum est. Tamen hæc alterationes minus nobis manifestæ sint, quod non in nostris quemadmodum priores, sed in alienis corporibus suscipiuntur.

Hæc veterum fuit & grauissimorum auctorum sententia. Etenim vt de magnete potissimum dicam, quem præsertim omnes admirantur: Galenus in secundo lib. de elementis cap. vi. & libro 1. de Natur. facul. cap. 14. & libro de Theriaca ad Pisonem, eodem plane modo eum scripsit trahere ferrum, quo trahunt medicamenta omnia, quæ serpentum venena aut humores noxios & corporibus nostris educunt. Quam medicamentorum tractionem etiam in libro de Natura humana Hippocrates ratione similitudinis fieri significauit, constat tamen qualitatum alteratione perfici. Et idem ipse Galenus affirmavit in 2. lib. de Natur. facul. cap. 3. eiusmodi vim inesse magneti ad trahendum ferrum, qualis inest semini ad trahendum sanguinem menstruum. Et cap. 7. eiusdem libri, & cap. vlt. lib. 3. qualis singulis membris ad trahendum alimentum. Et libro primo de locis affectis cap. vlt. eam esse illi persimilem, quam habent naturalia instrumenta & corporis nostri membra ad perficiendas actiones suas. Atque in lib. 6. eiusdem operis cap. 5. huiusce virtutis efficacitate alterari à magnete ferrum, quemadmodum à torpedine alteratur piscatoris manus.

At pluribus verbis totam hanc questionem,

pertractans Auicenna in loco antea significato, cam operatione ostendit propterea admirabilior rem videri, quod sit rarior: fieri autem a virtute, quae primarum qualitatum temperationem consequitur: sicut calefactio ignis fit a calore: & colores caeteraque similes qualitates secundae ex corporum complexione nascuntur. Themistius autem textum enarrans 82. libri 8. Physicorum, & Simplicius tum eo loco, tum in com. 10. superius citato, magnetem affirmarunt agere in ferrum atque illi vim imperiri, qua ad ipsum moueatur. Et Auerroes (quidquid dicat Ioannes Franciscus Picus in 6. libro illius operis, in quo gentium doctrinam examinat cap. 18.) in com. 10. libri septimi Physic. ea ex parte visus est Alexandrum sequi, qua motum eum dixit alimenti motui similem esse, ferrumque ad magnetem moueri vt perficiatur: sed eam ita interpretari, vt is motus magnopere differat a motu corporis grauis aut leuis ad suum locum; quod hoc ex quacumque distantia perinde mouetur, alimentum autem & ferrum non item: quia non nisi alterata & aliqua qualitate affecta mouentur: illud a viuentem, hoc a magnete. Quam eandem sententiam in com. 35. lib. 8. ostendit argumento, tum succini, quod paleas non trahit nisi calefiat: tum ipsius magnetis, qui affricatus alio non trahit, quod illius temperatio non moueatur atque ab agendo prohibeatur. Idem iudicium fuit Alberti in tex. 10. lib. 7. Physic. & in 2. Mineralium lib. tract. primo cap. primo & tract. 2. cap. 11. & sancti Thomae, Burlai & aliorum complurium. Sunt autem huius rei argumenta per multa: primum, quod magnes non ex quavis distantia trahit, sed tam propinquum duntaxat corpus vt alterari possit. Alterum, quod si affricetur alio, trahere non potest, quod alterans vis impediatur, nec afficiat ferrum vimque mouendi se tribuat. **D** Nam & succinum appositum igni non trahere dicitur, quod calore nimio non solum excitatur virtus, sed etiam absimitur. Tertium, quod vt is attractus fiat, magnete prius necesse est linire ferrum, vt ita mouendi virtus impertiatur. Succinum quoque teritur & fricatur, vt calore partes exteriores rarefiant virtusque prouocetur. Quartum, quod si secus esset, non solum paruum, sed & magnum ferrum moueretur: imo quod maius, eo velocius: vt fit in ijs omnibus, quae ab interiori principio mouentur. At non mouetur nisi per exiguum ferrum: quia qualitas a magnete deriuata paruum corpus mouere potest, magnum non potest.

*Motum hinc attractione non esse.* Ex his omnibus facile intelligas, motum hunc minime attractionem appellandum esse, si accurate loqui velimus. (Nam in hoc motu genere docuit Aristoteles in septimo physice. libro oportere id quod trahit ita simul esse cum eo quod trahitur, vt nullum interea sit corpus medium, atque id quod trahit, simul esse cum eo quod trahitur.) Sed magnetem quidem esse prorsus immobilem, mouere autem ferrum alterationis motu, ferrumque tum a magnete alterari, suscipiendo qualitatem ab ea productam, tum ad magnetem moueri loco. Sicut solim-

**A** mobilis cum sit inferiorem hanc materiam alterat, eaque alteratur & sursum alterata mouetur. Atque hoc est, quod inter corpora graua, & leuia, quae mouentur ad locum, & ferrum quod ad magnetem, interesse docebat Auerroes. Etenim illa sponte absque antecedente alteratione, & ideo ex quocumque loco, mouentur. Hoc non nisi accedente magnetis alteratione: & propterea non nisi ex ea distantia, vnde alterari possit. Prior motus est plane naturalis, & ab interiori insititque principio: posterior tum ab exteriori, tum ab interiori: partimque naturalis, partim non naturalis. Ab exteriori quidem principio & non naturalis est: quatenus non ab insita, sed ab aduentitia forma efficitur. Ab interiori autem & naturalis: quatenus fit per qualitatem & formam inhaerentem sibi. Sic enim de motu quoque halitus sursum loquimur: qui cum caeteris conditionibus, tum ipso nomine per similes huius est, dum vaporem a sole sursum attrahi dicimus: licet improprie & minus vere. Illud tamen discrimen est: quod ideo ascendit halitus, quod calefactus a sole leuis factus est: ferrum propterea ad magnetem mouetur, vt alteratio & magnopere suae naturae conueniens qualitas perficiatur magis. Et ideo per se mouetur alterationis motu ad qualitatem eam & perfectionem: ex accidente autem locali motu, quoniam qualitatem eam & perfectionem absque hoc motu assequi perfecte non potest. Quae causa est, non solum cur ferrum non nisi praesente magnete moueatur, eoque remoto moueri desinat. Verum etiam cur halitus quidem vno duntaxat modo moueatur sursum; ferrum autem & sursum & deorsum & omnem in partem versus magnetem, a quo naturae suae conuenientiam suscipit qualitatem. Quod mirum videri non debet: quia non mouetur tamquam ad loca diuersa & opposita: sed tamquam ad qualitatem & perfectionem, quae eadem semper vbi que est: siue sursum sit, siue deorsum. Hoc enim ex accidenti est: quia corpus, a quo ea accipit qualitatem, sursum est aut deorsum aliove in loco positum. Quare idem per se motus est alterationis ad eandem qualitatem: ex accidenti diuersus aut oppositus, quatenus eum localis motus consequitur. Addeque contactus mouentis & mobilis immediatus virtute, mediatum superposito.

Iam vero quae de motu ferri ad magnetem dicta sunt, de palearum quoque, pilorum, surculorum, & id genus corpusculorum mota ad succinum adamantemve intelligenda sunt: & omnino de similibus alijs operationibus, quae a lapidibus inanimitque corporibus sunt. In quibus plurimas item virtutes inesse non dubito, quae nobis nondum nota sunt nec hactenus obseruatae: omnium tamen eadem est causa, idem principium. Aliae scilicet atque aliae qualitates secundae ex diuersa primarum temperatione ortae velut virtutes & facultates ad agendum singulorum mistorum propriae: quemadmodum qualitates primae in simplicibus, & animae facultates in viuentibus corporibus.

Quocirca si magnes quispiam non ferrum sed alia corpora trahat, diuersa id facti temperatio & qualitas. Si quispiam non trahat

hat ferrum sed fuget : vt de Theamede nar-  
rat Plinius : contraria & hostilis qualitas adest,  
quam alterantem perferens ferrum refu-  
git.

*Altera digressio Pars. Cur magnes  
ad polum conuertat stylum.*

**D**ifficiliorem habere videtur explicatio-  
nem altera illa magnetis operatio, qua  
ferrum ipso affricatum ad polum sese conuer-  
tit.

De qua sanè nihil video dici probabile. Non  
solum si ferrum negetur eò sese conuertere, sed  
à cœli motu agitatam quiescere tandem vbi me-  
lius potest, hoc est secundum polarem lineam.  
Id enim manifestam habet falsitatem. Tum quia  
cœlestis motus nequaquam vsque ad hæc infe-  
riora agitata pertingit; tum quia effectus is com-  
munis esse deberet aliis omnibus rebus : qua-  
rum tamen plurimas videmus quiescere; nul-  
lam autem ita moteri, vt polum semper qua-  
rat atque ad illius aspectum quiescat.

Verùm etiam, siue causa dicatur esse sympa-  
thia inter magnetem & stellam Vrsæ minoris;  
aut aliam, quæ in illa cœlesti plaga versetur: si-  
ue ferre montes aut magnesi, qui sub ea sint  
cœli parte & magnetem ferrum ve trahant. Nam  
quæ tandem sit istæ inter magnetem & stellam  
sympathia? Num substantiæ, an qualitatis? At  
quid commune corruptibili & incorruptibili  
substantiæ? Quæ qualitas communis cœlesti lu-  
ci aut perspicuitati, & obscuritati aut opaci-  
tati magnetis? Ferreos autem illos aut magnesi-  
os montes quibus auctoribus aut testibus osten-  
dunt, nisi chartas nescio quas à se aliquando  
vitas proferant? Quomodo illorum virtus tam  
procul operetur, tamque distitum à se corpus  
trahat aut omnino in illud agat; vel etiam pro-  
pter globi rotunditatem terra vel aqua interpo-  
sita? Siquidem nihilominus per totam ter-  
ram mareque vniuersum conuertit ad polum fer-  
rum, libri omnes navigationum confirmant.  
Aut si agere potest & trahere, cur non maiora  
sed minora duntaxat ferra trahunt? ob magni-  
tudinem enim cum sint vastissimi montes, om-  
ne ferrum attraherent: sicut in Indico mari pe-  
riculosam propterea esse propinquam naviga-  
tionem antea dictum est. In Illa Tyrreni mari  
insula non exiguis idemque optimus mag-  
nes foditur: nec tamen illic nauigantium aut  
appellantium pyxides relicto polo stylum eò di-  
rigunt, nec nisi proximè admoueris, id efficiunt:  
quin potius ferrà eo ipso magnetè illi non il-  
luc, sed ad polum, vt cætera, sese conuertunt.  
Quod si magnes ille minis efficax esse dicitur,  
quod sit in minera; efficaciorum autem fore ex  
minera extractum: idem nos de illis montibus,  
qui sub Boreali polo esse dicuntur poterimus  
affirmare. Et Iuanus magnes extractus cur non  
ad suum magis principium & matricem, quam  
ad polum, dirigit? Denique si vera sunt quæ  
narrantur, magnetem quemdam ad antarcti-  
cum, alium ad arcticum, alium ad orientem,  
alium ad occidentem dirigere: omnino dici  
non possunt in hisce omnibus partibus montes  
illius esse.

**A** Magnopere quidem laudanda mihi videtur  
ingenua & libero homine digna S caligeri in  
exercit. 131. confessio: nos in luce rerum te-  
nu caligare; in mediocri cœcutire, in maiori  
cæcos esse; in maxima insanire; se verò huius  
rei, de qua agimus, causam planè hescire.  
Aliqua tamen hac quoque de re dici posse exi-  
stimo, quæ ab æquo rerum æstimatore, qui non  
eamdem in omnibus certitudinem ac demonst-  
rationem quarat, non negligantur.

Principio certum est res hæc omnes sublu-  
nares à cœlorum aspectu pendere magnopere;  
siquidem vt est in primo Meteor. lib. cap. 2.  
omnis earum virtus inde gubernatur. Pluri-  
mum verò pendet corporum hoc inanimum  
genus, quod efficientem aliam & parentem  
causam non agnoscit. Idcirco non vbi que na-  
scitur, quemadmodum ferè vitentia: sed hu-  
ius hæc terræ pars, illius alia ferax est. Imò  
& in viuientium genere quæ imperfectiora sunt  
& prima, non in omni loco, non dicant vi-  
uunt aut crescunt, sed ne nascuntur quidem.  
In plantis res est manifesta. Et eas plerique  
agricolæ norunt, dum transferuntur, felici-  
tius adolecere multò, si cœlorum idem situs  
& aspectus seruetur, quem primum habue-  
runt: eademque pars orientem spectet: ead-  
em occidentem ac reliquas cœli partes. Si  
incuruentur allurgunt rursum, eriguntque se-  
se ad cœlorum aspectum: si alterius plantæ  
aut corporis vmbra liberum aspectum impe-  
diat, ad alteram partem declinant. Et quædam

sunt, quæ ad solem spontè sese conuertunt, eum-  
que semper intueri velint: vt Heliotropium,  
Tragopogon & ornithogalum. Memorat &  
Selinotropium, quæ ad lunam semper sese con-  
uertat; Proclus in libello de Sacrificio & magia.  
Nempè cuncta præcantur, inquit ille, hym-  
nosque concinunt ad ordinis sui duces. Deni-  
que quod magis mirari possumus, de perfe-  
ctioribus quoque animalibus ita philosopha-  
tus est aliquando Aristoteles. Nam in cap. 28.  
libri 8. de Animalium historia alijsque pluri-  
bus in locis, non aliam, quam terræ, situm cœ-  
lique aspectum, docuit esse causam, cur in qui-  
busdam prouinciis animalia quædam non sint.  
Cum enim tanta sit tamque efficax superiorum  
illorum corporum virtus in inferioribus hisce  
tum gignendis tum conseruandis & admini-  
strandis: neque sit eadem superiorum omnium  
astrorum virtus; neque eadem inferiorum cor-  
porum temperatura, sed singulorum prorsus  
diuersa: sit vt singulis hisce inferioribus sin-  
gula cœlorum virtutes accommodatæ sint eo-  
rumque naturis conuenientes. Et idèò singu-  
la singulis delectantur & ad eas sese conuertunt  
& quoquo modo possunt accurrunt. Homo ma-  
ximè inter omnia viuere vbi que potest, tum

propter temperatam maximè naturam, tum pro-  
pter adiuuenta plurima, quibus arte compa-  
ratis ab externis iniuriis sese tuetur. Itaque quæ  
est causa, cur, & heliotropium ad solem,  
selinotropium ad lunam sese conuertant,  
eadem est, cur non immobilem polum vt  
aliqui crediderunt ( quæ enim inde virtus?  
aut cur non rectè ferrum spectat polum, sed  
lineam facit, quæ non parum à polari decli-

ner?) Sed stellam polo propinquā semper quærat magnes. Etenim illius stelle virtus temperaturæ huius & naturæ conferuandæ cōueniens maximè est, ab eaque plurimū iuuatur & perficitur. Atque vt paucis concludam, eodem modo philosophandum reor de magnetis ad polum conuersione, quo de ferri ad magnetem motu proditum est. Vt enim ad magnetem accurrit ferrum, quod qualitatem suæ naturæ magnopere conuenientem suscipiat: ita & magnes ad polum se se conuertit, qualitatis & virtutis inde deriuatæ sitiens.

Ex quo tandem principio explicare facile licet diuersitatis illius causam, cur vnus magnes trahat ferrum, chalybem alius, alius argentum aut aliud corpus. Cur item vnus magnes trahat alium, aut vnus trahat ferrum, alius abigat. Cur demum vnus ad vnum polum sese conuertat, alius ad alium, aut etiam ad aliam quamcumque partem: tametsi vix ad aliam credo. Totius enim huius diuersitatis causa est, tum naturæ ac temperaturæ magnetis aut ferri aut alterius corporis, tum qualitatis productæ & susceptæ diuersitas. Neque aliud habeo quidquam, quod in obscuro sanè problemate probabilius nunc adferre possim.

*Tertia Digestionis Pars. In lapidibus né  
an in viuentibus maiores virtutes.*

**C**eterum quæ hæcenus commemorata sunt, satis ostendunt manifestè falsam fuisse illorum opinionem, quos in ipso initio secundi libri de mineralibus scribit Albertus nullam in lapidibus inesse virtutē existimasse. Contrà Hieronymus Cardanus non aliquam modò, sed maiorem multò, quàm in animalibus & plantis, esse affirmavit. Cuius rei cùm causam quæreret, triplicem omninò pronuntiauit. Primam, quòd cùm animalia & plantas ad functiones multas parare aptas oporteret, non licuit mitionem adeo temperare, vt vires illas lapidum admirabiles assequerentur. Ideo & inter animalia, vilissima quæque clarioribus virtutibus prædita sunt: vt salamandra, bombyx, cicendula, chamæleon. Et inter lapides, non gemmæ trahunt ferrum, sed obscurus magnes. Alteram, quòd mollior animalium & plantarum materia non poterat vim tantam suscipere. Tertiam, quòd lapidum procreatio longo fit tempore: plantæ & animalia citò absoluuntur. Quamquam plures addat in animalibus inesse vires, aut nobis ignotas, aut à voluntatis arbitrio proficisci existimatas.

Mitto quod in animalibus & bestis voluntatis arbitrium nominet, quòd soluit hominis proprium est: siue à voluntatis arbitrio, siue à sentiente appetitu, siue ab instinctu naturæ proficiscantur; an non animalium propriæ sunt operationes? Et quidem admirabiliores multò, quàm ex omnes sint, quæ in lapidibus visuntur? Sensuum, tum exteriorū, tum interiorū, tam multiplices ac variæ cognitiones & vero etiam humanæ mentis intellectio; incessus in omnem partem cum tanto membrorum apparatu tamque admirabili partium corporis inflexione: ac demum cum ea potestate agrediendi atque intermittendi motum quando libuerit: nutritio ex tanta ciborum varietate tantam partium

*lapidū  
virtu-  
tes.*

*Anima-  
liū vir-  
tutes.*

**A** diuersitatē tot factis mutationibus restans, tot constans attractionibus, iecoris & venarū accretio, procreatio corporisque organici cōformatio: quæ tres postremæ virtutes atque operationes plantis quoque communes sunt: an non meliores sunt & maiorem habent apud sapientes admirationem, quam lapidum virtutes omnes & actiones? Vtrum magis admiratus Galenus est: humanæ corporis fabricationem & singularum partium functionem, an magnetis lapidis attractionem? Posteriorem hanc sanè operationem eam vel maximè ob causam scripsit Auicenna in libro de Medicinis cordis cap. 10. nos plurimum admirari, quòd rara sit: reliquas non item, quòd familiares & antè oculos positæ.

**B** De herbarum porro viribus quàm multa dicuntur ab omnibus? An non illis medicorum penè ars vniuersa nititur, atque ad innumerabilia morborum genera mirabiliter vitur? Animalium quoque corporum & singularum particularum virtutes plurimas, & maximas periti norunt Medici. Vt verè dici possit, si in lapide vna quæpiam sit virtus à propria illius forma administrata, plures multò esse atque admirabiliores in plantis & animalibus: tum ex parte animæ, quæ vt melior est forma, ita plures ac meliores habet facultates: tum verò etiam ex parte corporis, quòd mistum est, quemadmodum lapides sunt: & eterogeneum, hoc est multiplici mitione mitionisque forma constans, quòd lapides non sunt. Quarum formarum vna quæque virtutem aliquam & actionem habet: & quidem meliorem, vt suæ mitionis conditio postulat.

**C** Argutè satis hac de re disputauit Scaliger: multa que ex animalium partibus admirabilia commemorauit. Hoc vnum ego subijciam argumentum ex Peripateticorū decretis sumptum. Fuit illis certissimum semper principium naturæ propter finem aliquem operari quæcumque molitur: finemque qui quæritur, ijs omnibus, quæ sunt, modum ponere. At lapidum corpora homogenea sunt & vnus naturæ: plantarum & animalium eterogenea, & in plurima ac diuersa organa distincta: magisque ea, quæ animalium sunt, quàm quæ plantarum: & rursus ea, quæ animalium perfectiorum, quàm quæ imperfectiorum. Plures igitur atque admirabiliores virtutes in plantis, quàm in lapidibus: plures in animalibus, quàm in plantis: plures denique in animalibus perfectioribus, quàm in imperfectioribus. Illud etiam fuit illis certissimum: formam quamque operandi principium esse, atque pro diuersa formarum conditione materiæque dispositione diuersas operationes esse.

**E** At forma plantæ melior est, quàm forma lapidis (nihil enim anima melius) melior item materia: multò melior animalium, tum anima, tum materia: optima verò vtraque in ijs, quæ perfectissima sunt. Sanè reprehendendus maximè Cardanus esset, si maiores esse contingeret lapidum vires: admirabilioresque salamandra, bombycis & vilissimorum animalculorum: quàm hominis, quem tota miratur natura.

Nulla igitur est prima hominis argumentatio. Quoniam lapidum efficiens causa est Cælum duntaxat

duntaxat à materiæ qualitatibus determinatum, plantarum & animalium, tum cœlum, tum planta & animal, per virtutem tributam semini maior scilicet virtus & multiplex ad multiplicem missionem optimè temperandam. At nunquid bombicis vilissimi vermis & abiectissimorum animalculorum, quorum is tantam virtutem prædicat, meliùs, quàm hominis & perfectissimorum, corpora temperata sint? Numquid melior magnetis obscuri lapidis, quàm pulcherrimi smaragdi, splendidissimi opali aut carbunculi temperatio?

Minùs sapiens altera est argumentatio. Non enim materiæ mollitudinem aut duritatem, sed naturam sequitur operatio. Et magnes, quem ille præ cæteris admiratur, mollior multò est adamante & gemmis penè omnibus: atque odiosus illi tofus alijsque lapides nonnulli molliores magnete sunt.

Quod tertio adiungit loco, lapidum procreationem longinquioris temporis esse, probandum illi fuisse. Nam quispiam verum esse negabit. Siquidem & plantarum quarùdam & arborum semina multo tempore macerantur sub terra & tardissimè adolefcunt, & animalium sætus novem interdù mensibus gestantur multisq; annis perficiuntur & cresunt. Sed quidquid sit; non ex temporis aut operæ diuturnitate, sed ex formæ atque operis perfectione naturæ; genitæ conditione ac gignentis causæ virtute, virtutis atque operationis perfectio ponderanda est. Neque credendù perfectiores & admirabiliores lapides tempore diuturniore crescere; sed ex maiore aut minore causarum efficientium virtute, atque ex materiæ dispositione mensuratur tempus.

TEXTVS.

Διογένης δ' ὄσπερ ἔφησι πῦρ ἀέρα τῶν ἀνδρῶν πατρῶν λαπομαρτέον εἶναι, καὶ ἀρχὴν, καὶ διὰ τῆτο γινώσκοντι τὴν κίνησιν τῶν ζώων. ἢ ἐνδο πρώτον ἐστὶ καὶ ἐν τῶν τῶ ληπτα, γινώσκον. ἢ ἢ λαπομαρτέον, κινητικὸν εἶναι.

Diogenes verò, ut alij quidam, aërem nunc arbitratus tenuissimum omnium esse & principium; & propterea & cognoscere & mouere animam: quia quidem primum est & ex hoc reliquis, cognoscere: quia verò tenuissimum, motuum esse.

COMMENTARIVS LIIII.

**S**olam mouēdi vim consideravit Thales in anima: at Diogenes Apolloniates partem vtramque complexus est, tum motum, tum cognitionem: animamque aërem esse putauit, quòd aërem & corpus omnium tenuissimum & cunctarum rerum principium esse arbitraretur. Et propter similitudinem quidem cognoscere, dum ex aëre cognoscenda omnia constant, & propter tenuitatem mouere posse. Vtræque ratio explicata satis in superioribus fuit, eandem Anaximeni Milesio fuisse sententiam Philoponus memorat. Is enim quoque aërem principium rerum posuit. Certe aliorum Aristoteles præter Diogenem alios quosdam ita sententia, sensisse ait: & in primo Metaph. libro vtrumque

**A** coniunxit, cum & Anaximenem & Diogenem aërem aqua priorem & simplex maxime corpus principium scripsit statuisse. Quare consentaneè principio posito credi potest eos in anima quocunq; natura ponenda conuenisse. Et aperta extat illius oratio apud Plutarchum in 1. lib. de placitis philosophorù cap. 3. Velut anima, inquit, nostra aër cum sit nos continet & tuetur, & mundum vnuerfum spiritus & aër cõplectitur & continet. In finitum. n. aërem cogitasse illù, cuius dẽsatione solùm & rarefactione fierent omnia; rarefactione ignis, dẽsatione ventus primùm, deinde nubes, aqua, & terra: testimonio scimus Simplicij in Cõmentarijs 1. libri Phisic. Cumque aër calidus sit & humidus, nimirum ad procreandù aptissimus videbatur. Et Aristoteles quoque semen suapte conditione calidum & humidum esse, tum alibi scripsit, tum in Probl. 11. sect. 5. seminaque spiritu & aëre fecunda reddi in ca. 3. li. 2. de Animalium ortu. Accedit, quòd promptè suscipit actionem omnem, quauisq; figura facile terminatur: quod primæ materiæ naturam indicare videbatur.

**B** Atqui Philosophus non vnum aliquem, sed alios quosdam cum Diogene sensisse ait. Itaque quod Archelaum quoque Atheniensem Plutarchus memorat, & sanctus Iustinus in oratione parænetica ad gentes in aëre afferendo cum Diogene & Anaximene conuenisse, tum probabilis videbitur, quàm quod S. Augustinus in 8. lib. de Ciuitate Dei ca. 2. Anaxagoræ illi tribuit opinionem: tum ita licebit accipere, vt animam item aërem quemdam esse crediderit. Alios etiam ab alijs recenseri reperies.

TEXTVS.

Καὶ Ἡρακλείτης ὃ τῶν ἀρχῶν εἶναι φησὶ τῶν ζώων, ὅτι ἐν τῶν ἀναθυμιάσων, ἐξ ἧς τ' ἀλλὰ συνίσταται. καὶ ὃ ἀσυνμάλοτατον δὴ καὶ πρῶτον αἶρ' ὃ κατέμεινον κινητικὸν γινώσκοντα. ἐκ κινήσεως δ' εἶναι τὰ ὄντα, κατέκρινεν ἥτο καὶ οἱ πολλοὶ.

At verò Heraclitus principium esse inquit animam: siquidem halitum, ex quo alia consistunt. Etenim incorporeus maximè fluensque semper. Quod autem mouetur, eo, quod mouetur, cognoscere: in motu verò entia esse, & ille putabat & multi.

COMMENTARIVS LIIII.

**M**inùs omninò hũc locũ Heracliticiq; Ephesij sententiam assequutus est S. Thomas, cum eum interpretatus est vaporem inter aërem & aquam medium, tum principium rerũ, tum animam esse voluisse. Quippe apertum extat ipsiusmet Aristotelis testimonium in 1. Metaph. lib. Hippasium Metapontinum & Heraclitum Ephesium ignem fecisse principium primum. Quod ita interpretatus Plutarchus est, vt ex crassissimo igne coacto fieret terra, hęcque ab igne relaxata fieret aqua, atque id, quod inde exhalaret, fieret aër. At dẽsatione potius eos fuisse vsos, qua aër primùm, deindè aqua, terra, ac cætera existerent omnia; auctor Aristoteles est. Neque crassissimum ignem, sed incorporeum maximè semperque fluentem halitum Heraclitum posuisse, hoc loco scribit. Et in textu 13. lib. 1. Metaph.

propterea ignem narrat ceterorum principium A  
fuisse factum, vt minutissimarum partium; tenuissimumque corpus cum sit, congregatione possent omnia ex eo fieri.

Itaque ignem Philoponus ne flammam quidem permittit intelligi: quoniam haec ignis exte-  
perantia est ardensque fumus, vt in tex. 28. posterioris libri de ortu & interitu legimus: sed sic-  
cum halitum, velut calorem spirabilem, vt The-  
mistius loquitur: sanè, ignis calorque fomes anima  
præcipuus est, singulareque ad opera omnia  
instrumentum. Et si calor is igneus non est, calor  
tamen est. Ita occultam animæ naturam voluit  
fortassè Heraclitus ex notioribus ac sensatis indi-  
care, id accipiens, quod illi maximè cognatum  
est. Namque vbi rerum differentia sunt ignota,  
propria licet adferre accidentia.

Ceterum in his Philoponum ratiocinanti si-  
mitem videri ait Simplicius. Non enim clarè dixit  
animam esse ignem siccumve halitum: sed  
duobus quasi principijs acceptis, ignem tenuissi-  
marum esse partium & facile mobilem, dumque  
ipse mouetur, mouere cætera; igneam conclusit  
naturam animæ conuenire, quæ tum totum vi-  
uens corpus permeat, tum illud mouet. Hæc vna  
est ratiocinatio, quæ & animæ naturam concludit  
& motus causam exponit. Altera ad cognitionem  
pertinet; quæ non ex similitudine, vt in  
superioribus; sed ex motu deducitur. Heraclitus  
entia omnia continenter moueri nec in eodem  
vnuquam statu esse, cum Protagora & alijs pluribus  
affirmabat; rursumque cognitionem in contactu  
cognoscentis & cogniti versari. Animam igitur  
vt cognoscat, in continuo necesse est esse  
motu, vt res cognoscendas quasi persequens at-  
tingat. Ita & motum & cognitionem, quæ maxi-  
mè propria sunt animæ, in halitus naturam referens,  
animam esse halitum ostendebat. Quæ enim  
tenuissimum est & permeat, mouendi vim habet:  
quæ verò mobilis maximè attingit res, cognoscere  
eas potest. Motum namque moto cognoscimus.

Quam absurdum sit id, quod dicitur, omnia semper  
moueri nec quidquam vnquam quiescere, non est  
huius loci ostendere. Consultatur sensus; qui statum  
quoque & quietem inesse rebus ostendit, tanquam  
terminum & finem motus; naturamque tum motus  
tum quietis principium existere; imò & motum omnem  
super immobile aliquid & fixum fieri. Nisi propositionis  
illius (motum moto cognoscitur) alia fuerit sententia,  
quam apud Platonem quoque reperies: corporea &  
sensilia, quæ ortui & interitui ac omnino mutationi  
subiacent, opinione cognosci, quæ inconstans item  
& variabilis cognitio est. Virtutem siquidem cognoscentem  
rei cognitæ similem atque affinem esse oportet.

TEXTVS.

Παρατηρούμεν ὅτι τῶν περὶ τῆς ἀλλοίωσης ἔτι καὶ ἰσχυροτέρως  
ἐστὶν περὶ τῆς ἀνάγκης. οὗτοι δὲ αὐτῶν ἀθάνατοι εἶναι, διὰ τὸ  
εὐκρίνα, τίς ἀθάνατος. τῶτο δὲ ἴσως ἐστὶν αὐτῶν, ὡς αὐτῶν  
κινεῖσθαι ὅτι τὰ πάντα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀεὶ, σπ-  
ηλίτω, ἧλιον, ἄστειας ἢ τῶν ἰσογῶν ὄλων.

*Proximè autem his & Alcmaon videtur opinari de anima. At enim immortalem ipsam esse, quod immortalibus similis sit. Hoc verò inesse illi velut semper motu. Moveri autem & diuina omnia continendè semper, lunam, solem, stellas, & Cælum totum.*

COMMENTARIUS LV.

Alcmaonem Crotoniatem Pythagoricum fuisse Philoponus asserit. At Simplicius dubitat. Nam etsi in primo Metaph. lib. cap. 5. Philosophus cum Pythagoricorum de rerum principis opinionem persequitur, eum Pythagoræ iam senioris ætate vixisse commemorat, illius tamen discipulum ac sectatorem fuisse non scribit: & similem quidem illis opinionem habuisse, at non eadem: atque aut hunc ab illis, aut ab hoc illos mutatos eam fuisse.

Proximam hic & similem superioribus de Anima opinionem habuisse dicitur: non quod ex igne aut halitu is quoque constare eam crederet: sed quod ex eodem, ratiocinabatur principio: quod anima continenter moueatur. Ex hoc enim perpetuo motu igneam halitum Heraclitus, & immortalibus, hoc est cælestibus corporibus Alcmaon similem eiusdemque cum illis substantiæ eam esse deduxerunt. Nimirum ex operatione non ineptè ratiocinari vterque fortassè videbitur: at si neque igneo neque cælesti motui similis est animæ motus: ex eo tantum, quod semper moueatur, similis nequaquam natura concluditur.

Verius illud videbitur, animam immortalem esse. Sed neque hoc vniuersè verè est de omni anima, vt ab ipso pronuntiabatur, si modò de omni anima & non de intelligente sola loquebatur. Neque sapienter conclusum. Duplicem namque adferebat causam. Alteram, quia ex cælesti & immortalali corpore constat, Alteram, quia semper mouetur. Illa est per quam falsa: tantumque abest, vt ex cælesti sit corpore, vt omnino corpus non sit. Hæc verò probaretur quidem Platoni, qui eo ipso argumento immortalem esse probauit, quia per se & semper mouetur: cumque tria hæc tribuerit animæ, per se mobile, semper mobile, & immortale; primum omnium est per se mobile, hinc semper mobile, atque ex hoc immortale consequuntur. At parum videtur firma. Nam etsi anima per se multiplicis motus atque operationis principium sit, intermitte tamen persæpè & cessat. Etsi inde immortalitas deducatur, omnis quoque forma fuerit immortalis, quippe omnis est per se alicuius motus atque operationis principium.

Quamquæ credendum non videatur Alcmaonem animam ex cælesti substantia constare voluisse, siquidem corpus per se & ex se moueri non potest, & si cælum ab anima moueatur prior cælesti est animæ substantia. Sed cælestibus similem dixit continenti & perpetuo motu, non substantia. Non inquam quod aut cælesti aut simili corpore constet, sed quod semper mobilis sit vt cælum.

Videtur tamen Philosophus in horum sententijs commemorandis sensum & quasi per gradus ascendisse, atque ab inferioribus ad superiora nos eleuasse, ab aqua ad aërè, ab aërè ad ignè igneum-

ve halitum, atque ab hoc demum & omnino ab elementari inferiorique regione ad caelestem & superiorem. Porro solum motum non cognitionem, in anima consideravit. Alcmaeon; & Aristoteles antea ita partitus est, vt ex motu aliqui, alij ex cognitione, alij demum ex utroque ad naturam animae ducerentur.

TEXTVS.

τῶν ἰσορροπιῶν ἐν ἑσθρῶν τῶν ἀποφθιμένων, καὶ ἀποφθιμένων ἰσσοῦν. περὶ δὲ τῆς ἐξ ἑσθρῶν ἐκ τῆς γῆς, ἐπὶ πάντων ἰσορροπιῶν. ἢ ἢ ἐκ τῆς γῆς τῆς αἵμα φάσκοντος τῶν ἰσορροπιῶν, ἐπὶ τῆς γῆς ἢ αἵμα. τῶν τῶν δὲ αἵμα τῶν ἀποφθιμένων ἰσορροπιῶν.

Ex rudiorebus vero & aquam enuntiarunt nonnulli; quemadmodum Hippon. Persuaderi autem visi sunt ex genitura; quod omnium humida. Etenim refellit sanguinem dicentes animam, quod genitura non sanguis. Hanc vero esse primam animam.

COMMENTARIUS LVI.

**V**ocem illam ( ἰσορροπιῶν ) cum interpret Themistij, tum alij ita accipiunt, vt grauem & importunam magis Hipponis opinionem significet; quod aquam inferius & grauius elementum animam esse censeret. Ego rudiorem interpretatus sum (deridendam magis legit Auerroes) quod Aristotelem videam in 1. Metaph. libro Philosophum huc scripsisse nequaquam esse propter intellectus simplicitatem cum Thalete & grauioribus adnumerandum.

Atheus Hippon.

Tres impietatis gradus Platoni.

Quod si causam queras, curnam simplicior ac rudiore fuerit appellatus; multiplicem respondebit Philoponus. Primam, quae maximè fuit Simplicio quoque probata; quod Atheus is fuit & impius homo: nec rerum omnium causam vlli rei praeterquam aquae tribuebat. Nimia siquidem simplicitas ac ruditas est primam illam ac supremam causam non agnoscere, quae vniuersa natura tam apertis ac sonoris vocibus praedicat. Siue igitur Deos negaret esse, siue rerum humanarum curam illos habere, siue demum placari facile sacrificijs, quae ac precibus conciliari diceret; si non Atheus, impius certè fuit: hos enim tres impietatis gradus posuit in 10. de legibus Plato. Alteram; quia nihil planè diceret, quod animae conueniret, sed solam auditoribus perturbationem adferret. Tertiam; quod materialem nimis de anima pronuntiaret sententiam, quae non solum cognitionis, sed ne motus quidem causam exponeret. Neque enim facile mobilis est aqua, vt de aëre & igne inquietabant alij; neque item motiua, imò ad patiendum magis, quam ad agendum, comparata: cum anima contra agere potius, quam pati competat.

At illa fortasse verisimilior fuerit: quod is cum Thaletis esset discipulus & sectator, ruditer nimis opinionem illius accepit. Thales namque principium quidem rerum posuit aquam, at corporum duntaxat non animam: neque animam voluit esse corpus, sed vim mouentem corpora. Hippo & corpus & aquam esse illam credidit, vniuersaeque aquam rerum omnium principium existere.

**A** At cum animae operationes omnes calore perficiantur, quid ineptum magis ac rude dici potest, quam elementum primò frigidum animam esse: Tantum abest, vt ita fit, vt aequo potius frigidò obruatur & extingatur anima.

Nec magis, quam opinio, acutum argumentum fuit. Genitura, inquit ille, ex qua formantur & gignuntur animalia, humida nimirum est, quemadmodum & aqua; anima igitur est aqua; Quasi verò humidum aliud elementum praeter aquam non sit: quippe aër humidus est & primò humidus. Et ex genitura non corpus potius formaretur, quam anima.

**B** Denique rudis quoque est illa confutatio, qua animam non esse sanguinem ostendebat: genitura non est sanguis; sed genitura est prima anima; anima igitur non est sanguis. Nam utraq; propositio est falsa. Imò animalium genitura nil aliud est, quam sanguis non nihil mutatus, dum ex sanguine tota & spiritu, qui pars sanguinis tenuissima est, cogitur. Neque genitura est anima, sed formandi corporis materia: in qua virtus item continetur aut animae procreandae, aut disponendae certè materia. Quam ob causam alibi Aristoteles potestatem solum, non actu animatam prodidit genituram esse: ex qua si exhalet contentus in ea spiritus, qui vitae principium est, humida quidem remanet genitura, sed nullum vitae principium subest.

TEXTVS.

Ἐπεὶ δὲ αἷμα, καὶ ἀποφθιμένων, τῶν ἀποφθιμένων τῶν ἰσορροπιῶν ἰσορροπιῶν. τῶν δὲ ἰσορροπιῶν τῶν ἰσορροπιῶν.

**D** Alij autem sanguinem, vt Critias, sentire animam famularissimum opinantes. Hoc verò inesse propter sanguinis naturam.

COMMENTARIUS LVII.

**Q**uod confutauit Hippon, animam non esse sanguinè, probatum Critia plurimum fuit; tanta est ingeniorum ac iudiciorum diuersitas. Ex sensu autem argumentum duxit, quem animae maximè proprium esse iudicauit. Quippè sensum animalibus beneficio sanguinis inelle inquietabat; & si quae corporis partes sanguine carent, sensus item omnis expertes sunt: vt ossa, dentes, vngues, pili, cartilagine; adde & cerebrum Aristotelis calculo.

13. Critia sententia.

At verè obijciunt Themistius ac Philoponus nervos sentire plurimum nec tamen sanguine praeditos esse. Animalia item exanguia sentiunt tactaque contrahunt sese ac refugiunt. Habent igitur animam: dumque sanguine carent, manifestè ostendunt animam non esse sanguinem. Quod autem Philoponus non omnes nervos, sed aliquos, sentire ait, verum non est. Omnes quippè sentiunt; & si aliqui mouendo potius, alij sentiendo sunt destinati.

Nervos sentire.

Porro quis hic Critias fuerit, nū vnus è triginta tyrannorum numero, Socratis auditor, qui forsasse Platonis dialogo de Prisci mundi historia

nomen dedit, an alter quispiam sophista, Simpli-  
cius ac Philoponus dubitant. Nos nihil mora-  
mur. Certè Tyrannus nihil scripsisse dicitur, nisi  
carmina de Republica: Sophista verò lata volu-  
mina. Testis est Alexander: quæque commemo-  
rantur verba, *Αἷμα δὲ μερικῶς δὴν ἀνθρώποις ἐστὶ νόημα,*  
græcum est carmen, quod Tyranni scripturam  
redolet.

TEXTVS.

*Πάντα δὲ τὰ στοιχεῖα κεῖται εἰληθεῖ, πᾶσι τῆς γῆς  
πάντα δὲ εἰσὶ ἀποπεφραγμένα, πᾶσι δὲ τῆς ἀνθρώπων  
ἐκ πάντων εἶναι τῶν στοιχείων, ἢ πάντα.*

*Omnia namque elementa indidem nata sunt, præter  
terram. Hanc enim nullus pronuntiavit, nisi quis eam di-  
xerit ex omnibus elementis esse aut omnia.*

COMMENTARIUS LVIII.

**H**ætenus veterum Philosophorum de ani-  
mæ natura sententias commemoravit.  
Quarum confutationem non prius aggreditur,  
quàm duo circa illas obseruet. Alterum est, reli-  
qua sanè elementa iudicem aliquem nata esse,  
hoc est aliquem habuisse, qui ea rerum princi-  
pium aut animatorum animam esse iudicaret iu-  
dicem, inquit Philoponus, pro præfide iudican-  
te & vnumquodque ipsorum ponente principium  
esse fuisse positum. Nam aquam aliqui, alij, æ-  
rem, ignem alij nominarunt. At nullus terram  
proposuit. Quod si de rerum principio accipias,  
de posterioribus solum philosophis naturalibus  
dictum fuisse intelliges ex tex. 14. lib. 1. Metaph.  
Nemo, inquit, posteriorum, qui vnum ponebant,  
terram elementum existimauerat, propter par-  
tium magnitudinem. Cum enim densatione ac  
rarefactione progigni cuncta opinarentur, crassis-  
simum illud & densissimum corpus ineptum ad  
hoc esse animaduertuerunt. Ex antiquioribus ta-  
men Theologis Hesiodus primum omnium cor-  
pus velut caterorum principium esse dixit, &  
vulgus credidit. Sed & de Pherecyde Syro Gale-  
nus, sextus Empyricus, Sanctus Epiphanius &  
alij, hoc ipsum memorant, deque Archelao idem  
Epiphanius, ac demum de Xenophane Colopho-  
nio Theodoretus in 2. lib. contra gentes & in lib.  
de Materia & mundo, vt Ioannes quoque Fran-  
ciscus Picus in opere, quo gentium doctrinam  
examinat, obseruauit.

*Terra  
an ulli  
veterum  
prin-  
cipium.*

*Animæ  
cur nul-  
lus veterum  
dixerit.*

Sin autem interpreteris de anima, vniuerse de  
omnibus dictum intelliges. Nullum enim solam  
terram legimus dixisse animam esse. Quid ita?  
Duplicem Simplicius rationem breui oratione  
complexitur: quod crassissimum, inquit, sit cor-  
pus atque omnino quasi immobile. Nam si vni-  
uersum spectes, immobile prorsus in ima sede  
manet: si in partes diuidas, ægrè illa ipsæ & cum  
difficultate remouentur. Tertiam ego ex philo-  
sopho colligam. Hoc enim inter omnes conue-  
nisse statim subijciet, vt tribus animam defini-  
rent, motu, sensu, incorporeo: horum nullum in  
terra reperias. Quin ea & immobilis semper hæ-  
ret in medio mundi, & crassissima est maximèque

**A** corporea, ac demum quæcunque multum habet  
terra, omni destituuntur sensu. Propterea si qui-  
dem ossa, neruos, pilos, in animalium corporibus  
nihil sentire dicuntur in tex. 79. adde & cartilagi-  
nes: & omnino in tex. 94. lib. 2. duri carne inepti  
mète, quòque durior, eò hebetior sensus: & plan-  
ta in tex. 124. negabuntur sentire, quoniam pro-  
pter excessum terræ mediocritatem non ha-  
bent.

Propterea nulli prorsus venit in mentem ani-  
mam cogitare puram esse ac synceram terram. Si  
quis tamen putauit esse ex elementis omnibus  
compositam aut elementa omnia simul sumpta,  
vt Empedocles, is nimirum terram quòque in  
animæ substantia posuit. Neque fuisse illi diffici-  
le inter animam & corpus distinguere, licet am-  
bo ex elementis eisdemque principijs content  
facile quibus intelligat, etsi minime obseruasset  
Philoponus. Vt enim nos ipsi ex alia atque alia  
eorundem elementorù temperatione alia atque  
alia plurimumque inter se diuersa corpora fieri  
dicimus, ita & ille diuersam elementorum pro-  
portionem ac permissionem corporis atque ani-  
mæ diuersitatem, vel vt ille loquebatur, concre-  
tionem & discretionem adferre opinabatur. Hanc  
enim ob causam Philosophus noster cum animam  
dixisset ex omnibus elementis esse, quasi oratio-  
nem corrigens adiunxit, aut omnia. Quoniam ex  
omnibus elementis significare videtur fieri for-  
mam ac naturam ab elementis diuersam, quæ  
post illorù refractionem ac permissionem accedit.  
Quod illi nequaquam sentiebant, qui concrecio-  
ne sola & discretionem elementorù consistare singula,  
nec aliud quidquam esse, quàm elementa pla-  
ntegra simul sumpta & coalita, hocque aut alio  
modo affecta putabant: quemadmodum in 1. de  
ortu & interitu libro declaratur.

D

TEXTVS.

*Ὅληται δὲ πάντες τῶν ζωῶν τρεῖς, ὡς ἔστιν, ἄνευ  
αἰσθησῶν, τῆ ἀπομάτητος, τῶν δὲ ἔκγονον ἀσχηδὸν ἀπὸς τῶν  
ἀρρεῶν.*

*Definiunt autem omnes animam tribus, prope dicitur  
vim, motu, sensu, incorporeo. Horum porro vnumquodque  
reduci ad principia.*

COMMENTARIUS LIX.

**A**lterum, quod circa hæc veterum opinio-  
nes obseruat Philosophus, quamdam velut  
illarum summam continet. Summa verò est, quod  
animam omnes tribus definiunt, hoc est in illius  
natura definienda tria præsertim considerat, mo-  
tum, sensum, incorporeum.

Sanè in tex. 19. opiniones eas commemoratu-  
rus duo solum nominauit, motu & sensum: deinceps  
que ex motu quosdam, alios ex sensu, alios  
demum ex vtroque simul naturam animæ quæsi-  
uisse dixit. At nec sine causa eo loco accipere se  
professus est ea duntaxat, quæ maximè inesse ipsi  
videntur secundum naturam. Hæc enim duo illa  
sunt. Incorporeum non item, sed ex illis potius  
precedenti sermone deductum est, & vt Philo-  
ponus

ponus loquitur, quasi ex enumeratis opinionibus emersum atque inuentum; in illudque eos vel inuitos incurrit ille ait Themistius vt & facile mobilis anima esset, & corpus totum facillimè permearet; et si & motus & sensus corpoream potius naturam indicarent.

*Incorporeum uel corpus quid.*  
 Incorporeum tamen haud propriè nunc nominatur, quod omni prorsus caret corpore; sed quod tenuissimum est, quomodo aërem quoque veteres illi incorporeum appellabant, vt in tex. 40. lib. 4. Physic. legimus. Aut etiam incorporeum nunc adiecit, vt ad veram animæ nostræ incorporeitatem præpararet, veteresque etiam illos ostenderet tanquã in fomnio, vt cum Themistio dicam, uidisse animam incorpoream esse oportere.

Horum porrò vnumquodque reducitur ad principia. Magis enim consona oratio fuerit magisque constabit sententia, si emèdetur hic locus neq; ἀνάγκη, sed ἀνάγκη legatur. Quamquã et si ἀνάγκη legeris, sententia fuerit, duo veteres definiuisse, tùm tria inesse anime, tùm tria illa ad principia reduci, quæ illorum vnusquisque constituit.

Quæ verba siuè cum Simplicio interpreteris, quodlibet eorum inesse animæ quatenus cum principijs cognationem habet: siuè cum Philopono, talem esse animam, quoniam è talibus principijs est: siuè cum sancto Thoma, hæc tria principijs conuenire: siuè cum Themistio, propter hæc tria animam in principia fuisse relata: siuè demùm cum Aueroe, vnumquodque horum triũ induxisse illos vt animam ex principijs esse opinarentur: non multum morabor. Eodem enim collimant omnia, vt hæc tria ex principijs, quibus anima constat, pendere velint; principiaque causam esse cur anima moueat, cur sentiat, cur incorporea sit. Et si Themistius & Aueroes appertioribus vtantur verbis: poteritque hæc instrui ratiocinatio. Anima tria omnino inesse videntur, motus, sensus, incorporeum: atque hæc principiorum conditiones sunt: nam quia principia sunt, vim habent cognoscendi omnia; & quia simplicia, tùm incorporea sunt, hoc est tenuissima, tùm maximè motiua. Anima igitur ex principijs constat, indèque motum, sensum, & incorporeum habet.

Verum vt hæc cum superioribus consent, ne ita accipias, quasi omnes omnia illa tria in anima cõsiderasse dixerit: sed ex illis interpreteris, quosdam omnia, quosdam aliqua spectasse. Quosdam inquam solum motum, alios motum & incorporeum, alios vnicum sensum, alios sensum & motum, quosdam denique sensum, motum, & incorporeum. Neque tamen propterea dicat Philoponus additum fuisse illud (propè dixerim) vt diuisim id, quod dicebat, accipiendum esse significaret. Alia namque potior fuit causa: vel quod illa essent summa quasi capita; particulares autem animæ rationes plures: vel quod verè non omnes tria illa spectassent; vt Anaxagoras, qui intellectum impermissum & ab his omnibus alienum fecit; & Plato, cum Harmonicis proportionibus composuit animam; sed plerique, tantundemque verba illa valent, ac plerique, seu ferè.

TEXTVS.

Δὶδὲ δὲ οἱ τῶν γινώσκων ἐπιβουνοὶ αὐτῶν, ἢ σοφῶν, ἢ ἐκ τῶν σοφῶν κείνοι, λέγοντες περὶ πλείους ἀλλήλους, πλείους ἴσως. φασὶ γὰρ γινώσκουσι ἃ τὸ ὅμοιον τῶν ὁμοίων. ἐπιβουνοὶ δὲ τῶν ἡρώδων πάντα γινώσκουσι αὐτῶν ἐκ τῶν αὐτῶν τῶν ἀσφῶν.

Quare qui cognitione desinunt ipsam, aut elementum aut ex elementis faciunt; dicentes similiter inter se, excepto vno. Inquirunt enim cognoscit simile simili. Quoniam namque anima cognoscit omnia, constituit ipsam ex omnibus principijs.

COMMENTARIVS LX.

**E**xemplo ostendit id, quod dixerat, tria illa reduci ad principia; motum inquam, sensum, & incorporeum. Exemplum autem est ex sensu. Nam qui sensus præsertim rationem habuerunt, vt quisque vnum vel plura principia posuit (principia enim nunc elementa vocat) sic aut principium illud aut ex principijs animam esse dixit, vt cognoscere omnia possit. Simile namque simili cognosci voluerunt: quare cum cognoscat omnia, necesse est omnium illam similitudines cõtinere: cõtinet autem cum ex omnium principijs constat. De motu idem dixeris. Quippè ignem aut aërem aut halitum aquamve animam esse cogitarunt; quòd elementa hæc ad motum prompta & expedita esse viderent, facileque & moueri & mouere. Ac demum quia quod facile mouetur ipsum & cætera facile mouet, tenue & quasi incorporeum esse oportet, in tenui & incorporeo elemento naturam animæ posuerunt.

**V**num solum à communi hac existimatione excipit, quem statim Anaxagorã nominabit. Quoniam is intellectum, quo vt anima vtēbatur, quæ admodum in superioribus dictum est, non ex elementis compositum, sed impermissum, purum, & ab elementis ac principijs omnibus partibusque simularibus liberum & absolutum posuit, tanquam efficientem causam & mouentem subiectam sibi elementarem materiam, similes partes: & has quidem inter se permisceri dixit, illum verò impermissum manere. Verùm de his & antea fatis dictum est, & consequenti oratione adhuc dicetur.

TEXTVS.

Ὅσοι ἐσὶ τῶν μίαν πρὸς λέξασιν αὐτῶν, ἢ σοφῶν ἢ ἐκ τῶν σοφῶν ἢ πλείους ἀλλήλους, οἱ δὲ πλείους λέγοντες τὰς ἀρχάς, ἢ τῶν σοφῶν πλείους λέξασιν. Ἀναξαγόρας δὲ μόνος ἀπαθὴ φύσιν εἶναι τὴν νῦν, ἢ κοινὴν οὐδὲν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἔχειν. πάντες δὲ ἂν πᾶσι γινώσκουσι, ἢ διὰ τῶν ἀπίων, ὅτι ἐκείνος εἰρήκεν, οὗτ' ἐκ τῶν εἰρημένων κενεῖς ἔσονται.

Tex. 34. Quicumque igitur unam quampiam dicunt causam & elementum unum, & animam unum ponunt; velut ignem aut aërem. Plura vero dicentes principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras autem solus imparibilem inquit esse mentem & commune nihil cum villo aliorum habere. Talis autem cum sit, quomodo cognoscatur & quam ob causam; nequa ille dixit, neque ex dictis percipiendum est.

COMMENTARIUS LXI.

**A**perta satis hæc oratio est, nec multo labore indiget. Planius eloquitur id, quod antea item in tex. 29. horum Philosophorum unum quemque dixerat consequenter & de principijs & de anima fuisse loquutum. Sed ibi tum de qualitate, tum de numero principiorum dixerat, hæc solum de numero. De numero inquam principiorum, ex quibus constaret anima: non de numero animarum, ut Auerroes credidit. Quorsum id enim? Omninoque explicat illud, quod proxime dixit, omnes vno excepto aut elementum aut ex elementis fecisse animam. Nam quod ad ceteros attinet, ut unam vel plura principia quisque posuerat; sic unum illud vel plura dicebat esse animam. Nec minor de anima, quam de principijs, inter illos quaestio.

Quod autem ad illum unum; exponit primum quis ille fuerit, deinde quid à ceteris discreparet, tum qua in re sit reprehendendus. Anaxagoras is fuit, qui cum ceteri ex elementis & communibus aliarum omnium rerum principijs constare animam quoque yellent; mentem, qua utebatur ut anima, meliori natura esse intellexit; imparibilemque; quod ex communibus principijs non constaret, nilque cum ceteris commune haberet. Quare cum animam ceteri minus proprie imò sola voce incorporam facerent; proprie is & re ipsa incorporam affirmavit, ceu à corporibus omnibus abiunctam nilque cum illis commune habentem. Quod tantum abest ut Aristoteles reprehendat; ut alijs in locis maxime probet; quemadmodum in tex. 37. lib. 8. Physic. Anaxagoras, inquit, recte dicit mentem imparibilem & impermistam esse. Et tex. 4. lib. 3. huius operis, Necesse est, cum omnia intelligat, non mistam esse, ut Anaxagoras inquit, ut dominetur. Quod reprehendit, illud est; quod cum ceteri cognitionis rationem exponerent naturæ similitudinem, ipse nullam commemoravit, neque commemorare potuit; si cognitio propter similitudinem sit: quippe diversæ prorsus naturæ & nihil cum ceteris commune habentem mentem & animam posuit.

Porro dum animam is intellectum nominavit, intelligentem nimirum & cognoscentem fecit. Cumque similes partes moueret, eas omnino cognoscere debuit. Sed cognitionis modum non explicavit. Explicare alij conati sunt, sed minus felici successu. Nam cognitio quidem similitudinem habet cognoscentis & cogniti: at ea non est similitudo naturæ, quæ cognitionem antecedit, quemadmodum veteres illi crediderunt: verum quæ consequatur cognoscendoque acquiratur, dum anima cognoscendarum omnium rerum

*Vt cognitio similitudine constet.*

**A** formis spoliata, eas omnes cognoscendo suscipit, locumque formarum euadit, & fit omnia, ut oportuniore loco pluribus cum Aristotele perloquemur. Et Anaxagoras quidem, qui antecedentem naturæ similitudinem non admisit, ita fortasse sensit, cum alius cognitionis modus non apparet: sed nec exposuit ipse, nec ex eius dictis & rationibus colligi potest.

Quod autem cum inquit Auerroes non docuisse quomodo intellectus intelligat omnia an quatenus est actu, an quatenus potestate; parum omnino prudenter dictum est. Si quidem is aperte loquebatur, intellectum nihil habere cum ceteris rebus commune, hoc est nullam habere instam sibi rerum intelligendarum formam; nihilque esse actu eorum, quæ sunt, antequam intelligat, vti in tex. 5. lib. 3. loquetur Aristoteles.

TEXTVS.

*Ὅτι δὲ ἕνα τὸ ἀνεκίνητον καὶ αἰετὸν ἐστὶν ἡ ψυχή, καὶ τὸ πᾶν ἐκ τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἐκείνην εἶναι πηθεῖσθαι. διὸ καὶ τὸ πᾶν ἐκείνην ἀνεκίνητον, οἷον τὸ θερμὸν καὶ τὸ κρύον, ἐπὶ δὲ τὸ πᾶν καὶ τὸ ἕν ἐστιν ἀνεκίνητον. οἷον τὸ ἕν καὶ τὸ πᾶν ἀνεκίνητον καὶ τὸ πᾶν ἐκείνην εἶναι, καὶ λέγεται ἀνεκίνητον, τὸ ὅτι ἐν τῇ ψυχῇ ἀνεκίνητον ἐστὶν, καὶ τὸ πᾶν ἐκείνην εἶναι πηθεῖσθαι.*

Quotquot verò contrarietates faciunt in principijs, & animam ex contrarijs constituunt. At qui alterum contrariorum, ut calidum aut frigidum aut quidpiam eiusmodi aliud; & animam similibus horum esse ponunt. Quare & nomina sequuntur: alij quidem calidum inquit, quod propterea viuere nominatum est. Alij verò frigidum ob respirationem & refrigerationem vocati animam. Quæ igitur tradita sunt de anima, & quas ob causas ita dicunt, hæc sunt.

COMMENTARIUS LXII.

**Q**uod agrestis erat, persequitur atque abloquit. Id autem erat, ostendere quomodo vnusquisque consequenter & de principijs & de anima loquutus fuisset. Cumque de numero dixerit principiorum, nunc de qualitate quoque subiungit. Omnino enim talem faciebant animam, qualia principia possuissent. Nam Empedocles & quicumque contraria fecere principia, calidum & frigidum, humidum & siccum consentaneè animam ex contrarijs constare dixerunt: Qui verò alterum solum contrariorum, velut calidum aut frigidum, Heraclitus ignem, Hippon aquam; itidem & senserunt de Anima, omnesque principiorum vel principijs qualitatem animæ tribuerunt. Et illi quidem, qui priorem habere sententiam quomodo anima cognoscat omnia, facile exponebant, igne ignem, aqua aquam, & vnoquoque simili simile cognosci. At posteriores hi fortasse explicare non poterant, si cognitionem similitudine fieri consenserunt. Si namque solo calido elemento anima constat, quomodo cognoscat frigida? Et si solo frigido, quomodo calida? Et omnino si vnico contrario, quomodo suū contrariū compre-

comprehendat? Nam quod ait Simplicius contrariorum eandem esse scientiam; hoc ipsum est quod quaeritur, quomodo fieri posset ut contrarium vtrumque comprehendat, si cognoscens & cogniti necessaria similitudo sit. Quare aut cognitionis modum exponere illi non potuerunt, aut vnum contrarium ex altero cognosci voluerunt. Quod nil aliud est, quam cognosci ex accidenti & ratiocinationis vsu, quae nullum in bestiis & in irrationali anima locum habet.

Quod autem addit (quare & nomina sequuntur) ad posteriores solos pertinet, qui alterum duntaxat contrarium principium dixerunt aut animam esse: duobusque modis licet exponere. Aut eos ex sua quemque sententia rationem nominis reddidisse; aut ex nomine argumentum quaesisse ad suam sententiam comprobendam. Etenim qui calidum posuerunt, *ἄπο τοῦ θερμοῦ*, id est viucere, quod est feruere, dictum fuisse inquebant à calido; quasi anima calidum quidpiam sit & feruor. Qui verò frigidum, *ἄπο τοῦ ψυχροῦ*, animam *ἀπο τοῦ ψυχροῦ*, id est à frigido nominatam, ideoque frigidum quidpiam & aquam esse quod respiratione perenni, euentatione, ac refrigeratione sustentetur, dum prohibetur ne immoderatus cordis calor frigidum & aquam animae naturam absumat. Socrates quoque apud Platonem in Cratylo animam dictam fuisse, *ἄπο τοῦ ψυχροῦ* affirmavit, quod in corpore quidpiam sit *ἀπο τοῦ ψυχροῦ*, id est refrigerans ipsum, quo refrigerante cessante pereat corpus & moriatur. Vniuersam tandem hanc veterum sententiarum commemorationem concludit.

GENERALIS DISPUTATIO  
aduersus eos, qui motu animam definiunt.

CAPVT III.

Veterum sententias haecenus commemoratas expendit deinceps Philosophus & confutat: quam verè tertiam huius libri partem esse ait Auerroes. Tria verò praesertim fuisse dictum est, quae illi agnouerunt in anima; eam inquam principium esse motus, principium esse cognitionis, & esse incorpoream tenuissimamque substantiam. Motus tamen & cognitio potissimum tribuebantur illi: nam tertium propterea consequi videbatur, quod eiusmodi natura tenuis promptior ad motum sit faciliusque subeat & peruadat corpora: quam ob causam ignem aut aërem animam esse eorum aliqui affirmarunt. Quod si absolute diceretur de anima; non solum de rationali, quae incorporea prorsus est & spiritalis, sed & de ceteris verum esset: quippe conditione sua neque corpora sunt neque propriam sibi quantitatem habent, ut nec reliquae formae; sed & magis, quam illae, eluatae sunt à materia: sentiens praesertim, quae cognoscendi vi materialia omnia & corporea ad immaterialitatem quandam & incorporeitatem traducit, dum absque vlla mole in cognoscente cognita formae suscipiuntur. At peccarunt in eo, quod non absolute incorpoream esse animam pronuntiarunt, sed tenuissimum

quodpiam corpus. Aristoteles autem hoc tertio capite praetermissio, quod in disputatione non erat praecipuum; priora duo, motum & cognitionem, persequitur. Primumque vniuersè aduersus eos disputat, qui ex motu animam definiunt. Deinde Platonem seorsim ac Democritum aggreditur, qui animam primò mouere seipsam, deinde impellere corpus inquebant. Tum contra eos agit, qui harmoniam qualitatum esse voluerant. Post dubitationem exponit quandam, quae per se moueri animam probari videbatur. Mox ad Xenocratem sese conuertit, qui numerum esse mouentem seipsum dixerat. Inde transit ad eos, qui cognitionem spectantes ex elementis eam composuerant. Ac demum de animae partibilitate ac diffusione per corporum partes differit.

Digestio VII. An & quatenus Anima moueatur.

IN quibus illud statim intelligas, haud propterea philosophos hosce reprehendi, quod mouendi & cognoscendi vim agnouissent in anima; sed quod non satis sapienter philosophati de illis essent: motam eam inquebant mouere, maximeque mobili constare corpore, ut facile moueatur: aut ex rerum omnium componi principijs, ut cognoscat omnes. Atque quod ad rationes attinet, quibus eos aggreditur; sanè illas fatentur interpretes non omnino firmas esse ac necessarias, si per se considerentur accurataque demonstrationis trutina pensitentur: satis tamen eos urge-re, qui ita opinarentur, atque ad homines adferri ab Aristotele ex ijs, quae concedebantur ab illis.

Ergo cum animam omnino non moueri probare incipit, aduersus Platonem institui disputationem Philoponus & Simplicius & Themistius arbitrantur: longaque Philoponus oratione digreditur, ut eos ostendat non tam re, quam uocibus dissentire. Namque in 3. Physic. lib. Aristoteles quoque motum definiuit esse actum eius, quod est potestate, quatenus potestate; hoc est progressionem & viam à potestate ad actum. Idemque ipse in 3. huius operis libro animam affirmabit potestate esse ad res omnes intelligendas, actumque fieri intelligendo: & esse tabellae persimilem, in qua scriptum sit nihil, sed quid vis scribi possit. Nimirum dum ab huiusmodi potestate progreditur ad actum anima, mouebitur. Eademque anima ex vitio ad virtutem mutatur & rursus ex virtute ad vitium, quae velut priuatio & habitus sunt. Tum verò motus imperfectum actum significat, qui ad perfectionem tendit: & anima dum ab ignorantia ad scientiam, & à propositionibus ad Conclusionem progreditur, ab imperfecto ad perfectum tendit; mouetur ergo. Ad extremum ubi prius est & posterius, necesse est esse tempus; & ubi est tempus, oportet esse motum, ut in 4. Physic. demonstratur: at in anima prius est & posterius, dum non omnia simul, sed vnum post alterum, & principia prius, post conclusionem intelligit, priusquam vitium habet aut ignorantiam, posterius virtutem vel scientiam; igitur in ea quoque tempus est & motus: etsi haec non synonymè, sed omonymè in anima dixeris nominati.

Aristotelem quoque moueri animam concessisse.

Vt non nisi vocibus Platonem atque Aristotelem dissenfisse conficiant Philoponus atque Simplicius; Et Aristotelem quidem probare voluisse animam non moueri vilo illorum motuum, qui veri sunt, naturales, corporei, & omnibus notis: quibus plerique Platonis audientes aut legentes verba cogitare potuissent illam moueri.

*Plato moueri animam dixerit.*

Platonem autem cum incorpoream fecisset animam, optime vidisse non posse illam motibus hisce moueri, qualitate, quantitate, loco; sed intelligentibus quibusdam alijs maximeque vitalibus, quibus ab ignorantia progreditur ad scientiam cognitionibusque ceteris exornatur; aut semper, vel etiam per quietem & somnum, viuificat corpus; & ideo semper mouetur.

Quamobrem in his, quae de motu Aristoteles disputat, non tam contra Platonem agere credi posset, quam contra ceteros, qui & corpoream animam & corporeo motu mouentem fecerant. Nam de corporeis solis & naturalibus motibus eum fuisse loquutum, ex pluribus locis licet colligere. Quippe in tex. 36. ea citat, quae de motu in libris Physic. tradita fuerant: in quibus certum est de his duntaxat motibus fuisse dictum. Et in tex. 37. horum exempla proponit & in tex. 38. eorumdem species commemorat, lationem, alterationem, accretionem, decretionem. Et in eodem & consequenti textu accipit, quidquid mouetur esse in loco; animamque si moueatur in loco esse: locus autem corporearum rerum est proprius. Accedit motus diuisio in naturalem & violentum in tex. 40. quam constat esse motus eiusdem generis entium. Addit & loca, ad quae mouentur corpora, & in quibus quiescunt. Argumentatur etiam ex motu sursum & deorsum in eodem textu: & ex motu, quo mouetur corpus in tex. 41. & ex motu ab altero & pulsio in tex. 42. alijsque compluribus, quae corporeorum planè sunt motuum. Atque his animam ostendit moueri per se non posse; sed si moueatur, ex accidenti moueri corpore moto.

*Anima ex accidenti moueri.*

Quod & is admittit, & propositio illa confirmat in 2. Topic. libro cap. 3. motus nobis necesse est & quae in nobis sunt, omnia simul moueri; & illud in tex. 51. lib. 8. Physic. quia corpus mutat locum, & id quod existit in corpore: & ideo id, quod primum animalia mouet ad totius motum ex accidenti mouetur. Fieri namque non potest, quin dum totum mutat locum, partes quoque illius, tum quae integritatis sunt, tum quae essentiae, & accidentia, ac demum quidquid continetur in illo, simul cum illo mutet. Anima igitur vt per se non est in loco, sed ratione corporis; ita licet per se non moueatur, moto tamen corpore, quo continetur, moueatur necesse est. Consentiantque interpretes omnes, tum hoc loco, tum in commentarijs 8. libri Physic. & Alexander in 1. lib. de Anima cap. 6. & 2. lib. Natur. quaest. cap. 2. & 10. Namque si vegetatam & sentientem animas materiales spectes; vt elementi mistive inanimati forma ex accidenti mouetur totius motu, quoniam alligata est illi materia ab eaque pendet: ita & animas haec moueri necesse est, siue loco, siue qualitate aut quantitate; cum materiaque tum nouarum partium productione augeri, quarundamque subtractione minui. De ortu autem & interitu certum est omnibus oriri eas & interire

A cum corpore.

Maior est de intelligente difficultas; quòd ab ortu atque interitu immunis ea sit: cumque non extendatur cum corpore neque pendeat à materia, immobilis prorsus, tum per se, tum ex accidenti, esse videtur; quemadmodum de motricibus caelestium orbium mentibus in 8. Physic. lib. Aristoteles demonstrauit. Sanè ita iudicauit Antonius Bernardus in 21. li. Euerfionis singularis certaminis: eam inquam nec per se nec ex accidenti moueri cum corpore, in quo est; semper tamen esse vbi corpus est. Eo enim modo illi adest in omni loco, quo spiritalia entia alicui existenti in loco praesentia sunt, etsi nec per se nec ex accidenti moueantur: quoniam cum non sint permixta cum corpore, non perinde ac materialia entia trahuntur. Quare vt caelestis mens motrix modò est in oriente, modò in occidente aliave caeli parte, in qua fuerit stella quae ab immota illa mouetur; sic homo modò est hinc, modò ibi; nec tamen vilo modo mouetur illius anima. Quocirca propositiorem illam, Motus nobis mouentur omnia quae sunt in nobis, ita interpretatur in 31. lib. sect. 6. vt de illis intelligatur, quorum essentia pendet à nobis: cuius generis non est anima nostra independens & abstracta. Nam & caelestes mentes etsi in corporibus illis sint, cum illis tamen non mouentur, quòd ab illis earum essentia non pendeat.

Verùm dum ita hic Auctor loquitur, tum ceteris omnibus aduerfatur; tum Aristotelis qui animam omnem ac praesertim intelligentem de qua maxime Plato & ceteri loquebantur, ex accidenti moueri concedunt. Esto namque, à materia non pendeat, formans tamen illius forma est humaneque essentiae pars; non igitur potest totus homo moueri, quin omnes illius partes moueantur. Et si anima, vt essentialis forma, coniuncta cum corpore est; nequaquam mouebitur corpus, quin secum trahat animam, propter essentialem & mutuum nexu. Neque caelestes obiecit nobis mentes. Non enim sunt motorum orbium essentialis & formantes formae; sed mouèdo solum assistunt, abstractae prorsus, per se subsistentes penitusque immobiles. Orbes quoque illos in eodem semper loco manere circaque idem centrum volui, Magnus Albertus monet. At quid Albertum memoro? Audi quid Alexander & Philoponus loquantur. Eorum alter in commentario 2. li. 5. Metaph. qui à Latinis sextus numeratur, exponens in caelo non solum motum, sed & quietem esse; circa idè, inquit, còuerti neq; locu mutare, id ipsum quiescere est. Itaque immobiliter mouetur; & cum mirabiliter moueatur, quiescit. Haec Alexander. Philoponus autè in Còmentario ad tex. 19. li. 1. huius operis, Motus quoque circularis statio est, quia propriu semper locum tenet. Imò Aristotelis quoque sunt illa verba in tex. 76. li. 8. Physic. Mouetur & quiescit quodammodo sphaera: eundem. n. occupat locu. Atqui animaliu corpora transferuntur tota ex vno in alium locum. Itaque motrix caelorum mens potiori iure dici potest immobilis, quòd in eodem semper maneat loco; quam anima nostra, quae licet ex accidenti, vere tamen mutat locu. Imò ex iam allegato Topic. loco argumentum sumas. Sermo enim Philolopho est cum illis, qui ponebant in nobis ideas velut nostri species & formas: quibus eas obijcit simul & immobiles futuras,

faturas, ipsorum scilicet positione, & motum in nostrorum corporum motu; quia motis nobis, quae cunctae in nobis sunt, mouentur. Atqui non maior cum nostris corporibus allerebatur esse illarum idearum nexus, quam sit intelligentis animae; imò minor cogitari debet; quippe ea integrè ac perfectè substantia assereretur esse. Constituiturque argumentum alter ille 8. Physic. locus, in quo de animalibus vniuersè & idè etiam de homine loquens, ad inuestigandam substantiam diuinarum mentium penitus abstractam, propositionem eam posuit; si corpus locum mutet mutare quoque id, quod est in corpore, quodque primum animalia mouet.

Iam si de alterationis & accretionis motu instituatür disputatio; nae inimpobis prorsus fuerit anima nostra. Neque enim per se neque ex accidenti calefcit aut refrigeratur, aliave afficitur qualitate. Quoniam huiusmodi omnes qualitates ex materia educuntur, totamque ab ea vim suam habent; neque ad rem vllam quae materialis non sit aut à materia pendeat, deriuari queunt. Eandem ob causam neque in quantitate mutatur, neque maior aut minor efficitur. Quoniam tota vis quantitatis in extensione versatur; ipsa impartibilis est & inextensa, quia immaterialis & incorporea.

*Tria in anima nostra consideranda.*

Ergo vt paucis concludam, tria in hoc genere anima spectabis; primum, impartibilem & spiritalem eam esse; alterum, esse formam corporis essentialiter illi vnitam; Tertium, essentia tamen minime ab illo pendente. Quia impartibilis est & spiritalis, per se nullo motu moueri potest. Quod enim per se mouetur, partibile corpus esse, demonstratur in tex. 32. lib. 6. Physic. & ceterae item anima, quoniam ex accidenti ratione materiae, non per se, partibiles sunt; non per se, sed ex accidenti, corporis motu mouentur. Cum tamen impartibile quoque ex accidenti moueatur; vt puncta & huiusmodi cetera motu corporis quanti, in quo insunt; intelligens item anima ex accidenti loco mouetur, velut forma essentialiter cum corpore quanto mobilique iugata. At quoniam impermissam habet essentiam minimeque ab eo pendente; qualitatibus & quantitate, quae in eo suscipiuntur, nullo afficitur modo, neque alteratione accretioneue mouetur. Sed iam Aristotelis aduersus veteres illos argumentationes audiamus.

TEXTVS.

Ἐποικίλιον ὃ ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ κινῆται. ἴσως δὲ ἔμῳ λέγεσθαι ἐστὶ τὸ πῶς ἔσαν αὐτοῦ παύσιμα εἶναι, οἷον φασὶν εἰ κίνησις εἶναι τῶν ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ κινῆται, ὃ δὲ διακινῶνται κινῆται, ἀλλ' ἔν τῳ πῶς ἀκίνητων τὸ ἰσθμῶν αὐτῶν κινῶνται. ἐπὶ ἰσθμῶν οὐκ ἀναγκαστὸν τὸ κινῶν, ἀλλ' αὐτὸ κινῆσαι, ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ.

*Tex. 36. Considerandum autem primum quidem de motu. Fortasse namque non solum falsum est substantiam ipsius rationale esse, qualem inquirunt, qui animam dicunt esse quod seipsum mouet aut quod mouere potest: sed vnum quidpiam ex impossibilibus, inesse ipsi motum. Quod dicitur non necessarium, quod mouet & ipsum moueri, prius dictum est.*

COMMENTARIVS LXIII.

**C**VM in tres quasi classes veterum sententias partitus esset; vnam eorum, qui ex motu; alteram, qui ex sensu; postremam eorum, qui ex vtroque philosophati fuerant: quemadmodum primò loco eam proposuit quae nitebatur motu; sic æquum erat, vt ab hac examinis & confutationis principium esset. Propterea primum de motu considerandum proponit; hoc est eorum sententias examinandas, qui motum sequuti de anima natura pronuntiauerant. Plurimumque contra hos est illius labor: paucioribus cognitionis caput tractat; ac tertium, quo motus & cognitio coniungebantur, penitus prætèrmitte; quòd si ex horum neutro definienda sit anima, multò minus fuerit ex vtroque.

*Anima motu definitur non nisi.*

Ergo tantum abesse inquit, vt anima sit id, quod seipsum mouet; vt non solum id sit falsum, sed (fortasse inquit, quia id nondum probauerat) prorsus impossibile sit inesse ipsi motum. Quibus verbis mouere illam non negat esseque principium motus: à quana enim alia virtute moueantur animalia? Et in 2. libro eam definit id, quo primum viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus. Sed moueri per se esseque motus subiectum: hoc enim est, inesse ipsi motum. Neque etiam negat eam ex accidenti moueri moto corpore: sed moueri per se ac primum; vt inquebant illi, qui eam affirmabant debere mouere seipsum vt moueat corpus, proptereaque mouere corpus, quia seipsam mouet. Hoc enim est, quod additur (aut quod mouere potest) quia scilicet est quod seipsum mouet; alioqui non motura corpus. Aut adiungitur illud, vt omnes comprehendat eos, qui de anima ita senserant, peculiaremque respiciat Platonis locum. Nam vt vniuersè in tex. 20. quosdam dixerat animam pronuntiasse esse τὸ κινῶν, ita nunc vniuersè respiciens omnes eandem primum repetit vocem; deindè Platonem fortasse indicans adiungit ( ἢ τὸ διωκόμενον κινῶν ) sic enim in 10. lib. de legibus loquutus fuerat Plato. Aliamne, inquit, habemus anima definitionem, quam hanc? τὴν διωκόμενον αὐτῶν ἐστὶν τὸ κινῶν κινῶν. Denique cum hæc sententia Platonicum ceteris esset communis, dici potest Philosophum ceteris illum adiungere voluisse; duoque illius indicasse loca & diuersum de anima loquendi modum. Quippe in Phædro vocauerat illam τὸ αὐτὸ κινῶν, & in altero loco τὸ διωκόμενον κινῶν.

**D** qui de anima ita senserant, peculiaremque respiciat Platonis locum. Nam vt vniuersè in tex. 20. quosdam dixerat animam pronuntiasse esse τὸ κινῶν, ita nunc vniuersè respiciens omnes eandem primum repetit vocem; deindè Platonem fortasse indicans adiungit ( ἢ τὸ διωκόμενον κινῶν ) sic enim in 10. lib. de legibus loquutus fuerat Plato. Aliamne, inquit, habemus anima definitionem, quam hanc? τὴν διωκόμενον αὐτῶν ἐστὶν τὸ κινῶν κινῶν. Denique cum hæc sententia Platonicum ceteris esset communis, dici potest Philosophum ceteris illum adiungere voluisse; duoque illius indicasse loca & diuersum de anima loquendi modum. Quippe in Phædro vocauerat illam τὸ αὐτὸ κινῶν, & in altero loco τὸ διωκόμενον κινῶν.

**E** iam quot argumentis aduersus hanc sententiam vtatur, non satis fortasse conuenit. Nam S. Thomas alijque nonnulli sex duntaxat numerarunt: neque id quod statim adiungit, necessarium non esse quidquid aliud mouet & ipsum moueri, argumentationem vllam continere, sed hypotheseim quamdam ex ijs accepta, quae in 8. physic. lib. fuerant antea demonstrata. Videtur tamen optima esse argumetatio aduersus eos, qui animam propterea dicerent mouere seipsam, quòd nihil possit mouere aliud, nisi moueatur ipsum: neque immaterialia admitterent entia præter corporea.

*Argumentum.*

Quæ omnia summo compendio confutari videntur tota illa disputatione allegata, qua Philosophus demonstravit aliquid esse mouens immobile, illudque immateriale & incorporeum. Ac rursum in ijs, quæ mouentur, nihil posse mouere seipsum primò; sed quidquid mouetur, ab alio moueri: partemque habere mouentem distinctam à parte mota: atque in animalibus quoque, quæ maximè videntur à seipsis moteri, partem huiusmodi esse; siue cor sit, siue anima; à corpore moto distinctam. Demonstrationes inde petantur, ne nimis in longum commentarius excrescat. His verò demonstratis conficitur necessariò, non posse animam seipsam primò mouere: cumque distinctis non constet partibus, minimè in ea posse partem mouentem, & partem motam reperi. Itaque eam totam esse partem mouentem; quæ ex accidenti, vt iam dictum est, moueatur.

Posset quispiam fortàsè respondere, animam ab illis positam fuisse ignem eiusmodi aliud compositum, in quo pars mouens & pars mota, forma & materia, leparari possunt; vt Aristoteles quoque fatebitur. At non ita loquuti essent ijs, qui materiam nondum cognouerant, vt ex i. Physic. lib. perspicuum est: ignemque & simile aliud corpus principium substantia: & idèò ortum & compositionem substantialem negabant. Sed & animam asserbant primò & per totum mouere seipsam. Denique prima hac argumentatione visus est præsertim Philosophus impugnare rationem, qua ducebantur illi, vt animam crederent mouere seipsam; quòd alioqui non posset mouere corpus. Hoc autem impugnatur, quia demonstratum alibi est quodpiam esse mouens immobile: quòd omne quod mouetur, moueatur ab alio; neque in hoc progredi liceat in infinitum, si motus omninò futurus sit: sed aliquid erit mouens, quod ab alio non moueatur. Quòd si à seipso moueri dicatur, aut totum mouet & mouetur, aut vna parte mouet, & alia mouetur: totum mouere & totum moueri non potest, quoniam mouet quod est actu, moueturque quod potestate resque eadem simul & eiusdem comparatione actu & potestate nequit esse: quod si vna parte mouere, altera moueri dicatur; aliquid igitur est, quod mouet & non mouetur. Hæc omnia breuitate summa Philosophus argumentatione prima comprehendit.

Porrò si Platonem dicat Simplicius per se mobilem animam appellasse, vt eius naturam ostenderet ex partibili & impartibili constantem atque inter extrema mediam: & mobilem quidem inferiorem eius partem, per se verò immobilem superiorem, hoc est intelligentem; illudque irrationalem, hoc rationalem significasse: quidpiam dicit peculiare Platonis; cum tamen non is solus, sed alij plures ita loquuti essent. Sed & Platonis argumentum suadere secus videtur. Quippe in Phædro animam per se mobilem esse concludit, quoniam à seipsa mouetur, habetque insitam sibi vitam. Quod. n. à seipso mouetur; semper mouetur, quia nunquã seipsum deserit. Quæ tamen probatio tota hoc solum ostendit, quòd Aristoteles fatebitur; animam per se & in se mouendi vim habere; qua nimirum corpus per se, seipsam verò ex accidenti moueat. Quamquã & de alio quopiam genere motus loquutum fuisse Plato-

nem, antea significauit.

TEXTVS.

Διχως δ̄ κινείται παντός ἢ ὅ καὶ ἔπρεον, ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ καὶ ἔπρεον ὁ λόγος, ὅσα κινείται τὰ ἐκ κινήσεως ἴσως, οἷον πλατῆρες. ἢ ὅ ὅμοιος κινείται τὸ πλοῖον. τὸ μὲν γὰρ καὶ αὐτὸ κινείται, ὃ δ̄ τὸ ἐκ κινήσεως ἴσως. δὲλοι δ̄ ἐστὶ τὸ μωείων. οἷα ἐστὶ ἢ ἐστὶ κινείται, ποδὶς βάσει. αὐτὸ δ̄ ἀνθρώπων. ἐκ ὑπέρχει ὁ τοῦ πλατῆρος ὄντος.

Duobus autem modis cum moueantur omnia, aut enim per aliud, aut per se. Per aliud verò dicimus, quæcumque mouentur eo quòd in re mota sint; vt nauis. Etenim non similiter mouentur ac nauis. Quoniam hac mouetur per se, illi verò, quòd in illa mota sint. Manifestum autem in partibus. Proprius namque est motus pedum in grege iussusque verò & hominum. Non inest autem tunc nauis.

COMMENTARIVS LXIV.

**H**ypothesis quædam in his continetur ad argumentationem alteram instruendam necessaria. Ex qua perspicuum erit quomodo moueri animam neget, & rursum quomodo fateatur: idque præfert, quòd in tex. 19. pollicitus est accepturum se, si quid bene à veteribus fuisset dictum; repudiaturum autem, quæ non bene. Accipit enim moueri animam; at non per se, verum ex accidenti; vt concludit in tex. 39. Duplicem igitur motus acceptione distinguit. Nam quidquid mouetur, aut per se mouetur, aut per aliud; hoc quæ ex accidenti moueri dicimus. Per se mouetur illa, quæ proprium sibi habent motum: ex accidenti verò seu per aliud, quæ alterius motum sequuntur. Sanè dum mouetur nauis, mouetur & nauis; non tamen eodem modo: sed nauis per se, quia proprius illius est is motus; naua verò & quicumque continentur nauis, ex accidenti; quoniam etsi proprium nullum & peculiarem habeant motum, sed partibus quiescant omnibus aut etiam dormiant; nauis tamen mota mouentur, & cum ea progredientes in aqua iter suum conficiunt. Hoc nimirum est argumentum ex partibus, quòd Philosophus adducit, vt nauam ostendat ex accidenti, non per se moueri. Cum enim per se mouetur, partibus suis & membris mouetur, pedibus incedendo, vt homines ceteri: atque hic est proprius ipsius motus vt Homo est. At is motus tunc cessat: non igitur per se mouetur.

Quo loco adnotarunt Simplicius & Philoponus concessisse Philosophum animam ex accidenti moueri; eo scilicet motu, quo corpus, in quo est, mouetur; at non per seipsam. Porrò Themistius, Philoponus, & post eos Auertoes, ea quæ per aliud seu ex accidenti mouentur, dupliciter faciunt generis. Quædam eiusmodi sunt, vt proprium alium habeant motum, aut certe habere possunt; vt naua nutritionem, accretionem, alterationem, incessum: alia nec habeant nec habere possunt; vt albedo, nigredo, & accidentia cætera, quæ in corpore quolibet continètur. Anima ad posterius hoc genus pertinet; non quòd accidentis sit (est. n. substantiæ forma) sed quòd nullius per se motus capax existat, & vt Aristoteles paulò antè loque-

loquebatur, vnum quidpiam ex impossibilibus sit inesse ipsi motum. Itaque hoc quidem perfimilis natura est anima, quod vt nata, sic anima eam tenus mouentur, quatenus impellunt & mouent id, in quo sunt: neque enim ille nauim, neque hac corpus deserunt dum mouent; quin potius opertantur in illis. At hoc differt, quod naua prater nauis motum habet alium sibi proprium, quo per se vel extra nauim moueri potest; anima non habet. Accidentibus similis hac ex parte est; at ab illis ideo diuersa, quod principium est & causa motus in corpore, quo ipsa quoque mouetur; accidentia nullo modo sui motus existunt causa.

Iam prater eum motum, qui dicitur esse per aliud, quia in eo est, quod mouetur alius item est, quo per aliud moueri dicitur id, quod per partem sui mouetur. Hunc alibi significatum pretermisit nunc Aristoteles, quod anima conuenire minime videbatur, neque argumentationi suae futurus erat vsui. Quod si motum pedum obijcias, quem is proprium & per se dixit esse: respondendum est, duobus modis pedes moueri posse, aut progrediendo, aut alio quouis modo: vt si quemadmodum sedens aut cubans manum vel caput moues, ita & pedem moueas. Si posteriore moueantur modo, non per se; sed ex accidenti moueri totus homo dicitur, quia per vnam tantum partem mouetur. Priore autem per se; quonia dum incedunt pedes, totum corpus portant, totusque homo mouetur, & pars ea homini toti mouendo dicata est. Ita id accipio, quod Philoponus dixit, pedes sine conspiratione & concordia totius corporis non moueri: hoc est non solos ipsos, sed simul per illos quasi instrumenta totum corpus per se moueri.

Motus partium duplex.

TEXTVS.

Διπλῶς ἢ κεραιῶν ἢ κινῆσαι, γὰρ ἐπισημασμένον τῶν ποδῶν, ἢ καὶ ἀντὶ τῶν κινήσεων, καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν, καὶ ἐπὶ τῶν κινήσεων, καὶ ἐπὶ τῶν ποδῶν, καὶ ἐπὶ τῶν κινήσεων.

Tex. 3. Duobus igitur modis cum dicitur moueri, nunc de animo consideramus, num per se moueatur particepsque sit motus. Quatuor vero existentibus motibus, latrone, alteratione, decretionem, accretione.

COMMENTARIUS LXV.

Generalem Hypothesin ad rem presentem primum contrahit. Si enim quidquid mouetur, aut per se mouetur aut per aliud (quod iam ex accidenti moueri nominat) animam quoque necesse est altero horum modo moueri. Deinde Hypothesin aliam accipit, antequam de priori constituat. Quatuor autem ponit esse species motus.

Sane apud Aristotelem tum reperias κίνησις, tum μεταβολή; tum inquam motum, tum mutationem: vnde illud lib. 3. Physic. exordium. Quoniam natura principium quidem est motus & mutationis. Quae voces tantundem interdum valent, proque eodem vsurpantur; & absque discrimine visus est idem ipse Philosophus in opere illo vsque ad quintum librum vsurpasse; quare in tex.

Motus Compositio ut differant.

A 97. lib. 4. aperte dixit; Nihil autem referat in presentia dicere motum aut mutationem. In quinto autem lib. ita distinxit, vt mutatio aut in substantia versetur, aut in accidentium genere momentanea sit, vt ex tex. quoque 23, lib. 1. conijcias. Motus vero vel in quantitate, qualitate, & vbi consideretur; vel cum tempore fiat & successione. Illa inter contradicentia vel priuanti versetur, hic inter contraria. Nam si vim ipsam vocum perpendas, facile videbis, quoquo modo distingui, vel etiam cum absque distinctione vsurpantur. Quippe motus id videtur esse, quod quieti opponitur & statui, velut progressio & habitus priuationi oppositus: mouerique illud dicitur, quod non sistit, sed progreditur ulterius. At mutatio variationem quandam & transitum ex vno in aliud significat. Etsi motus adindefinitam semper mutationem habet: quia si mouetur & non sistit, profecto mutatur & ex vno ad aliud transit. At non contra; quoniam subito mutari quidpiam potest. Ita latius mutatio patet, quam motus.

Mutatio igitur, vt variationem solam significat, duo duntaxat videtur intoluere: quorum alterum sunt duo termini, a quorum vno mutetur ad alterum: deinde aliquid tanquam subiectum, quod ab vno termino ad alterum transeat, mutaturque dicitur. Quare si de mutatione vniuersè queras, siue ea per se siue ex accidenti, siue subito siue cum tempore & successione fiat; tot illius species sunt, quot entis. In quolibet enim entis genere quoquo modo fieri variatio potest. Quod etiam Theophrastus sensit apud Simplicium in commentario 20. lib. 5. & idem ipse Simplicius Eudemum, Alexandrum, & Theophrastum sequutus in commentario 5. lib. 3. ad omnes categorias scripsit esse motum. Quin Aristoteles quoque in tex. 5. lib. 3. motus, inquit, & mutationis species tot sunt, quot entis: & tex. 6. lib. 5. quae ex accidenti est mutatio, in omnibus est, & semper, & omnium: & rursum tex. 10. & 12. ad relationem, actionem, & passionem fatetur esse motum ex accidenti. Iam mutatio per se vniuersa tum subita, tum temporanea, non nisi quadruplicis generis esse definitur in tex. 6. libri 3. substantiae ortus & interitus, qualitatis alteratio, quantitatis accretio & decretio, vbi demum latio.

Mutationis notio & species.

Denique motus proprie dicti qui a mutatione distinguitur, tres tantum species esse concluditur in tex. 18. lib. 5. in qualitate, quantitate, & vbi. Quorum si rationem queras, ea perlegas, quae in quinto libro copiose satis disputantur.

Motus species.

Ego vero duos quasi distinguam gradus. Primus erit illius motus, qui & per se intenditur a natura, & ab alio nullo antecedente motu aut mutatione pendet. Hic tum in qualitate reperitur, tum in vbi. Nec tamen in vniuerso qualitatum genere, sed in principibus illis, quae per se agendi vim habent. Calefactione siquidem & per se quaeritur calor, & propria caloris actione tractus fit a frigore ad calorem; neque alia opus est mutatione, ex qua sequatur calor. In ceteris qualitatibus, quae secunde vocantur, mutatio est, quam per se natura procurat; at ea supponit aliam principum illarum mutationem. Mutatio etiam loci ita fit virtute propria ad motum talem determinata; vt ab alio motu

Motus duogradus.

Cur ad  
vbi potius  
quā  
ad locū  
dicatur  
esse mo-  
tus.

vel mutatione non pendat: & in 8. Phisic. lib. lo-  
calem motum ostenditur esse omnium primum,  
quoniam ab alio nullo pendet atque ab eo pen-  
dent ceteri. Nam alteratio quoque, quæ intrin-  
secè à nullo pendet, extrinsecè aut à cælesti pen-  
det motu, aut agentis & patientis coniunctio-  
ne indiget. Hancque mutationem per se natura  
procurat, vt naturalis loci acquisitione optimè  
habeant singula diuissimèque conferuentur. Di-  
citur tamen esse motus ad vbi potius, quā ad  
locum, quoniam locus forinsecus est neque mo-  
bili inhaerens acquiritur: vbi intrinsecum est & in  
ipso consideratur, eadēque mutatione tum ac-  
quiritur forinsecus locus, tum intrinsecum vbi;  
quod nil aliud, quā corpus esse in loco, signifi-  
cat. Et alteratio quidem intrinsecum solum  
habet terminum, formam in alterato corpore  
inherentem: quoniam actione fit forma, quæ  
similem sibi producendi vim habet. At localis  
motus primum acquirit extrinsecum termi-  
num, ambientem locum; quia motrix virtus  
similem sibi formam procreare non valet; sed  
actum solum secundum promere, quo mouet &  
transfert corpus. Quo fit, vt si moueat in pleno,  
ex vno in alium locum transferat, nouisque ambi-  
ens acquiritur locus, ex quo in contento & lo-  
cato corpore consequatur vbi velut secundus ter-  
minus eiusdem motus.

Tam verò alter gradus est illius motus, qui etfi  
per se à natura quaratur, alium tamen anteceden-  
tem consequitur motum. Sanè duos illos iam  
propositos, alterum in qualitate, alterum in vbi,  
ceteri omnes consequuntur: Alterationem enim  
in qualitate comitantur, tum substantiæ muta-  
tio, ortus atque in teritus; tum quantitatis, accre-  
tio & decretio. Quippe cum nec substantia nec  
quantitas insitam sibi agendi vim habeant, necesse  
est qualitatum actionem sequantur, & si de  
motibus quoque qui ex accidenti fiunt, dicen-  
dum sit; indè etiam mutatio fit in relatione, muta-  
to scilicet fundamēto, quod aut quātitas est aut  
qualitas aut actio & passio; mutationēque quali-  
tatum mutatur. Motum autem in vbi mutatio  
sequitur Situs & Habitus; quoniam hæc locali  
acquiruntur motu. Interdum etiam Relationis,  
vt dextri & sinistri, distantia, & similibus, quæ re-  
lationem significant. In actione & passione si quæ  
mutatio sit, ea modo alterationem, modo lationem  
consequitur. Denique mutatio in Quando,  
cūm ex eo fiat, quod successiue & diuersis moti-  
bus moueatur quidpiam, omnes illos motus aut  
mutationes comitatur, cuiuscunque generis sint;  
modo cum successione fiunt.

Hæc per digressionem fortassè dicta cuiuspiam  
videantur. Mihi quidem certè non item: sed vt  
summo pere necessaria ad intelligendum id, quod  
dicebatur, quatuor esse motus, lationem, altera-  
tionem, decretionem, & accretionem. Substan-  
tiæ namque mutationem prætermisit; tum quod  
ea propriè motus non sit; quod tanquam alibi  
demonstratum accepit: tum quod non in indiui-  
duo consideretur, sed ad speciem pertineat. Illud  
enim viuens, quod loco mouetur, alteratur, auge-  
tur, & minuitur, non gignit seipsum, sed alterum  
quale ipsum, quo species conferuetur.  
Porro lationem & alterationem primum, dein-  
dè accretionē & decretionem memorauit, quod

A priores duo motus primi gradus sint, hoc est non  
solum per se quæsiti à natura, sed etiam ab ante-  
cedente alio motu per se non pendentes: poste-  
riores verò secundi gradus, hoc est per se quidem  
intenti, at alterationem consequentes. Lationem  
verò primam nominauit: tum quia genus illud  
motus omnium primum est, vt iam in 8. Phisic. di-  
ctum est: tum vt alterationem cum accretione &  
decretionem coniungeret oratione; quemadmo-  
dum re ipsa in viuentibus coniuncta est, dum na-  
turi caloris actione augentur viuentia & minuan-  
tur.

B Ad extremum quatuor hic fecit species motus,  
quas alibi tres tantum numerare solet, accretio-  
nemque & decretionem tanquam duas posuit,  
quas vbi que vt vnam in vno Entis genere, quan-  
titate inquam versantem posuit. Propter eadē quod  
vt est in 3. Phisic. libro tex. 6. & lib. 5. tex. 18. vno  
communi nomine appellari non poterat, duasque  
species pro vno communi genere dixit. In ceteris  
commune adest nomen; quia omnis motus in  
qualitate alteratio est, & omnis de loco ad locum  
latio.

TEXTVS.

Ἡ μίαν τῶν κινήτων ἀπὸ τῆς κλίσεως, ἢ πείσεως. Ἐὶ δὲ κινήτων  
μὴ κινήτων συμπεριλαμβανόμενα, φέρεται ἀπὸ τῶν κινήτων αὐτῶν. ἢ δὲ  
φύσει, ἢ πείσει. πᾶσι δὲ αἱ λαβήσιμου κινήσεις ἐν τῶν. ἢ  
δὲ ἐστὶν ἡ φύσις τῆς ἄψυχοις τὸ κινεῖν ἑαυτῶν, ἢ κινήτων συμπε-  
ριλαμβανόμενα, τὸ κινεῖσθαι ἀπὸ τῶν κινήτων, ὡς περὶ τῆς κινήσεως, ἢ τὸ  
περὶ τῆς κινήσεως, κινήτων δὲ ἢ τῶν, ἢ ἀλλὰ κτλ. συμπεριλαμβανόμενα. ἢ  
δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως, ἢ κινήτων κινήτων τὸ σωμα. διὸ δὲ ἐκ τῆς φύσεως  
αὐτῶν. τῆς δὲ ἄψυχοις ἔστω, ἢ περὶ φύσει κινήτων μίαν.

D Aut vno ex his moueretur utique, aut pluribus, aut  
omnibus. Si verò mouetur non ex accidenti; natura sanè  
institit ipsi motus. Si autem hoc, & locus, Omnes enim com-  
memorati motus in loco sunt.

Quod si est anima substantia mouere seipsam, non tam  
ex accidenti moueri inveni ipsi, vt albo aut trichato: mou-  
entur enim & hæc, sed ex accidenti. Cui namque in-  
sunt, illud mouetur corpus. Quare nec est locus ipsorum  
Anima verò fuerit, si quidem natura motus partici-  
pans sit.

COMMENTARIVS LXVI.

E EX duobus acceptis Hypothesibus; altera,  
quidquid mouetur, aut per se moueri aut  
per aliud: altera, quatuor esse species motus proxi-  
mè commemoratas: argumentationem iam in-  
struit suam. Si mouetur anima, aut vno illorum  
mouetur motum, aut inquam loco, aut altera-  
tionem, aut accretionem, aut decretionem; aut pluri-  
bus, aut omnibus. Atqui nullo moueri potest.  
Nam quidquid eorum aliquo mouetur, nisi ex  
accidenti moueatur alterius motu, natura sua  
& ab insito sibi principio moueri necesse est. Na-  
tura enim in vno quoque principium motus  
existit. Ita planioribus verbis declarat id, quod  
antea dixit, moueri per aliud & moueri per  
167

se: vt moueri per aliud tantundem sit ac ex accidenti moueri: mouerique per se sit vi & natura suapte moueri: quem motum antea propriū quoque dicebat. Iam quidquid ita mouetur, in loco est. At anima non est in loco, non igitur per se vilo illorum mouetur motuum.

Solos autem commemoratos excludit motus: quoniam & oritur sanè & interit anima; quodque oritur & interit, non est opus in loco esse. Et quemadmodum ait Philoponus, ex vitio sapè ad virtutem mutatur, & ex ignorantia ad scientiam. Verum hæ mutationes quidem sunt, at non veri & propriè dicti motus. Maximè enim alterationes essent: atqui alteratio corporeus censetur motus, & inter principes illas qualitates, quæ agendi vim habent, versatur. Virtus autem & vitium, scientia & ignorantia, habitus quidam & priuationes sunt: in quibus generatio potius consideratur, dum perfectio acquiritur; aut corruptio, dum amittitur. Quippè essentia non essentialium modò partium perfectione absoluitur, verum etiam proprii habitus propriæque virtutis. Nam vt corpus ægotans, etsi nulla parte mutilatum, perfectum tamen non est, neque propriè humanum corpus appellatur; quòd secundum naturam non habeat, nec rectè operari valeat, velut penè emortuum: sic anima virtutis experta perfectione sua orbata præter naturam habet, nec operari pro dignitate valens, rationali vita velut demortua est, & omonymè rationalis anima; cum ex rationis præscripto non operetur. Sed & virtus & scientia secundum naturam sunt, vitium & ignorantia præter naturam: alteratio autè qualitatium est, quæ ex accidenti adsint & absint absque subiecti interitū. Ita nimirū Alexandrum cæterisque Peripateticis sensisse scribit Philoponus. Immo & Aristotelem ipsum reperies in 7. Physic. libro tractasse hunc locum. Vbi etiam, vt Simplicius adnotat, mutationes huiusmodi ostensum est post passionem & alterationem fieri; quæ non anima, sed animalis sunt.

Potuisset Aduersarij respondere moueri multa, quæ locum non habent, vt album in genere qualitatis, & alterationis motus; & in quantitate tricubitum, addita vel subtracta quantitate quæpiam: & cætera similiter accidentia. At Philosophus vtget, hæc sanè moueri, sed ex accidenti; motu corporis, in quo sunt: quæque ita mouentur, vt proprio carent motu, sic proprio non indigent loco; sed & locum & motum ex accidenti habent. At si anima suapte natura & per se mouetur ( quippè motum in illius definitione ponebant, cum animam dicerent esse id, quod seipsum mouet) omnino proprium eam locum habere oportet, quia & proprium habet motum.

Hæc est tota Philosophi argumentatio. In qua cum accipit, quidquid mouetur in loco esse, tantundem Philoponus interpretatur, ac esse corpus: putatque acceptum ex tex. 32. lib. 6. Physic. vbi demonstrat, omne quod mouetur, esse corpus quantum. Quare si anima mouetur, corpus vtique fuerit. Quod aduersus Platonem disputari affirmat, qui incorpoream animam asserbat. Cui Aristoteles illam quidem concederet non esse corpus: tum quia potius est actus & forma corporis: tum quia cum adsit corpori illudque totum permeet, si ipsa quo-

que foret corpus, duo corpora simul & in eodem loco essent seseque vicissim penetrarent. At incorpoream substantiam esse fortasse nõ itè: siquidem corporis forma sit: etsi non omnis, pleaque certè ex corporis prodeat potestate, simulque cum illo & oriatur & occidat.

At neque nunc aduersus Platonem seorsim disputatur; sed vniuersè aduersus omnes, qui animam per se moueri dixerant; quorum plerique corpus quodpiam eam esse voluerant. Itaque quod mouetur esse in loco, propositio est pluribus aliis in locis inter argumentandum vsurpata: vt in tex. 8. lib. 5. Physic. dum substantia ortum probaret non esse motum; & in primo lib. de Cælo tex. 74. cum nullum ostenderet esse corpus infinitum. Neque esse in loco significat esse corpus; sed id, quod consequitur corpus, seu corpori conuenit: siquidem omne corpus, quod finitum est & terminatum, occupat locum. Quare quod per se mouetur, oportet esse corpus; & quia corpus est, esse in loco. Quia verò anima non est corpus, sed quidpiam in corpore, consequens est eam non esse per se in loco, & ideo nec per se moueri. Nam etsi in corpore inest, non est tamen vt in loco, sed vt forma in materia mouensque in mobili. Quæ si esset vt in proprio loco, posset nimirum, dum per se moueretur loco, proprium mutare locum, corpusque illud, in quo esset, deserere atque ad aliud transire.

Dum verò Simplicius animam probat non esse in loco, quoniam impartibilis tota vbique est in animalis corpore, impartibile verò locum non occupat: de intelligente anima verè diceretur. Cætera partibiles sunt atque in corpore extensa, vt alibi ostenditur: sed vt ex accidenti sunt quantæ & extensa, quantitate & extensione corporis; sic non per se, sed ex accidenti & ratione corporis sunt in loco.

D *Digestio VIII. Quomodo quidquid mouetur sit in loco.*

Cæterum Philosophi propositio, Quidquid mouetur est in loco, magnam in supremo orbe difficultatem habet. Is enim perpetuo voluitur motu; nec tamen, quia supremus est, in loco est: siquidem locus in 4. Physicorum lib. superficies continens definitur esse.

Si non tam Aristotelem, quam rem ipsam consideres, facilis responsio erit, supra orbem omnes, qui mouentur, alium quendam esse immobilem à sacris nostris Theologis affirmatum, velut supremi orbis locum; intra quem is mouetur. Philosopho tamen incognitum, quòd cum careat motu, nullum cognitioni argumentum dedit. Sed Philosophi iam interpretem agimus. Quid igitur? Aliquòdne corpus loco mouetur sine loco? Video terram quoque ad mundi centrum moueri, non tanquam ad continentem superficiem, sed velut ad medium; vt mundi partem eam occupet, quæ leuibus elementis circa superiorem partem cælestibus corporibus proximam occupantibus relinquebatur, inanis: & tamen locus dicitur esse terminus localis motus, & propter eum quæritur in tex. 32. indicati libri.

Ergo localis motus, siue rectus sit, siue in orbè, hoc differt à cæteris speciebus motus, quòd natu-

V iij

Corpus  
ægotans  
& anima  
virtutis  
expertæ  
præter  
naturam  
habent.

Quod  
mouetur  
esse in  
loco.

Localis  
motus  
in loco

abstra-  
here.

rali sua conditione ab acquisitione nouæ formæ & ideo à loco abstrahit, solumque significat actum secundum & agitationem corporis, quod mouetur. At quoniam eo plerumque, si recta fiat, natura vitur ad acquirendum locum, nomen obtinuit localis motus; naturalique posita dispositione corporum, quæ ita se tangunt vt nil superfit inane, ferè aut in loco est aut ad locum. Nam is, qui in orbem dicitur (sive quòd in eodem spatio circa medium aliquod velut centrum, vel reale vel imaginarium, agitur id, quod mouetur: sive quòd corporis partes vicissim sibi succedant in orbem) si corpus sit quod ab alio corpore continetur, in loco est: si verò corporis, supra quod non sit aliud corpus, neque ad locum est, neque in loco; sed solum circa centrum, quod per se in hoc genere motus requiritur. Qui verò rectus proprio nomine vocatur latio, semper quidem sit ad locum & cum notui acquisitione loci; quoniam dum sit per medium plenum, ambientem superficiem continenter mutat: si tamen esset inane atque in eo fieret motus, absque loci acquisitione fieret sola corporis agitatio.

Locus ut  
terminus lo-  
calis mon-  
strat.

Cum igitur non sua vi, sed institutione ac dispositione naturæ locum habeat latio velut terminus; locus is, qui latioris est terminus, locus fuerit, non simpliciter vt superficiem significat, sed vt naturalis est, hoc est terminus eiusmodi corporis continentis: & debet mobili, non vt trisariam dimensionem est, sed vt naturale: siquidem natura non mouet ad superficiem, vt superficies est, sed vt est in tali corpore, situ, & distantia à cælo, vbi corpus illud, quod mouetur, conseruari & quiescere optimè possit; illaque præsertim motum habent ad locum, quæ conseruatione indigent. Ea sunt corruptibilia corpora. Quæ enim interitui obnoxia non sunt, vt conseruatione non egent nec loco, ita nec ad locum mouentur; sed vt inferiora cetera conseruentur, circa illa voluuntur in orbem.

Elementa  
aut  
mouentur  
ad  
locum.

Quamquam ne in corporibus quidem caducis ex naturæ institutione motus primùm & per se est ad locum. Elementa namque tota velut partes mundi primùm & per se ad medium & à medio mouentur; vt duo illa occupent spatia, quæ remansissent, inania; eamque ob causam qualitates motrices, grauitatem & leuitatem, acceperunt. Et si re ipsa ignis & aer ad locum quoque mouentur; ille ad superficiem lunæ hic ad superficiem ignis. Terra & Aqua velut consequenter; dum ob naturalem corporum dispositionem vndeque superficie aeris continentur. Elementorum item partes mistaque corpora, quæ ab elemento dominante mouentur, primùm & per se ad totum, consequenter ad totius locum tendunt. Denique animalium incessus re ipsa quidem semper est ad locum, dum ea per medium plenum progrediuntur: non ideo tamen tributus animalibus est. Quoniam hæc vt nullum habent determinatum locum sibi proprium; sed elementi, in quo naturaliter commorantur, communem: sic ad nullum determinatum, sed per communem illum moueri debuerunt; vt ea consequerentur, quæ cognita appetissent.

Elementorum  
partes  
mista.  
Animalia.

Et hæc quidem de latioris, quam corpora vocant, & præsertim velut animæ atque animatorum propriam hoc loco Philosophus nominat. Deque hac potissimum intelligi propositio pos-

set, Quidquid mouetur est in loco: quemadmodum Alexander quoque intellexit testimonio Simplicij in Commentario 45. ad tex. 39. & ipsemet Simplicius in Commentario 50. & 51. ad tex. 43. & 45. lib. 4. Physic. & Themistius ac Philoponus in tex. 39. Cum enim in locum definiuisset Philosophus terminum esse corporis continentis, corpusque contentum adiecit esse, quod est latioris mobile; additum id fuisse dicunt, vt Cælum excluderet, vel quòd non sit mobile, sed actu semper motum; vel quòd non latioris sed circulatione, quæ meiores dicitur, mouetur.

Quam ob causam cum intelligi interpretes & Pfellus, tum Ammonius in lib. Categoriarum dicitur eius definitionem exponit, quod est in subiecto, nec supremum Cælum, nec vniuersum totum esse aiunt in loco, quòd aliud extra se continens copus non habeat. Et Alspaus apud Simplicium eundem illum exponeret locum, affirmabat quidem, quidquid continetur loco, mobile esse latioris; at non contra: Cælum quippe mouetur, quod in loco non est, vt aperitissimis verbis loquitur Aristoteles in tex. 43. 45. & 46. illius libri. Atque ex duobus maximè capitibus confirmatur.

Alterum est, quòd ab iis, qui locum assignare conati sunt, nihil est dictum quod probabilitatis speciem vllam haberet. Nam vt Philoponum mittam, qui in natura loci definienda Aristoteli non consensit, trisariamque dimensionem spatium esse voluit. Gilbertum Porretanum scribit Albertus extremam illius corporis superficiem conuexam assignasse. At hæc neque continentis terminus est, neque separabilis à re locata, neque ad explicandum cælestem motum quidquam confert. Conuexam inferioris sphaeræ superficiem alij responderunt, quod circa eam superior voluatur orbis: quam sententiam Auempace tribuit S. Thomas, & videtur fuisse Themistij in expositione tex. 45. lib. 4. Physic. Sed & de Auempace secus testantur Auerroës & Albertus, & idem ipse S. Thomas in opusculo de Natura loci, si modò legitimum illius opus sit. Et Themistij aperta sententia est in tex. 39. & 43. corpus cælestis non est in loco, quia extra cælum nihil est amplius. Atque in textu 45. nec esse affirmat in loco actu; quia nullo forinsecus corpore continetur: nec potestate, quia nec vnquam continebitur: nec per se, quia delatu moueri & ex vno in alium locum transferri non potest. Sed ex accidenti, vt Aristoteles expositorisque voluerunt: atque

(ex accidenti) interpretatur significare (per aliud seu per partes) quatenus cæli, hoc est vniuersi pars vna continet aliam, vsque ad supremum orbem, qui simpliciter in loco non est, sed quodammodo penes interna, quæ ambit: tangit enim inferiorem orbem & quodammodo à contexta illius superficie continetur. Ambæ namque hæc superficies simul sunt & æquales, alterutraque alteri locus dici potest. Penes externa verò, inquit, omnino expers est loci. At ne hoc quidem probabilitatem habet. Cum enim inferior orbis locetur & contineatur à superiore, eundem locum esse in se ipso; contra quàm à textu. 24. ad 28. ostendatur: nam si superior est in inferiore atque hic in illo, ille nimirum fuerit in se ipso. Propterea

Propterea S. Thomas aliam conatus est The-  
mistio sententiam imponere, ita rem arbitratus  
habere. Exponens namque tex. 43. orbem il-  
lum esse in loco dixit ratione suarum partium, ut ea-  
rum vna continetur ab aliis eiusdem corporis par-  
tibus. Etsi enim quod cuiuslibet conuenit pote-  
state & conuenire actu potest, conuenire sim-  
pliciter non dicatur dum potestate conuenit: si  
quid tamen ita potestate conueniat, ut actu ne-  
queat conuenire, simpliciter creditur conueni-  
re. Quare licet illius orbis partes, ut potestate  
sunt, non actu, ita non sint actu in loco, sed po-  
testate, dicuntur tamen & simpliciter partes &  
simpliciter in loco; quia nec aliter partes nec al-  
iter in loco esse possunt, quam potestate. Actum  
namque diuisam & in loco, partes totius ampli-  
us non sunt. Ita totus orbis ratione suarum  
partium, quae in loco potestate sunt, dicitur sim-  
pliciter esse in loco.

Verum eiusmodi partium locus imaginatione  
sola constat: sola siquidem imaginatione diuidi  
caelum potest, cumque actu moueatur, pote-  
staque solum partes sint; caelestis motui satis  
non est adferre locum, qui potestate sit: Immo si  
propterea in loco caelum existat, quod vna illius  
pars continetur ab aliis; cum nunquam partes  
hunc locum mutent, totum caelum nunquam  
mutaret locum nec locali moueretur motu. De-  
nique illud quoque argumentum urget, quod  
locum oportet esse a re locata diuisum, aliudque  
esse in loco, quam esse in toto, ut est in tex.  
34. nec partes, quia diuisae non sunt, dicuntur  
esse in loco, nisi ratione totius; sed in toto;  
cumque totum caelum non sit in loco, nec etiam  
dici possunt esse partes.

Fucum fortasse cuiuslibet faciant qui orbis illius  
locum dixerunt esse centrum, terramque, ut mun-  
di medium tenet, circa quod voluitur caelum.  
Nam & Auempace & Alpharabius apud Auer-  
roem atque Albertum caelum inquit non esse  
in loco, quem Aristoteles definiuit: quoniam  
is eorum duntaxat corporum quaesuit locum,  
quae recto mouentur motu: quae vero aguntur  
in orbem, alio genere loci opus habent; loco in-  
quam non continente, sed motum terminante  
ac stabiliente: hincque centrum est & medium,  
circa quod mouentur. Circulatio namque lo-  
calis motus est; non ad continentem locum, sed  
quasi circa locum. Ita motus rectus dicitur esse  
a medio & ad medium, circulatio circa medium.  
Aristoteles autem, dum de continente disputa-  
ret loco, Caelum dixit in tex. 45. ex accidenti esse  
in loco; quia continentem locum non habet,  
nisi ratione centri terrae, quae aqua & aere  
continetur. Alterum tamen genus loci, qui cir-  
culari debetur motui, per se corpus quoque il-  
lud habere.

Ceterum ut ea praetermittam, quae oratione  
longa contra haec Auerroes disputat; cum cen-  
trum non contineat, communis illi notio loci  
non conuenit. Neque enim satis est, si id sit,  
ratione cuius in orbem fiat motus. Nam lo-  
cus, ut locus est, locare debet. Quoniam ve-  
ro motum rectum sequitur semper mutatio lo-  
cantis loci; sit ut locus secundaria ratione sit ter-  
minus localis motus. Quocirca quod vim lo-  
cantis non habet, etsi ut terminans sit, locus  
verè appellari non potest. Quippe prius est ef-

se, locum, quam esse id, ratione cuius fiat lo-  
calis motus. Deinde non minus vere, quam  
centrum, distantia, situs, imaginarijve spatium,  
appellares locum caeli: siquidem horum quo-  
que ope motum illum fieri dicerem. Immo haec  
potiori iure viderentur esse locus; quia ne intol-  
ligitur quidem sine his circulatio, intelligitur  
autem caelestis motus absque terra; mouerique  
in orbem corpus, etsi nullum sit separatim  
centrum: ut videre est in sphaera solida; in  
qua si centrum imaginarij dixeris contineri,  
fuerit quoque in reali motu imaginarij locus.

Et quamuis re ipsa centrum adfit separatim, ut  
adeff in caeli motu; non tamen illius vi efficitur  
motus: Quoniam prius est sphaeram ita in suo  
agitari voluque spatio, ut si ambientem habe-  
ret locum, non violaret illius ambitum; ut in  
inferioribus orbibus animaduertimus; Tum ve-  
ro consequens est, ut circa centrum moueatur.  
Illud intrinsecum est illi motus generi, hoc pro-  
sus extraneum; sine quo & solida voluitur sphae-  
ra, & definitur is motus; si motum esse dixeris,  
quo sphaericum corpus non mutando locum seu  
spatium in seipso mouetur.

Verum quidnam illi centrū appellant? Non sanè  
impartibile punctū. Tū quia terrā ipsimet ut cen-  
trū nominant. Tum quia nec secundum totum,  
nec secundum partes caelum hoc motu mutaret  
locum; sed eodem semper modo & totum &  
pars quaelibet ad impartibile se habet cen-  
trum. Quod si partibile & quantum corpus  
dicant, iam caelestis locus non erit centrum,  
sed sphaera quaelibet, circa centrum cuius com-  
paratione alio atque alio modo caeli partes, dum  
mouentur, habeant sese: Nec minus vere supre-  
mi orbis illius locum appellares inferiorem  
illi proximum orbem: contra quam antea con-  
cludum fuerit. Nullo igitur modo centrum di-  
xeris locum caeli, si proprie & accuratè volueris  
loqui: si terminum dixeris, non morabor; nam  
circa terram voluitur. Atque solus motus re-  
ctus proprie appellatur localis, hoc est de loco  
ad locum: sic de illo proprie dicitur, localis mo-  
tus terminum esse locum.

Qui verò Auerroem sequuti Aristotelis il-  
lud, Caelum esse in loco ex accidenti, interpreta-  
ti sunt intelligendum esse ratione centri seu ter-  
rae, quae per se in loco est in aqua & aere. Cae-  
lum enim, inquit, quoad totum fixum est &  
quiescit, quia eius centrum terra in eodem sem-  
per loco manet: si haec mutaret locum, caelum  
item quoad totum non quiesceret. Quia ergo  
immobilitatem habet a centro, quod propterea  
immobile est, quia locum suum non deserit;  
quiescere dicitur & esse in loco ratione centri,  
& idè ex accidenti. Animaduertere primū  
debuissent non posse quidquam ex accidenti cui-  
quā tribui, quod illi quoquo modo non conue-  
niat: terraque locum, aquam & aërem, vim  
nullam caelestis loci habere; quod neque per se,  
neque ex accidenti, aut caelum, aut partem  
aliquam caeli, contineat. Deinde in sphaera soli-  
da perspicuum esse corpus aliquod posse, dum  
mouetur, fixum manere quoad totum, etsi nul-  
lum habeat centrum, quod sit in loco. Atque  
ut centrum haberet in loco, prius tamen esse  
ipsum substantia sua consistere immobile, quod  
in eodem loco aut spatio maneat; deinde sequi

centrum illius in eodē loco manere; quod totum corpus locum aut spatium non mutat. Tum verò polos quoque, si ita philosophari liceat, posse dici locum: quod ab illis non minus, quam à centro, immobilitatē habeat. Aut etiam inferiorem spheram, quæ locū superficiemque continentem non mutat. Cùm igitur probabile nihil excogitetur, quo supremum cælum dicatur esse in loco; concludere licet, illud omnino in loco non esse. Atque hoc fuit primum confirmationis caput.

Alterum erit; quod nulla prorsus suppetit causa necessitatē loci. Neque enim ob sui consecrationem indiget corpus illud loco: quoniam ab interitu omni liberum est. Neque ut ab externo corpore figuram accipiat: quippe ex se figuratum est. Neque propterea quod corpus sit: hinc namque illud solum habet, quod cùm sit quantum & terminatum, aptum est esse in loco, si aliud illi circumponatur corpus. Neque quod sit perfectissimum corpus: quoniam esse in loco ex corporis perfectione non oritur, quin ex imperfectione magis; quod aut conservante indigeat, aut minus & deterius alio corpore sit, debeatque sub maiore aliò & nobiliore locari.

*Cælum ultimum ut alicubi.* At enim alicubi dicitur esse. Verum nō vt in loco, quæ aperta fuit Philosophi sententia in tex. 45. sed vt in quodam situ & vniuersi parte; quod ita disposita habet suas partes, vt vna sit intra aliam, omniumque suprema & vltima cæteras omnes contineat. Quare in tex. 46. terra dicitur esse in aqua, & aqua in aëre, aër in æthere, & æther in cælo, cælum autem non amplius in alio. Quod de vltimo cælo intelligas. Reliqui namque orbis, & corpora omnia alicubi sunt, & vt in loco, & vt in toto; vltimum autem cælum, non vt in loco, sed solum vt pars in vniuerso toto.

*Motus circularis eius quid.* Neque tandem opus est loco præter motum: quoniam latio multoque magis circulatio abstrahunt ad ambiente loco. Circulationique satis est orbiculare corpus extensum, quod in se habeat reale spatium, quantitatem suam; cui vel respondeat æquale spatium imaginarium, in quo reale illud spatium esse intelligimus: vel mente & cogitatione abstrahimus reale illud corporis spatium concipimusque velut immobile. Sic enim realis sit agitatio illius corporis in spatio, siue imaginario, siue reali abstracto: qua corporis partes sibi succedunt & spatium mutant; & vbi erat vna pars, mox succedat alia. Quidquid verò forinsecus ambiens reperitur, orbiculari motui extraneum est, siue sit continens corpus, siue contentum. Neque confert quidquam; nisi vt nos corpus illud moueri cognoscamus, vt aliqua eius pars, quæ vni parti alterius corporis respondebat, alteri mox parti respondeat. Si tamen continens aut contentum amoueris nihilominus moueri corpus intelliges: modò adsint immobilia duo pūcta velut poli, super quibus; aut fortasse imaginariū centrum, circa quod moueatur: inde circulatio dicta, quasi circa aliquid latio. Vel si hoc ipsum dixeris necessarium non esse, fuerit circulatio dicta, quod corporis moti partes in orbem sibi mutuo succedant.

*Circularis motus dicta.* Ita localis motus propriè is appellabitur, qui est rectus: quippe hic nunquam naturaliter sit

A absque mutatione loci. Qui verò est in orbem, minus propriè; quoniam quod ita mouetur, locum non mutat; neque hoc motu natura vtitur ad acquirendum locum. Vulgari potius notatione loci appellatur localis: vel quia locali similis; vel quia locum concipimus velut imaginarium spatium, in quo partes corporis circumuoluantur & mutant spatia. Nec defuerunt qui propterea celestem motum vbiuealem potius vel situalem, quam localem dixerint; quod vbi quidem, & situs varientur, at non locus. Aristoteles quidem certè de loco differens in 4. sepius indicato libro minime de sphericorum corporum loco visus est agere. Nam in tex. 3. ex corporum translatione, & tex. 4. ex elementorum motu sursum & deorsum, inuestigauit locum; quem in tex. 30. à locato corpore separabilem esse voluit. Et in tex. 32. & 45. illa scripsit esse in loco, quæ latatione mouetur aut accretione & decretionem: & tex. 39. illa, quæ latatione mouetur. Vbi ex interpretum sententia dictum est latationem rectum motum significare, celestemque corpus excludi. In tex. 42. immobilitatem loci confirmauit ex differentiis sursum & deorsum, quas in tex. quoque 30. inter loci proprietates commemorauerat. Eodem in loco & tex. 48. & 49. vnumquodque scripsit naturaliter ad suum locum moueri & in eo quiescere. Accedendum in tex. 46. vniuersum totum disponens, cælum affirmavit omnia continere, ipsum tamen non esse in alio. Quare cætera quidem omnes vniuersi partes in loco sunt, et suprema & vltima sphaera non item: loculque non debetur corpori vt corpus est, quia non adest omni corpori: neque vt corruptibile est, quia celesti quoque corpori: neque cælo vt cælum est, quia non omni cælo: sed corporibus quidem solis conuenit, at quatenus aliud habent extra se contiguum & continens corpus.

*Locum naturaliter.* Naturalis autem locus, ad quem propter conseruatricem vim & moueantur corpora, & in quo naturaliter quiescant; sublunarium duntaxat proprius est; grauium quidem & leuium deorsum & sursum in parte mundi constituta: elementorum præteritum ac primum; mistorumque vt aliquid in illis elementum dominatur; animalium verò per totum elementum, in quo degunt, piscium per aquam, caterorum per aërem. Et inanimata sane, vt proprium magis ac determinatum habent locum, ita & rectum motum ad illum; at animata non tam ad locum, quam per locum communem & amplum vago progressionis & incessus motu mouentur. Plantæ radicibus terræ insiguntur immobiles, vt alimento inde attracto sustententur. Hæc libri 4. Physic. Interpretes pluribus tractare solent: sed neque hoc loco prætermitti penitus debuerunt, vt intelligeretur Philosophi propositio; Quidquid mouetur est in loco.

TEXTVS.

TEXTVS.

Ἐπὶ δ' εἰ εὐδοκεῖ κινήσει, καὶ εἰς κινήσειν, καὶ εἰς εἰς, καὶ εὐδοκεῖ. πῶς ἀνοῖξεν ὁ ἄριστος ἐπεὶ καὶ περὶ ἡρεμίας, εἰς τὴν κινήσειν εὐδοκεῖ, καὶ ἡρεμίας ἐν τούτῳ εὐδοκεῖ. ἡρεμίας δ' εἰς εὐδοκίαν εἰς, καὶ ἡρεμίας ἐν τούτῳ εἰς. πῶς δ' εἰς εἰς τῆς ἡρεμίας κινήσειν ἰσχυρῶς καὶ ἡρεμίας, οὐδὲ ἀπαθήσειν βυλαμῶντος ἡρεμίας ἀπὸ δυνάμει.

Tex. 40. Præterea si natura mouetur, vi quoque moueretur: & si vi, & natura. Eodem autem modo habet & circa quietem. Ad quod enim mouetur natura, quiescit in hoc natura. Similiter verò & ad quod mouetur vi, & quiescit in hoc vi. Quinam verò violenti animæ motus erunt & quietes, ne fingere quidem volentibus, facile respondere.

COMMENTARIVS LXVII.

3. Argumentum.

Tertiam in his verbis argumentationē agnoscere non videtur Philoponus: sed potius veluti consequens quidpiam superiori argumentationi adiunctum. Ex eo enim, quod animam deduxerat, si per se mouetur, proprium habituram locum; argumentari nunc Philosophum putat de motu & quiete tum naturalibus, tum violentis. Verum & orationis principium illud (ἐν δ') argumentationem nouam atque ab antecedente diuersam significat. In qua non ex eo, quod anima locum habeat, quemadmodum antea deducebatur; sed ex eo potius, quod per se & natura suaapte moueri diceretur, velut primario impugnationis capite, ratiocinatur. Si anima, inquit, per se & natura mouetur, vi quoque moueretur. Sunt enim oppositi motus, quorum si alter inest, alter quoque inesse possit. Quippe circa idem versantur opposita. Et rursus si vi mouetur, poterit quoque natura moueri: tum propter eandem causam, quia circa idem versantur opposita: tum quia violentus motus naturalē supponit & illius cōparatione intelligitur. Ac natura quidem mouetur id, quod spontē atque ab interno principio mouetur: quod si aliunde & externa vi impellatur, vi nimirum mouebitur. Violentum enim id est, vt definitur in 3. de moribus ad Nicomachum cap. 1. cuius principium foris est, nil conferente aut agente eo, quod patitur. Et quoniam motus quietem quarit; quod de motu dictum est, de quiete quoque dicere licet. Quod enim res vnaqueque mouetur, ibi natura sua congruenter quiescit; & quod vi ac natura repugnante mouetur, ibi quiescit vi. Igitur si natura mouetur anima, vi quoque mouebitur; & si naturalem alicubi quietem requirit, violentam habebit alibi. Et omnino quoniam motus ad quietem tendit, si anima & natura & vi mouetur, & naturalem item & violentam habebit quietem: alteram naturalis, alteram violenti motus terminum. Duplexque absurdum deducit Philosophus; tum quod vi mouetur; tum quod quietem violentam & præter naturam habeat. Quinam enim violenti motus sint, quæte quietes, et si fingere permittaris, non ostendes.

Ex qua ratiocinatione colligitur, animam non esse semper mobilem, neque illius naturam esse ἀνοῖξεν, id est per se mobile, seu quod seipsum

A mouet; vt inquietabant veteres: tum quia quietem post motum reperit: tum quia vi quoque moueri debet, si moueatur natura. Auerores autem hypotheticam ratiocinationem duplicem in hac argumentatione distinguit; quarum vtraque à consequentis destructione oppositum antecedentis concludat. Altera est; si natura mouetur anima, vi quoque mouetur; at vi non mouetur; igitur nec natura mouetur. Altera; si natura mouetur, natura quiescit: & rursus si natura quiescit, vi quoque quiescit: at vi nō quiescit, ergo nec natura quiescit: quod si natura non quiescit, ergo nec natura mouetur.

B Digressio IX. Num cæli motus sit à natura. Deumque Aristoteli primum fuisse primi orbis motorem.

Ceterum illud, quod primum accipitur, velut ratiocinationis totius fundamētū; Quod natura mouetur, vi quoque & præter naturam moueri, magnam habet difficultatem. Nam vt datur, quod vi & præter naturam mouetur, natura etiam moueri; quoniam naturalis motus prior est violento; quodque præter naturam est, ab eo recedit, quod natura conuenit: dandum tamen non videtur, quidquid natura mouetur, vi & præter naturam moueri. Quoniam id, quod prius est, absque eo, quod est posterius, esse potest. Et cælestia corpora mouentur natura, neque aliter vi externa moueri possunt.

Scribit Philoponus Peripateticos expositores & inter eos Alexandrum non à natura moueri voluisse cælestia corpora, sed à meliori virtute, nempe à separata mente Deum primam mentem imitante. In cuius hominis oratione verum illud esse arbitror, quod corpora illa moueri ait à separata mente: cætera non parum suspecta sunt. Ac primum ipsa Alexandri responsio si admittatur, nulla erit Philosophi argumentatio. Si quidem eodem modo veteres respondiissent animam à natura diuersam esse; animaliaque ab anima, non à natura, moueri.

Deinde suspectum illud est, cæli motum non esse à natura Alexandri & Peripateticorum sententia. Secus enim & naturalem esse & secundum naturam, apud Alexandrum reperio in primo lib. Natur. quæst. cap. 10. & lib. 2. cap. 18. & 25. & apud Simplicium Comment. 36. in primum librum de cælo, & Comment. 3. & 4. in 2. librum, & omnes planè, vbi naturæ definitionē in 2. Physic. lib. traditam ita exponunt, vt huic quoque conueniat corpori. Namque Aristoteles ipse in 1. lib. de cælo tex. 5. 6. & 7. Naturalia omnia corpora accipit esse mobilia, quia natura est principium motus; atqui ex illo illius motu in orbem cælum ostendit diuersam ab elementis habere naturam. Immo in tex. 8. ex diuisione motus naturalis necessarium esse colligit corpus aliquod simplex, quod sua natura sit aptum in orbem moueri; hocque non vi, sed natura moueri oportere, manifestis deinceps argumentis conficit. Tum quia nullum est aliud corpus, cui motus ille naturalis esse possit. Tum quia si is esset præter naturam, aliud deberet esse secundum naturam; isque prior; quoniam id, quod est secundum naturam, prius est eo, quod est præter naturam. Tum verò quia sempiternus non esset; quippe nihil, quod præter naturam sit & violentum, diuturnum, ne dum sempiternum, esse potest. Tum demum quia propterea neque

grane factum est illud corpus neque leue, orbiculatiquē & spherica figura insignitum à natura, vt naturaliter eo motu moueretur. Quam ob causam in tex. 12. lib. 8. Metaph. & tex. 10. lib. 12. posuit is in cælo materiam, non generabilem, sed mobilem ad vbi: vt motus principio saltem passiuo, naturalis esset: et si motrix virtus melioris conditionis esset, quam natura; cuius comparatione voluntarius potius, quam naturalis, posset appellari.

Naturalem tamen item quoquo modo dixerim; quatenus mens motrix, dum & se apta mouere & cælum aptum moueri cognoscit, atque è re vniversi totius intelligit esse, vt motus sit stabilis, necessarius, & naturalis, primæque mentis voluntatem esse, vt moueat; immò (vt Aristoteli placuit) suam quoque perfectionem id postulare, seque imperfecta fore & otiosam, si non moueat; ita cælum arripit mouendum, seseque illi adiungit ac intimè totum peruadit & permeat; atque determinatè, vniformiter, ac constantè mouet; ac si natura naturalis illius foret forma. Sanè hæc vnio actu nititur & potestate eiusdem generis: quia vt cælum est aptum moueri, sic mens apta mouere. Quæ licet in accidentis genere considerentur; in ratione operationis, mouentisque & moti; vnum tamen quidpiam per se videtur effici posse si hæc adsint, quæ subiungam. Primum vt & agens aptum sua natura sit ad operationem illam tribuendam, & patiens ad illam & non ad eius oppositam inclinetur. Deinde vt agens possit intimè vniri cum patiente totumque peruadere ac complecti. Tum verò vtrumque ita sit ad alterū determinatū, vt eorum vnū in illud solum naturaliter agat, & illud ab hoc solo naturaliter patiatur. Præterea vtrumque sit species integra perfecta que natura. Postremò sit vnio ad operationem quampiam, quæ forma dante esse non indigeat. Quæ omnia cum motrici menti cæloque maxime contineant, possent hæc dici per se ac naturaliter vniri; non quidem essentialiter & in genere substantiæ, sed in operatione tamquam mouens & mobile. Cùm præsertim hæc operatio plurimum ad hæc inferiora pertineat, tamque mens, quam cælum, generales sint eorum causæ: neque incorporea & separata natura immediatè posset absque vilo interiecto corpore, aut actione alia, quam motu, agere in hæc inferiora corpora. Et alioqui perfectioni, ordini, & conseruationi vniversi oportunitum videbatur, vt quoquo modo vnum ex superioribus & inferioribus, ex immaterialibus & materialibus fieret summusque ac pulcherrimus omnium nexus existeret.

*Vt ex mouete & mobilis vnio fiat per se.*

*Qualis vnio sit intelligit & calti.*

Est hic modus veluti medius, tum inter vnionem essentialem, quæ in rebus inferioribus reperitur, abstractarumque substantiarum ac primæ causæ simplicitatem: tum inter vnionem formantis formæ & forinsecus solum assistentis: tum demum inter vnionem naturalis formæ & arte productæ: quarū altera toti materiæ dat esse & operationem; altera sine operatione vlla exteriorem dumtaxat materiæ superficiem ornat. Eritque cuique facile obseruare quid cum singulis conueniat, quid discrepet. Et quoniam impartibiliter mens vnitur cælesti corpori, vt & tota sit in toto & tota in qualibet parte; in ratione operationis magis vnum efficit ipsa cum cælo, quam qualibet materialis forma cum materia. Et

**A** rursum quoniam indiuisibiliter vnitur, facit etiam magis vnū, quam cū corporibus nostris rationalis anima; magisque naturaliter mouet. Quippe nõ eā habet in cælo, quam in corporibus nostris anima, resistentiam; quin summam potius propensionem, nec vllis prorsus indiget instrumentis.

At enim in 8. Metaph. lib. tex. 9. quædam sunt verba, quæ obijcere nobis Philoponus posset, Naturā, inquit, solum profectò quis ponet eā, que in corruptibilibus est, substantiā. Verum eo loco naturales formæ cum artificiosis ideisque separatim comparantur; quarum illa sola dicuntur esse substantiæ, hæc nequaquam. Naturam igitur naturalem formam appellat; neque solum corruptibilem formā ait esse naturam: sed solum esse substantiam; solum inquam artificiorum & idearum comparatione; non incorruptibilium cælorum, qui non formæ, sed materiæ potius sunt.

Tertium, quod idem ait interpres, mentes illas mouere cælestes orbis primæ mētis Dei imitatione; hæc tenet Aristotelicū sanè ac Peripateticū est. At dū imitationē in eo agnoscit; tum quod vt Deus in seipsum conuersus omnia contempletur, sic ille motus in orbem ab eodem in idem redit: tum quod vt Deus est vbique, ita cælum vbique sit dum omnem situm per partes permutat: nescio quam Aristoteli consentaneè loquatur. Maloque in eo agnoscere, quod vt mentem primam primum ac supremum orbem vertentem vident cætere mentes, sic illam hæc imitantes vertendos arripiant inferiores orbis, simulque cum ea sublanaris mūdi conseruationem atque administrationem procurent.

Primā verò mentē quā Deū dicimus, Aristoteli fuisse primū primi orbis motorē, tū excepto Alexandro, qui eā vt finem duntaxat & vt amatā ac desideratam mouere dixit in 1. Natur. Quæst. cap. 1. Cæterorum Græcorum interpretum fuit sententia; quemadmodum apud Simplicium videas ad initium 8. lib. Physic. & Commentario item 107. & 109. & 1. lib. de cælo Comment. 88 & Themistii 8. Physic. tex. 3. & vtrumque in tex. 73. lib. 2. eiusdem operis, suumque præceptorem Ammonium citat Simplicius. Tum vero ipsiusmet Aristotelis. Nāque is in memorato tex. 73. lib. 2. Physic. duplex distinguit naturale mouēs; quorum tamen alterum naturale non sit, propterea quod ita moueat vt non item moueatur. Quo genere contineri ait illud, quod est omnium primum, nempe Deum, primam omnium causam, & primum ens; vt in 12. Metaph. lib. appellari solet. Erit in tex. 3. lib. 8. Physic. cognitionem æternitatis motus vilem fore dixit ad cognitionem primi principij; hoc est Dei, omnium interpretatione. Vtilis autem est, quia ex motus æternitate vnum conficitur esse primū motorem æternum, quod illud ipsum est primum principium: de quo efficaciter motore in toto libro loquitur. Principio enim inquit manente & vniversum manere necesse est, continuum existens ad principium; nempe Deum, primum entium omnium principium. Nam si primum motorem diceret mentem aliquam infra Deum, non esset omnino immobilis is motor, sed amoris saltem ac desiderij motu moueretur à Deo.

Iam cætera percurramus. Quod in expositione tex. 78. & 79. tam acriter ab omnibus disputatur, num inde colligere liceat Deum esse vigoris infiniti.

finito, quodq. in tex. 84. primus motor dicitur esse in circumferentia potius, quam in cetro, atque ab omnibus de Deo accipitur; an non primum motorem ostendunt Deum esse? Quod in tex. 90. lib. 1. de Cælo plures probat mundos esse non posse, quod non nisi vnus primus motus æternus & vnus primus motor esse queat, quis de mouente finaliter interpretetur? Quis non videat vnum esse posse multorum finem, non item vnum efficiens diuersorum in diuersis mobilibus & diuersis modis motuum? Quis plures infra Deum metes illorum motuum efficientes negaret? Plures igitur primi motores esse nequeunt, quia non possunt plures esse Di. Nolunt enim entia male gubernari, neq. bona est pluralitas principatum; quemadmodum in extremo 12. Metaph. lib. Philosophus idem ratiocinatur: vtille ipse vnicus princeps administrationis mundi princeps item sit motus, à quo tantopere totus hic inferior pendet mundus. Cum ijs, quæ de primo motore traduntur in 8. Physic. conferas illa quoq. quæ de Deo scribuntur in tex. 100. lib. 1. de Cælo. In priori loco primum motorem in tex. 84. posuit in circumferentia: & in altero entia, quæ ibi degunt, optimam dixit habere vitam ac felicissimam, mutationis omnium expertem, neq. senescere vnquam (in 8. Physic. primum motorum dixerat æternum esse pænitiūq. immobilem) hæc verò ad Deum pertinere ostendit illa verba, quibus addit, primum eorum & maximè summū, à quo habent omnia esse & viuere, omnino intransmutabile esse, necessariò que mouere æterno motu; quod nihil sit illo melius, quod moueat; & siquid esset, illud esset diuinius eo. Rursum quod in posteriori libro de ortu & interitu tex. 59. Deum ait esse perpetui ortus atq. interitus causam, dum perpetuū facit motum in orbem; nonnè apertum est testimoniu: At idipsum in tex. 53. lib. 8. Physic. attribuerat primo motori. In 12. autem Metaph. tex. 30. Platonis ideas irridet, quod nullius motus principium sunt: deincepsq. à tex. 42. cum omninò colligit mentium separatarum numerum, qui est celestium motuum. Nec Deum igitur, nec separatam vllam substantiam agnouit, quæ motum nullū efficiat. Hinc illud est in tex. 38. substantiā illam, quæ primæ lationis principium est, primum esse principiu, ex quo Cælum & natura pendet: quod in tex. 39. Deum esse prædicat, beatissimam degentem vitam. Quemadmodum & in tex. 100. lib. 1. de Cælo dixerat. Rursum à tex. 41. de eodem illo primo principio eadem illa repetit, quæ de primi motoris, immobilitate, æternitate, immaterialitate, & impartibilitate docuerat. Et in cætera in tex. 43. principium inquit & primum entium tum per se tum ex accidenti immobile esse; mouens tamen primo, sempiterno, & vno motu: statimq. appellat primum mouens; præter quod alia sint æternæ substantiæ & immobiles errantium motrices orbium. Quare in tex. 44. primam omnium separatarum substantiarum illam esse ponit, quæ primum efficit motū. Et in tex. 48. præter eas, quæ mouent, nullam penitus aliam cōficiat separata reperiri substantiam, quoniam illarum finis est motus.

At enim in tex. 36. obijciat nobis Alexander dixisse Philosophum, primū illud principium primāq. causam mouere vt desideratum & amatū. Sed verborum sensus duplex esse potest. Alter, Deum efficiet quidem mouere, sed mouere non motum profusūque immobilem, quemadmodum id, quod

amatur & desideratur, absque vlla sui mutatione amantem ac desiderantem mouet & ad se trahit. Verba Philosophi sunt; Mouet autem hoc modo, concupiscibile & intellectibile mouet non motum. Alter, voluisse Aristotelem distinguere primū mouens à mouentibus cæteris inferioribus, quæ conuenire in eo videantur, quod omnia sunt immaterialia, immobilia, impartibilia, æterna. Distinctio autem est, quod inferiores mentes mouent amantes primam eamq. imitari cupientes, suprema verò velut ab illis amata, non autem amans superiorem aliam eamvè imitans, cum ipsa sit prima omniumq. suprema ac perfectissima. Itaq. suum quidē orbem Physicè & efficienter mouet, at metes cæteras Metaphoricè amoris ac desiderij motu. quibus verbis primam metem significatur, tum primum esse efficiens, tum primū finem. Vnde scitum illud in Peripateticorum Scholis crebro vsurpatum, Deū esse primam formam, primum efficiens, & primū finē, trèque in eo primas causas conuenire. Verum de his nunc satis.

## COMMENTARIVS.

Ad illam Philosophi propositionem reuertamur, quæ quod natura mouetur, vi quoq. accipiebat moueri. Huic enim celestis obijciebatur motus, qui pari vim nullā potest. Altera igitur Alexandri respōsio fuit, Cælum non esse in loco, neq. vi aut præter naturā moueri posse Aristotelis propriam opinionem fuisse; veterum Philosophorum non item. Ideoq. ad homines argumentatum esse Philosophum, propositionemq. ab illis concessam accepisse. Ita placuit quoq. S. Thomæ indèq. licet colligere, quod Cælū ex elementis cōpositum esse antiquitas credidit; quod si in elementis est motus naturalis & violentus, fuerit quoque in Cælo. Primus Aristoteles quintam esse ab elementis distinctam essentiam demonstrauit.

Duobus item modis respōdit Philoponus. Primo quidem propositionem illā de recto motu accipiedam esse. In hoc enim cōtrarietas est locorū, sursum & deorsum, ante & retrò, dextrum & sinistrum: propter quæ naturalis & violentus existit motus, naturalis ad vnū locum, & violentus ad illius oppositum. Circularis contrarium non habet: propterea diuisio illa motus naturalis & violenti ad illum non pertinet. Animæ autem motus est rectus, vt videre est in animalibus cunctis, siue incedant, siue volent, siue natent, siue reptent: ita optimum esse argumentū, si natura mouetur, ea vi quoque motum iri.

Altero modo, propositionem eam tanquam cōtingentem adferri: quod si non omnia, aliqua certè eorum, quæ natura mouentur, vi quoque moueantur; quæcumque nimirum contrarios habent motus. Cuius generis est & anima. Hæc namque mouendo seipsam mouere corpus dicitur: quare cum corpus contrarijs moueatur motibus, eos necesse est in anima quoque inesse.

Eadem Simplicij videtur fuisse respōsio, cum eam dixit vniuersè veram non esse, vt in Cælestibus apparet: sed eo posito, quod veteres dicitabant, animam idèd mouere corpus, quod ipsa moueatur. Si enim ea motibus hisce moueatur, qui sint in toto animali; quemadmodum hi externam vim admittunt, admittent quoque animæ motus.

Ad quod natura mouetur, vt quoque mouetur, vt possit.

Ego dum Philosophum video quietem cū motu coniungere, eodē modo velle rem in motu & quiete habere, manifestū esse arbitror de motu recto duntaxat sermonem esse. Eiusmodi enim est animalium motus, de quo erat disputatio. Neq. in his de cœlesti motu difficultatem esse proponendam. Ad quod, inquit, mouetur natura, quiescit in hoc natura. Quis non videat de recto motu, qui ad locum & quietem suscipitur, sermonem esse, non de circulari, qui nec est ad locum, nec ad quietem refertur. Itaq. hæc fuerit ratio cinatio. Motus omnis rectus & natura fieri potest & vi, ad locum inquam tum naturalem, in quo libenter quiescit corpus motum, tum præter naturam, in quo repugnante natura detineatur: atqui motus animæ atque ab anima in animalibus profectus, rectus est, igitur & natura & vi fieri potest. Quod si memoria repetas quidnam de essentia animæ veteres dixerunt in superioribus, maiorem argumentationis vim perspicies. Igneam enim aut omninò elementarem naturam esse voluerunt: quare vt ignis & elementa omnia, & natura & vi mouentur, ita & anima moueretur: motu inquam corporeo: quo & elementa & animalium corpora mouentur.

*Violenti  
est motus  
quid est  
in quibus.*

Iam verò nullum animæ animalivè motum esse violentū posse, violenti definitio ostendit. Etenim id omnes violentum esse intelligimus, cuius principium foris est, nil cōferente aut agente eo, quod patitur. Omnis autem animæ motus ab ipsa est: est animal quatenus animal est mouetur, intrinsecus & ab interno principio mouetur. Violētus ac præter naturam motus in ijs tantum est, quæ aliundè & ab externavi mouentur: vt si graue corpus projicias sursum, aut leue deorsum. Aristoteles quidem certè tam manifestum iudicauit nullū animæ motum esse violentum, vt probationem omnem contempserit. Inductione autem ostenditur. Omninò enim, vt paucis complectar, animæ operationes sunt nutritio accretio, procreatio, sensus, appetitio, intellectio, volitio, motusque de loco ad locū: quæ omnes ab interno nimirum principio proficiuntur, bonūque & conseruationem animalis respiciunt.

*Nullum  
animæ  
motū esse  
violentiū.*

Pluribus hunc locum tractat Philoponus. Cui si obijcias animal in præceptum actum aut inuitum sublatū sursum, negabit is violentos esse motus, quoniam idem ab anima fieri possunt, quæ ad omnē situm distantiam mouendi vim habent. Sed verius nō sunt animæ motus, sed animati corporis; & magis quatenus est graue, quàm quatenus animatū. Proprius animæ motus est assensus; tūcque violentus esset, si ea huic motui cogereetur assentiri.

*Anima  
nostra li-  
bertas.*

Simplicius verò, dū ex causā probationem quaerit, eam adfert, quæ solius rationalis animæ & humanæ voluntatis propria est: cuius verba quoniam luculentum libertati nostræ testimonium præbent, non pigebit huic loco adscribere. Quoniam, inquit ille, sua ex natura libera est rationalis anima, libertati autem violentum contrarium est. Quare in tyrannicis necessitatibus atque violentis imperijs apparet, siue ipsa resistat, siue non; atque quamvis ratione voluntariè ipsi imperio cedat. Hæc ille.

TEXTVS.

*Εν τῷ εἰς τὸ ἀνω κίνησιν, ἄνω ἔσται· εἰ δὲ κατω, γῆ πῶτον γῆ καὶ ἀνωκίνητος ἐκ κινήσεως ἀνω· ὁ δὲ ἀνωτος κίνησις ἐκ τῆς γῆς κινήσεως.*  
*Ab hoc autem si sursum mouebitur, ignis erit. Si vero deorsum, terra. Horum namque corporum motu hi. Eadem autem ratio est de medijs.*

COMMENTARIVS LXVIII.

Quarta hæc est argumētatio. Cuius clariorem interpretationem facere superuacaneum iudicauit Simplicius, quòd ipsa per se satis esset aperta. Solūm adnotauit, hinc manifestum esse corporeos solos motus Philosophum ab anima remouere, dum ex motu sursum & deorsum argumentatur. Addere potuisset & de motu recto illum agere; neque his argumentationibus Cœli motum obiectandum à quoquam esse.

Quoniam igitur animalia constabat non in orbē moueri, animam accipit, si moueatur, motu recto moueri: is enim in animalib⁹ cernitur. Rursum accipit motū rectū aut sursum fieri aut deorsum: nam hoc & sēu & inductione perspicuū est & alibi declarati. Tertio accipit eiusmodi motū simplicem elementorum vel simplicium corporum proprium esse; mistis autem propter simplicium cuiuspiam excessum conuenire. Cūque animam veteres affirmarent eodem motu, quo mouet, ipsam quoque moueri; ad hūc modum argumentatur. Si anima mouetur sursum, ignis fuerit aut aër; si deorsum, terra vel aqua; aut simpliciter, aut excessu. Si quidem hi motus horum corporum proprii sunt atque in mistis ab illis proueniunt. Atqui hæc corpora vnicū habent determinatum motum ad vnicū constitutum locum, ignis sursum, terra deorsum, aër & aqua ad interiecta loca, neque ad vllam profus aliam situs differētiā: anima verò in omnem partem & ad omnes differentias mouet: non est igitur anima ignis, nec elementum vllum. Itaq. quod animam deducit fore ignem aut elementum aliud, non est absolute & absque vllius alterius additione accipiendum: nam hoc veteres terebātur, immò & vtrò asserebant. Sed absolueda ratio octatio est; eoque progrediendū vltcrius, vt elementum eam non esse ostēdatur familiari & vltato argumēto ex operatione ducto; quòd elementa omnia vnicū habeant simplicem naturalem motū, anima plures omnino, vel etiam oppositos & contrarios.

Cui argumēto respōdere non possunt, horū motuum vnū esse naturālē, alterū præter naturā, quod admodum & in elementis. Tum quia perspicuū est omnes eorū naturales esse. Tū quia, vt propterea fortasse præmisit, ne fingi quidē potest in anima præter naturā motus. Atque perinde fuerit, siue anima elementum ab illis diceretur esse, siue ex elementis: quoniam ea quoque ex elementis sunt, excedētis elementi motum habent, eūmq. certum & constitutum ad vnum locum. Quamquam Philoponus vbi deduci audit, si anima sursum mouetur, ignem eam fore, ita deduci putat, vt omnis ignis sit futurus anima: quoniam quæ eundem motū eandemque proprietatem habent, natura quoque illorum eadem est. Hæc tamen deductio non fuisse necessaria. Sed dixisset Democritus, non omnē ignē esse animam.



inspirare. Et Democritus ex calidis eam faciēs corpulculis hæc perpetuò ingredi corpus voluit & egredi; quemadmodum in tex. 21. dictum est. Hi igitur maximè hoc argumento vrgentur, quo fore conficitur vt animalia sæpè moriantur & reuiuifcant.

Idem propemodum illis dicitur, qui aquam, sanguinem, aut aliud eiusmodi fluidū corpus animam esse putauerunt; quæ vt in vase contineatur in corpore, & vt cum Philopono dicam, velut in viuatio fera, egredique sæpè possit & ingredi. Cùm præsertim animam vellet non cõpagem & constitutionem, sed solum motum adferre corpori. Vt enim nauta egredi sæpè & redire ad nauem potest, eamque mouere; ita & anima potest.

Quod verò de columna ponit Philoponus, quæ domum sustentat, nec tamen in dè submota redibit rursum ac sustentabit domum; est plurimum illi successit negotij, nec prorsus dissoluatur, leue tamen est, neq. consentit virtute: Nam non mouetur columna ex se, neq. mouendo sustentat domum: animam per se moueri & mouere corpus inquebant vereres. Deinde submota columna concidit illicò domus; animalis corpus aliquandiu persistit post egressum animæ: idcirco redire columna non potest, anima potest.

Denique quod tanquam absurdum & adu. amp. deducit hoc loco Philosophus, fore vt animalia mortua reuiuifcant; cùm eo consentit, quod in posteriori quoq. de ortu & interitu lib. tex. 70. tradidit; ea, quæ semel interierunt, redire amplius non posse eadem numero, sed specie duntaxat. Quæ de re opportunum fuerit aliquid ducere, vt quatenus verum sit intelligatur.

*Digressio X. Num quod interijt, redire idem numero possit.*

*Annus magnus.*

Celebris est Platoniorum Astrologorūmq. cõplurium sententia de magno anno, qui mundanus etiam interdum nominatur; cuius mentionem quoq. facit non multò post Philoponus in Com. t. 45. Et Egyptius item Sacerdos apud Platonem in Timæo de hoc visus est Phaëtonis fabulam interpretari: Magnus autem annus totum illud tempus dicitur, quod in suo motu cælestia consumunt astra, quousq. ad eundem locum & punctum, vnde primùm discesserunt, omnia reuertantur; eundèq. situm & cõparationem mutuâ repetant, quam habuerunt cùm primùm moueri ceperunt. Hoc etenim vertente anno, eadem numero inquirunt & eodem prorsus ordine restitui cuncta debere, quæ à principio fuerunt. Totum autem hoc tẽpus Heraclito 18000. Diogeni 18355. Alijs apud Plutarchū in 2. lib. de placitis Philosophorum c. vlt. 7377. Solino & Seruio in 3. Æncid. Virg. 12654. Corn. Tac. 12854. Macrobio ex cõmuni Philosophorū calculo 3500. Ptolemao ac ferè Astrologis & verò Platonis 36. vel 39. Alijs etiam 40. vel 49. millium solarium fuit annorum.

*Aristotele opinio. & aliorū.*

2.

Contrà Aristoteles omnino fieri posse negauit, vt quod semel corruptū est, idem vnquam numero restitatur. Quod Marsilio tantopere persuasit, vt ne à præpotenti quidem Deo id fieri posse dixerit. Initiòque nascens Ecclesie irriserunt Christianos Philosophi, quòd nostrorū corporum re-

X

surrectionem aliquando futuram crederent & sperarent: sæpèque iactabant, A priuatione ad Habitum non esse regressum. Negarūt quoque Saducei, vt sacra narrat Historia, animam nostram putantes esse mortalem atque cum corpore interire. Sed & Simon Magus, Valentinus, Marcion, Appelles, & Manichæus immortalitatem concedentes resurrectionem futuram dixerunt animorum, non corporum. Ac demùm inter eos, qui corpora quoque ad vitam aliquando reditura esse concesserūt, Origenes testimonio S. Hieronymi in epistola ad Pammachium, & Epiphanius hæresi 64. & Euthychius Constatinopolitanus Episcopus, vt Auctor est S. Greg. lib. 14. Mor. c. 29. non eadem corpora, sed alterius rationis futura esse dixerunt. Et inter nostros Theologos Durandus in 4. sent. lib. omnino non futurum idem numero corpus disputauit.

Quibus tam acriter ceteri omnes resisterunt, vt inter eos Scotus, Aureolus, & Ricardus conati sunt persuadere naturali etiam virtute, si nõ omnia, aliqua certè corrupta eadem numero posse redire. Quin & Eusebius Cæsariensis in 6. lib. suæ hist. c. 30. nonnullos commemorat extitisse in Arabia (Arabicos propterea dictos à S. August. in lib. de hæres. c. 83.) qui animum interire cum corpore affirmantes, tùm corporis, tùm animi resurrectionem futuram prædicarent. Est inter Philosophos non ignobilis interpres Aristotelis Paulus Venetus. Is in Cõmentarijs ad libros de ortu & interitu magnopere contendit posse naturali ratione atq. Aristotelicis principijs resurrectionem demonstrari. Animum quippe nostrum vidit is immortalem esse, formamque & veram hominis partem, & idcirco imperfectum atque in statu præter naturam & violento eum esse à corpore separam, nullum verò violentum & quod præter naturam sit, esse perpetuum posse. Ex quibus principijs necessario cõsequitur eum aliquando reuerturum esse ad corpus. Cùm præsertim non modò permaneat incolumis animus, sed & materia, quæ facile disponatur rursum ad eiusdem animi susceptionem. Accedit quòd Homo non consequitur nunc summum bonū & vltimum suum finem. Nullum enim est in hac vita bonum, cuius consequitio hominis expleat appetitum. Necessè igitur est eum in alia vita consequi. At si absque corpore solus consequeretur animus, non esset summum bonum totiusq. finis, sed partis. Oporteret igitur animum rursus coniungi cum corpore, vt homini toti satisfiat.

Consueuere tamen Philosophi, tum illud obijcere, A priuatione ad habitum non est regressus: quam ob causam velut magnum absurdū ac profusū adu. amp. argumentabatur hoc loco Aristoteles, si anima per se moueatur, fore vt corpus egressa iterum ingrediatur mortuæque animalia resurgat. Tùm vero ita futurum, vt idem esset duo & vnum: duo, quia bis producitur & existit: vnum, quia idem, quod antea fuit, redire ponitur. Querunt præterea, num per eandem mutationem, quares primùm producta fuit, iterum reuertatur, an per diuersam. Diuersa enim esse non posse videtur, quoniam cùm mutatio sit idem re eam terminos esse. Multò minus eadè mutatio fuerit: quia mutatio, motus, & tẽpus, nullo modo redire possunt & præsentia esse, si semel fuerit præterita: contradictionem quippè continet, præteritum esse præ-

fens. Denique Anthropophagi homines obijciuntur. Dùm enim humanis vescuntur carnibus, heque in illorum substantiam mutantur, sanè aut ij, quorum sunt carnes, aut ij, quorum euadunt cibibus, ad vitam simul nequeunt reuocari. Idem de quouis animalium ratio cineris cibo, si Deus ambo in rerum natura restituere posse dicatur.

*Autoris sententia.* Ita fermè diuina potestas nostrorumque corporum resurrectio impugnatur. Ergò ens successiuu

1. libèter demus ne diuina quidem virtute idem numero redire posse. Cùm enim de duratione formalitatis rei successiuæ sit fluxus & durationis continuitas, quæ tollitur interruptione, pugnantia loqueretur, qui eundem numerò motum idemque numero tempus, quæ semel abierunt, affirmaret redire. Quoniam & vna essent & interrupta, presentia & praterita.

2. Immo nec in permanentibus idem numero & eadem ratione, hoc est cum isdem numero motibus & actionibus, sub eodemque numero tempore, redire potest: quoniã hæc ipsa redire nequeunt. Quò fit, vt nullum agens naturale corruptum quidquam valeat idem numero reparare. Quod & aduersus Platonicos probat S. Augustinus in 12. lib. de Ciuitate Dei cap. 13. & in quadripartito Ptolemeus & Orontius in tractatu de proportionibus, alijque per multi, fieri non posse ostendunt, vt cælestia sydera omnia reuertatur vnquam ad eadem loca & proportionem eandem: propter inæqualitatem secundum motuum singulorum. Neque vllum agens naturale potest absque motu & tempore quidquam producere: quare si motus idem & tempus redire nequeant, nec poterit agens, quod à motu pendet & tempore, eundem numero effectum reponere, sed productiones huiusmodi, quæ motum habet & tempus, multiplicatis hisce multiplicatur: cùmque motus sit idem re cum termino, & tempus idem cùm motu, vbi plures fuerint motus pluraque tempora, plures quoque necesse est terminos acres productas esse. Eadem ob causam idè numero effectus produci nequit à diuersis agentibus totis & omni ex parte distinctis. Si namque eodem id fieret tempore, idem sapiens nasceretur: si alio atque alio, eundem oporteret motum idemque tempore constitui.

3. Ceterum hæc non constringitur Diuina virtus. Sed illi potest esse ens permanens corruptum aut etiam. tum ad nihilu, numero idem reponere. Quoniam vt ea nec à motu pendet nec tempore nec alia re vlla ita nec naturalis forma aut quouis res producenda, dum actio diuina consideratur: sed sapiens eadem extinguit & reuocari potest, sola Dei voluntate, quæ vna semper est & eadem, ita constitutur. Vtque per eam creati primum potuit ex nihilo, ita creata & ad nihilum redacta recreari potest. Actio namque Dei volitio ipsius est, eadem semper perseverans, atque à motu & à tempore independens: eademque existente volitione actio eadem est, idem illius terminus. Et omnino inquit S. Gregorius lib. 6. moralium ca. 7. multò maius est creati quod non erat, quam reparari quod erat. Sed & ex perenni conseruatione sumas argumentu. Vt enim Deus idem numero esse conseruat quamdiu res vnaqueq. durat, sic & singulis durationis illius momentis possit illum ipsum esse largiri de nouo, si ad nihilum redigeretur.

4. Quòd si Aristoteles & Peripatetici dicant, A priuatione ad habitum non esse regressum, naturale

Axioma est, naturæque virtutem respicit: neque infinitam atque à motu liberã Dei virtutem agnouit Aristoteles, sed finitam planè & alligatam motui. Nos infinitis partibus meliorem virtutem aliamque. illius actionem nouimus. Cui dùm animorum nostrorum immortalitatem adiungimus, eòsque nostrorum corporum formatrices formas esse, idèque dimidias substantias, quæ à corpore separatae minus benè habeant, per opterque cum suis corporibus iungi & perfectiorem consequi conditionem, ac demum materiam etiam, cui debet vniri, naturã suã incorruptibilem: nã possibile esse naturali ratione cognoscimus nostrorum corporum resurrectionem, quam christiana fide credimus & speramus. Quæ omnia potuissent quidè Philolopi illi videre, qui animum nostrum immortalem & formatricem corporum formam esse intellexerunt: indèque fortasse ortum habuit opinio illa de animorum redita atque in diuersa corpora migratione, vt obseruauit aliquando S. Gregorius Nyssenus in disp. de Anima & Resurrectione. Quamuis alio atque alio modo Pythagoras, Plato, atque Empedocles migrationem eam facerent, aut in sola humana, aut etiam in bestiarum & fructuum corpora. Quoniam tamen plerisque & sanè sapièntioribus non probabatur; neque allequi modum poterant, quo redita ad propria corpora, quorum antea fuerant forma, perficerentur; quòd diuinam virtutem haud satis cognoscerent; hæserunt dubij, neque resurrectionis corporum veritatem admiserunt, immò impossibilem iudicarunt.

B Nos cetra fide ac religione credimus: litteris nimirum sacris à Deo edocti. quibus tum significata iam ratio accedit; tum naturalis appetitus beatitudinis, ac felicitatis, cui nò satis fit in hac vita, neque sine corpore potest esse perfecta, quia non vnus partis, sed totius hominis esse debet. quo argumèto visus est vti S. Paulus in posteriore ad Corinth. epist. c. 5. In hoc, inquit, ingemissimus, habitatione nostram superindui cupientes: quod nolumus spoliari, sed superuoluntari, vt absorbeat quod mortale est, à vita. Pluribus idè demonstrare ex Christi resurrectione; quod alterum fuit eiusdè Pauli argumèntum in Epist. ad Rom. c. 6. & priore ad Corinth. c. 15. & ad Philip. c. 3. & priore ad Thess. c. 4. Atque ex resurrectione plurium iam facta, ex aduersis rebus, tribulationibus, & ipsa morte, quas propter Deum libenter nunc & gaudenti animo tolleramus: quibus etiam vtitur Paulus in priore ad Corinth. c. 15. & posteriori ca. 1. Ex morte iam per Christum debellata, ex Dei iustitia, quæ non animam modo, sed corpus quoque, quòd & itineris comes & laboris socius & particeps fuit, afficere præmijs debet; alijque similibus argumentis, Theologi potius fuerit, quam Philosophi.

C Verum quæ indicata sunt, tum resurrectione futuram satis ostendunt; tum eiusdem numero corporis, quod interijt. Hoc enim vox ipsa resurrectionis testatur. Quippè restitutionem significat eius, quod perijt, excitationem eius, quod dormiuit; plenissimamque integritatem eius, quod cecidit; vt pluribus persequuntur S. Ioannes Damascenus lib. 4. de Orthodoxa fide ca. 28. & S. Gregorius Nyssenus orat. 1. de Christi resurrectione. Sacra namque litteræ excitandos illos esse affirmant, qui in monumentis sunt, quivè in terræ puluere dormierunt, eòsque, qui sunt in monumentis, audituros vocem filij Dei, Deum cõgregaturum pulueres & ossa ex

*Resurrectio  
posibilia.*

*Animarum  
transmi-  
gratio.*

5.

6.

6.

uniuersa terra, & Ezechiel eadem ossa, quæ in Cæpo erant, coniungi vidit & reuocati ad vitam. Tum verò luculentissimum est illud Iobi testimonium cap. 19. Rursum circumdabor pelle mea; & in carne mea videbo Deum; quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius. Alio qui nō esset idē Homo, si corpus idē non haberet, neq. idem corpus, quod animæ fuit laborum socius, præmio afficeretur aut supplicio. Animæ verò propētio, qua peroptat iterum vniri corpori, non est ad quodcumque corpus; sed ad illud, cuius antea fuit & est forma. Et Christus, Lazarus, cæteri que omnes, qui iam resurrexerunt, idem numero corpus acceperunt. Atque vt Christus resurgens Princeps illud ipsum glorificauit corpus, in quo fuerat passus; ita & in nobis futurū est. Angelorūque ministerium illud & studium in congregadis pulueribus & ossibus mortuorum, quod resurrectionem antecedit, inane profus ac superuacaneum foret, ni eadem futura essent corpora.

Quo circa vt Philosophorum lex illa, ex nihilo nihil fit, agentia obligat naturalia, non Deum; sic etiam de altera illa lege existimandum est, qua, A priuatione ad habitum decernunt non esse regressum. Neque obijciat, idem fore vnum & duo. Erit namque vnum & idem, sed bis productum, aliōq. & alio modo se habens: ac productum quidem primū creatione vel generatione, deinde verò resurrectione. Neq. diuersarum mutationum opus est diuersos numero esse terminos. Quippe idem vbi placium localium motuum terminus esse potest, idēque color medius diuersarum alterationum. Nam vt motus & terminus sint idem re, formalis distinctio satis est.

De Anthropophagis difficultas videtur esse illi per similes, quam de muliere, quæ septē fratres viros habuisset, proponēbant Saduuzi. At explicatio dissimilis. Sunt qui humanas carnes respondeant cibum non esse homini accommodatum, nec in eius substantiam mutari; & ideo separatas restitui posse illi, ex quo fuerunt acceptæ. Sed optimè S. Augustinus in 22. lib. de Ciuit. Dei cap. 20. experientia constare inquit & sensu percipi, eos, qui illas vorant ijs nutriti, sustentari, atq. pinguescere. Deinde eūm à feris ac piscibus deuoratur homo, an nō aptum alicui est alimentum? Eadem autem fuerit difficultas, sit vt hominem, sic bestiam aut piscem Deus ad vitam reuocet. Magis placuit alijs præcipuum ac singularem quandam Dei curam agnoscere, qua ex humanis huiusmodi carnibus partes eas separet, quæ ad illius, cuius erant, substantiam pertineant; vt illi tandem resurgenti restituantur. Simile quidpiam habet S. Iustinus in explicatione questionum Christianis propositarum: vt in cæteris cibis, ita in hoc vsu venire (non enim omnes tibi partes in illius substantiam, quod illis vescitur, conuertuntur) eāque carniū partes, quæ nō mutantur, restituendas in resurrectione illi, cuius fuerant. Præclarè verò S. Augustinus carnes illas dixit esse quasi mutuo acceptas à vorante, neque ad eius integritatem pertinere, nec illi debere restitui; sed alteri, cuius propriae sunt & ad cuius integritatem spectant. quemadmodum partes quoque absumptæ fame restituentur, quæ ad illius integritatem faciunt. Etsi partes ex penitus perijscent, nã illas posset. Præpotens Deus vnde cumque vellet reparare. Verūm ad Aristotelem reuertamur.

TEXTVS.

*Ἡ δὲ ἐξ ἑαυτῆς κίνησις καὶ ἐπὶ τὴν κίνησιν ἀδύνατος ἐστὶν ἐπιπέσειν ἐν τῇ κίνησει καὶ ἐν τῇ ἀκίνησει, οὐδὲν δὲ ἐπὶ τῆς κινήσεως κινήσειν ἐν τῇ κίνησει καὶ ἐν τῇ ἀκίνησει, καὶ ἐπὶ τῆς ἀκινήσεως ἀκίνησειν ἐν τῇ κίνησει καὶ ἐν τῇ ἀκίνησει. καὶ ἐπὶ τῆς κινήσεως κινήσειν ἐν τῇ κίνησει καὶ ἐν τῇ ἀκίνησει, καὶ ἐπὶ τῆς ἀκινήσεως ἀκίνησειν ἐν τῇ κίνησει καὶ ἐν τῇ ἀκίνησει.*

*Motu autem ex accidenti vel ab altero mouetur. Pelleretur namque vi animal. Non oportet autem, cui in seipso moueri in essentia, hoc ab alio moueri, nisi ex accidenti. Sicut neque quod per se bonum, aut propter se ipsum, hoc quidem propter aliud esse, illud autem alterius causa.*

*Animam verò maxime dicat, quidpiam à sensibilibus moueri, si modo mouetur.*

COMMENTARIVS LXX.

**N**on satis videntur Simplicius & Auerroës loci huius sententiam assequuti; cum Philosophum hæcenus probabilè putarim animam per se non moueri; nunc verò ostendere moueri ex accidenti. Quin potius illud ipsum agit, quod agebat antea? sextumque est argumentum, quo ex motu ex accidenti & ab alio iam concludit non moueri per se. Anima ex accidenti & ab alio mouetur, motu scilicet corpore, viq. externa impulso animali; non igitur per se à seipso mouetur. Etenim quod per se inest alicui, non oportet inesse illi per aliud; quare quod per se & substantia sua mobile est, id eodem illo motu ab alio moueri non debet; nisi fortasè ex accidenti; quòd si anima per se & natura sua motum habet, necesse non est moueatur per aliud atque ab alio. Exemplum adfert boni. **D** bonum enim per se bonum est, aut propter seipsum; ita bonum non dicitur propter aliud aut alterius causa: quorum alterum formalem causam significat, alterum finalem; ex quibus de efficiente motus causa ratiocinatur. Atqui anima tum ex accidenti mouetur, tum ab alio, ex accidenti dum corpus mouetur, siue ab anima mouetur, siue ab alio pellatur animal. Et rursum ab alio, cum à sensibilibus ad sentiendum atque ad eò ab appetibilibus ad appetendum excitatur. Vtrumque enim hoc membrum Aristotelem completi animaduertio. Vt propterea prima huius orationis verba (parua enim mutatio est) ita fortasè legenda suspicet (ἡ δὲ ἐξ ἑαυτῆς κίνησις καὶ ἐπὶ τὴν κίνησιν ἀδύνατος ἐστὶν ἐπιπέσειν ἐν τῇ κίνησει καὶ ἐν τῇ ἀκίνησει); motum autem ex accidenti atq. ab alio mouetur) vt membrum contineat & proponat vtrumque, cui sublequens probatio respondet.

Iam huic argumento ne quis resistat, rem eandem obijciat & à se & ab alio, & proprio & alieno motu moueri, indèque & naturalem esse motum & violentum, & per se & ex accidenti. Intellegat namque duo oportet. Primum quidem de motu eodem sermonem esse, neque fieri omninò posse, vt eodem motu & natura sua & ab alio, & per se & ex accidenti mouetur quidpiam. Elementum & natura & vi mouetur: at sursum vel deorsum natura, vi in oppositā partem: homo ex se graditur, vehitur autem & ex accidenti mouetur curru aut nauis vectus.

vectus. Et omnino eo motu, qui est per se, nunquam moveri potest aliquid ab alio: quoniam esse per se & esse per aliud opponuntur, vnumque alterum tollit. Etsi motus qui est per se & a natura rei, alio indigeret, imperfectum esset & inutile, id quod a natura fit.

Alterum autem, per se moveri hoc loco id dici, non quod sibi ipsi sit motus causa, sed quod in essentia motum habet: quod verò eiusmodi sit, si illo ipso motu ab alio moveretur planè periret: quia motum ex se iam haberet, in quo illius essentia ponebatur. Ita quod ex se mouetur atque in essentia sua motum habet, eodem nunquam motu ab alio moveri potest. At anima & ex accidenti & ab alio mouetur, non igitur per se & essentia sua mouetur.

Anima ut a sensibus mouetur.

Ceterum quod ait Philosophus animam à sensibus moveri, minus accommodatè interpretatur Philoponus; dum animam exponit ex huius mundi sensilis cognitione in Dei cognitionem venire, atque ex rebus singulis, quæ sub sensum cadunt, vniuersalis cognitionem colligere. Etenim verum quidem est, id quod dicitur, sed non hoc nunc agebat Aristoteles, qui ad illud respiciens, quod in 2. & 3. explicabit libro, sentire esse quoddam pari & moveri ab obiecto sensili; nostramque intellectionem ex sensilium motione proficisci; animam suè sentiendi suè intelligendo à sensibus moveri asserit: moveri inquam ad sentendum aut intelligendum & omnino ad cognoscendum, atque ad eò ad appetendum de que loco ad locum mouendum; vt omnem animæ operationem comprehendas. Hoc enim agebat, an anima moueatur ex se ipsa, an ab alio incitata operetur; atque à sensibus eam permoueri.

Si modò inquit mouetur, quod aut propterea additur, vt putat Simplicius quod motus à sensibus obiectis afficiat organum corporis, non animam, atque in illo duntaxat suscipiatur, non in anima, Organum enim est, quod dissipatur aut congregatur omnino que alteratur; anima de pulsantibus ac mouentibus organum qualitatibus iudicat. Aut quòd (vt suo loco docebit) animæ operatio circa sensilia quæ passio quadam est & alteratio, non est verè ac proprie motus, sed aliud quoddam alterationis perficientis, non perimentis, genus. Sic enim ipsemet in tex. 57. & 58. lib. 2. interpretabitur.

Etenim potuisset, inquit S. Tomas, respondere Plato, ab hisce obiectis non moveri animam, sed ea potius motui animæ per ea discurrentis occurrere. Verum si anima sufficiens sibi non est, vt suis duntaxat viribus omni externa obiectorum operè destituta operetur; vt get nimirum adhuc Aristotelica argumentatio, qua eam conficit per se mobilem non esse, sed ab obiectis, à quibus ad cognitionis & appetitionis actum reducitur.

Anima ut a sensibus mouetur.

Quòd verò habet Philoponus, à sensibus moveri animam eodem prorsus modo, quo Geometra dormiens ab eo mouetur, qui à somno illum excitat; aufferendo scilicet contemplationis impedimentum; non item iniiciendo intrudendouè Geometrica Theoremata. Sic enim animam, cum in se rationes contineat rerum, ob generationis tamen corporeæq. naturæ commercium graui quasi sopore oppressa; ad eas cognoscendas ab obiectis excitatur: Academicum potius est, quam Peripateticum. Non enim admittit Aristoteles cognoscen-

**A** darum rerum rationes insitas esse animæ, quæ velut tabellam esse vult, in qua nihil sit scriptum, sed inscribi omnia possint. Qua de re pluribus suo loco. Interim de motu sensus à sensibus Themistiū audi. Non videtur, inquit, sensus à sensibus moveri: sed sensilia id agere, & habere rationem talem, vt sine ijs sentire non possit. Sensus Araneis per similibus est, quæ muscas, culices, & asilos in pediculis telarum incidentes irriteratque aggrediantur. Id non bestiarum facit infelix accessus, quamquam sine accessu illo non grassantur aranei: sed vis eius generis insita & cibi cupiditas. Eodem modo sensilia si in sentiendi machinamenta sensoriaque partes incurrerint, ad comprehensionem sui prouocant admonentque animum. Nam quemadmodum culex phalangium excitat, & venatorem captura, omnèque concupiscendum id, à quo concupiscitur; ita & animam moveri ab illis dicendum; quæ extrinsecus accidunt, velut irritamenta incitantiaque sensuum. Quod latius patet in concupitis appetitiisque. Quæ grauisissimi interpretis verba placuit adiungere, vt de motu à sensibus in sensu factò, quem in 2. libro sæpè nominari audies; intelligas quam habuerint Peripatetici sententiam. Non inquam moveri animam à sensibus, sed ad eorum præsentiam immutato corporis organo agere animam ex se ipsa, seseque ad illorum comprehensionem atque appetitionem mouere; nihil ab illis recipiendo, sed actum suum promendo. Vt propterea pauimento quoque sensilia, ingredienti animam, comparare Themistius item non dubitauerit. Nam vt pauimentum non mouet ingredientem, sed in eo ingredientis motus fit, sic à sensibus anima verè & proprie non mouetur, sed suos motus & actus circa illa promit. Quod enim habet Aueroès sentiendi animam & à sensibus moveri & sensilia mouere, tum ab Aristotelis sententia alienum est atque ex deprauato textu profectum, vt alia pleraque: tum à veritate. Namque operatio sensus immanens quo tandem modo sensilia moueat.

**B**

**C**

**D**

TEXTVS.

*Anima pulsa & ei motus per se ad se mouetur, & ad se mouetur. Sed motus per se non est motus, sed est motus per se ad se mouetur, & ad se mouetur. Sed motus per se non est motus, sed est motus per se ad se mouetur, & ad se mouetur.*

*Ceterum si mouet quoque ipsa se ipsam, & ipsa mouetur vniuersum. Quare si omnis motus recessus est rei mota quatenus mouetur, anima quoque recedere sanè à substantia, nisi ex accidenti se ipsam moueat. At est motus substantia ipsius secundum se ipsam.*

COMMENTARIVS LXXI.

**H**oc est septimum Philosophi argumentum, quo animam ostendit non esse id, quod per se mouetur. Si anima seipsa per se mouet, nimirum ipsa & mouet & mouetur. At motus recessus quæpiam significat alicuius ab aliquo, omnèque quod mouetur, quatenus mouetur, recedit ab vno termino & eo priuatur, vnde mouetur, transitque ad alium, ad quem mouetur. Si uè in qualitate sit motus, si uè in quantitate, si uè in loco, à calore ad frigus, à quantitate imperfecta ad perfectam, ab vno

7. Argumentum.

Motus & mutatio quid.



culos in statuam iniecto mouebatur gestusque quosdam faciebat, eodem illo motu, quo iniectum argentum mouebatur: ita Democritus animalium corpora moueri pronuntiauit, quod orbiculares Atomi semper mobiles in illis contentæ (has enim animam esse voluit) mouerentur, secumque traherent, ac mouerent corpus. In quibus manifestum est de corporeo & locali motu sermonem esse.

Hermaphroditi Statuam legit Auerroës: quod ex græca linguæ ignoratione profectum est. Græca enim vox ἀφροδίτη Venerem significat, ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης id est à spuma dictam: siue quod ex maris spuma fit nata, vt Hesiodus & Plato voluerunt, siue vt Aristotelis placuit in 2. lib. de animalium ortu cap. 2. quod spumosa sit spermatis natura, quod rei veneris materia & instrumentum est.

Spuma à spuma dicta, & cur.

TEXTVS.

Ἡ μῆτις ἐρασίησιν ἐστὶν ἐξ ἡμετέων τῶν πῶς ἐστὶν τοῦ πῶτος, χαλεπῶν. ἢ δὲ ἀδύνατον εἶπαι· διὰ δὲ τὸ εἶχ' ὅτι τῶς φησὶται κινεῖν ἢ ψυχῆ τὸ ζῶον, διὰ τὸ εἶχ' ἀφροδίτης πῶτος καὶ νοήσας.

Nos autem queremus, si & quierem facit hoc ipsum. Quomodo autem hoc faciet, difficile aut etiam impossibile dicere. Profusus vero non ita videtur anima mouere animal, sed per electionem quandam & intellectionem.

COMMENTARIVS LXXIII.

Dvo Aristoteles Democrito objicit, quæ magna attentione digna esse Philoponus inquit. Nam & paucis proponuntur verbis, & validissima continentur argumenta. Alterum est, animam non solum corpori adferre motum, sed & quietem. Non enim semper animalia mouentur, sed per sepe quiescunt, & in medio etiam motu seipsa fistunt neque progrediuntur ulterius. At quamnā aliam, quam animā, proferas causam? Atomi verò illæ vt mouentur semper, sic motum semper, quietem nūquam adferrent: vitæq. potius priuationem exitu suo facerent. Si igitur Atomi sunt anima, quæ tandem fuerit quietis & consistentiæ causa? Itaque hoc vnicò argumento duo planè conficiuntur. Primum, animam igneas illas atomos non esse. Deindè, non posse Democritum de anima ita sentientem quietis vllam adferre causam. Demonstratioq. tum ex sensu petitur, quo animalia cernimus & moueri & quiescere quando volunt: tum ex animæ natura, quæ in eternum animatis principium est motus & quietis.

Argumentum.

Argumentum.

phantasia & appetitio, intellectio, & electiones quædam.

Alterum argumentum est, omnindè Democriti positionem ijs aduersari, quæ tum in animalibus omnibus, tum in nobis ipsis cernimus: neque animam ita, vt ille in quiebat, animalia mouere, velut argentum viuum mouet statuam cui infusum est: sed cognitione planè & appetitione, hoc est spontaneo & voluntario motu mouentur & vbi libuerit quiescunt. Dum enim intellectionem & electionem hoc loco legis, cognitionem quoq. sensus, & quæ eam sequitur, appetitionem intelligas, vt omnis animalium omnium motus comprehendatur. Tum quia vniuersè Philosophus loquitur de animali eiuq. motu: tū quia non absolutè intellectionem & electionem, sed intellectionem &

A electionem quandam dicit. Neq. vobis adhuc in phantasia distinxit & propriam intellectionem: quarum illa mouet animalia omnia, hæc hominem duntaxat. Cognitione siquidem, siue sensus siue intellectus, excitatur appetitus aut irrationalis aut rationalis, appetitūq. sequitur motus ad appetita prosequenda vel ea reijcienda, quæ fuerint auersata. Profusus igitur non ita mouet animal anima, vt in quiebat Democritus, aut lignea statua atomorum seu fusilis argenti motu: quoniam esset violentus animalium motus, sed spontè atque ex electione. Nam et si spiritus à cerebro ad partes carter corporisq. organa diffusionè & quasi impulsu moueatur animal, spiritus tamen non est primaria motus causa, sed animæ velut primariæ causæ instrumentum; quo non impulsu mouentur membra, sed comportatur calor, sine quo moueri non possunt. Frigida namq. torpent & velut immobilia sunt; calefacta euadunt ad omnem animæ nutum atque imperium prompta.

Spiritus & calor mouendo necessarii.

Τὸ αὐτὸν δὲ φησὶν ἐξ ὅτι ἡμῶς φυσιολογῶν τῶν ψυχῶν κινεῖ τὸ σῶμα καὶ τὸν κινεῖται αὐτὸ τὸ σῶμα κινεῖ, εἴς τὸ συμπεπληχθῆναι πῶτος αὐτῆς σωτηρίας διὰ τὸ εἶχ' ἢ τοῦ κινεῖται, & μεταελεσθέντος καὶ τῶς ἀρμονικῆς ἀρρήτων, ὅπως ἀδύνατον τὸ εἶπαι· φωνὴ ἀρμονικῆς ἔχει, ἢ τὸ πᾶν φησὶται συμφωνεῖν φωνῆς. τῶν διδωσέας εἰς κύκλον κεντρικῶν, ἢ διεκλινῶν τὸ εἶος κύκλου διὰ κύκλου διασπῆσθαι σφαιρικῶν. καὶ τὸν πᾶν ἔχει διεκλινῶν εἰς ἐπὶ κινεῖται, ἀπὸ τῶς πᾶν τὸ εἶος φησὶται, καὶ τῶς ψυχῆς κινήσεις.

Ad eundè autem modum & Timæus naturali ratione consistit animam mouere corpus. Quod enim moueatur ipsa, & corpus etiam mouere, propterea quod cum eo coniuncta sit. Constantem namque ex elementis & harmoniis distinctam numeris. (vt & sensum & instam harmoniam habeat, & vniuersum consonantibus feratur latonibus) rectitudinem in orbem flexit: cuiusq. ex vno circulo duos circulos distinxisset duobus connexos punctis, rursus vnus in septem circulos, quasi cæli lationes sint animæ motus.

Timæus.

COMMENTARIVS LXXIII.

Secundo loco sub Timæi persona Platonis sententiam adfert. Timæus enim & Platonis Dialogo nomen dedit, & Platonis sententiam explicauit. Quæ partim similis Democriticæ fuit, partim dissimilis. Similis; quod animam ille ipse mouere corpus voluit generali illa ratione, quod ipsa seipsam moueat. Dissimilis autem duplici nomine: Primum speciali causa, propterquam ipsa mota moueat corpus. Deindè diuersa profusus essentia & compositione animæ. Cur anima mota moueat corpus, illa Democrito fuit causa, quod in corpore sit cæd in vase, & fusile argentum in lignea statua; ideòq. moto contento moueri quoq. id, quod continet. At Platoni hæc; quod cum corpore coniuncta sit quasiq. contexta & complicata. Quod verè Simplicius nil aliud, quam continuum quandam presentiam in toto ipso existentem significare dixit. Dūmq. vniuersum velut illius actus permeat ac peruat corpus, facillè agitat illud & quocumq. libuerit secum mouet. Et irrationalis anima magis, quam rationalis, ea ex parte cum corpore contexta & complicata, quod non solum est illius actus & perfectio, eoque vtitur, vt instrumento, sed ex

Vno dicitur anima cum corpore.

eius etiam potestate educta est; atque cum eo extensa. Supra has omnes vnio est diuinarum ac celestium animarum ad operationem duntaxat, pura magis & absque compassione vlla.

Quam verò diuersam à Democrito de essentia anime opinionem habuerit Plato, manifestum erit ex ijs, quæ antea diximus in Commentario 44. qui huius totius loci interpretationem adferet. Animam quippe mundi, quam inferiores omnes imitantur, voluit ex rerum omnium elementis constare: non inquam ex quatuor hiscè notissimis corporibus, igne, aëre, aqua, terra, quæ passim elemente vocantur: sed tum ex illis quinq. ab iplo subtiliùs excogitatis, essentia, eodem, diuerso motu, & situ: tum verò ex numeris, ijsque harmonicis. **C**ur ex quinque illis principijs atque adeo ex numeris componeret animam, causa nulla subiungitur. Sed duplex intelligenda est. Altera, quoniam hæc illi fuerunt generalia & communia rerum omnium principia. Altera, vt cognoscere omnia posset anima propter naturæ similitudinem & cognatione. Media namque inter intellectuilia & sensilia existens, cum illis identitate & situ conuenit, cum his diuersitate & motu. Cur verò ex harmonicis numeris, triplex adfertur. Prima vt sensum habeat, hoc est vt percipere possit & cognoscere celestium motuum harmoniam: siquidem cognitio similitudine nititur, similique cognoscitur simile. Altera, vt in sitam habeat harmoniam, & proportionibus hiscè partes illius in vnã connectantur naturam. Omnino enim & intellectuiles naturas & animam nostram, & quæ infra animam sunt, concentibus quibusdam quasi vinculis connecti voluerunt Academici; harmoniamque colligatricem atque identitatis effectricem virtutem appellarunt. quod in sonis apparet; qui si proportionem non consent, pugnant inter se & in diuersa velut dissidentes abeunt; si consent, concentus velut plurium vnio efficitur ex omnibus. Pluribus hæc inter ceteros Proclus in Timæum Platonis persequitur. Tertia, vt vniuersum consonantibus feratur lationibus: hoc est vt harmonicè mouere cælos, harmoniamque illam, quam in supremis illis ac ceterorum omnium rectoribus moderatoribusq. corporibus inesse oportebat, efficere posset. Si enim idem mouet cælum anima, quia mouetur ipsa; nisi harmonicè ipsa constet & moueatur, nec harmonicè mouebitur Cælum. Ita in mundi præsertim anima potestas est, tum cognitrix, tum effectrix harmoniæ. In anima quoque nostra, vt in imagine & secundaria ratione. Nam & cognitrix horum concentuum est, & in eius facultatibus atque openbus artis ab ea profectis proportio existit. Vt modo probandum sit, quod aliqui verba illa (vt & sensum & in sitam harmoniam habeat) ad animam nostram referant, quæ harmoniæ cognitrix est, non effectrix: illa verò (& vniuersum consonantibus feratur lationibus) ad animam mundi, quæ celestium motuum conuentus effectrix sit. Potiusq. vtrumque de vtraque intelligendum est.

Quinam essent hi harmonici numeri, quasque proportionem & harmonias continerent, abundè satis dictum est in indicato Commentario, neque hic rursus dicere oportet. Aristotelis narratione obseruabis ab ea discrepare non nihil, quæ apud Platonem legitur. Namq. lineam rectam Plato ex elementis, & principijs commemoratis ab opifice Deo primum productam in duas diuisit, atque

Platonis  
de anima  
composicione  
sententia.

Cur anima  
ex harmoni-  
cis num-  
eris.

Aristotelis  
narratio-  
nem à  
Platone  
diuersam  
esse.

ita coniunctas, vt sese decussatim secarent; circumduxit, duosq. primum descripsit circulos, alterum maiorem altero: deinde minorem in alios septem diuisit, quibus maiore illo circuncincto octo profusus essent circuli, octo caelestes orbes, primum mobile & septem planetarum orbes maiore illo contenti. At Aristoteles non ita. Namq. lineam rectam ex elementis factam in orbem statim duxit, & vnũ fecit circulum, quem in duos mox diuisit. Deinde coniunctionem ac sectionem mutauit, quam Plato duarum linearum esse voluit, Aristoteles in duobus circulis posuit. Non enim tantam fidem in hac commemoranda sententia necessariam esse iudicauit: quod, vt ait Philoponus, perinde ad præsentem disputationem foret vt rous modo diceretur.

Dubitat autem in his idem Interpres, num animalia, quæ ratione carent, harmoniam percipiunt; hoc est an harmonia & concentus intellectu solo an etiam sensu comprehendatur. Nam & ouium greges fistularum sonitu congregantur, & equitubarum sono incitantur ad bellum; & id genus alia obseruantur. Verè que respondent, sonorum quidem ac vocum ea sensum habere, concentum tamen ac harmoniam non comprehendere. Harmonia namq. proportione constat plurium vocum ac sonorum; quæ non nisi comparatione ac ratiocinatione cognoscitur, dum proportionem illam concinnitatem & gratiam habere iudicatur. Temperatis ac proportionatis oblectantur sonis; & quilibet sensus moderato & conuenienti obiecto, alijq. & alij in illis excitantur affectus; at illorum, proportionem non animaduertunt: quare materialiter fortasse concentus & harmoniæ sensus est, formaliter intellectus solus. Eadem est infantium conditio: dum ante rationis usum, si placent, cantu placantur. Nam in tex. 131. lib. 4. Physic. Aristoteles quoq. numerum formaliter intellectu solo dixit comprehendere; Concentusq. & harmonia numerus quidam est.

Vbi verò Philosophus addit (quasi cæli lationes sint animæ motus) obiter obseruabis, aut vt dicitur, propter quæ, circulatione dictam tuentur vocem eam tũ pro specie motus circulationi opposita, vt alibi sapè; tum pro genere vniuerso localis motus, vt fortasse hoc loco, vsurpari posse. Quidpiam verò addendum putat Philoponus, vt manifesta magis sententia sit: legendumq. (quasi Cæli lationes sint secundum animæ motus.) Non enim affirmare voluit ex Platone Philosophus, eosdem animæ ac cælorum esse motus: sed cum cæli motus ab illius anima deriuetur, tales eos esse deducit quales sunt animæ motus. Veram nihil est opus addere. Est enim conclusio causalis, quæ superiori respondet, animam mouere corpus quod moueatur ipsa. Explicata namq. Platonis de anime opinione, Cæli lationes concludit esse profusus tales, quales sunt animæ motus; quoniam hi sunt illarum principia & causa. Cuius rei dum Philoponus exemplum proponit animam in cera clausam, quod dum mouetur ceram quoq. moueat, Democriti potius, quam Platonis, ac commodatum exemplum ad fert. Is enim animam in corpore vcin vase posuit. Plato non ita, sed cum eo coniunctam. Ille vt impellentem, hic trahentem potius accipientem, vt Themistius loquitur.

Duplicemque dixeris rationem esse, quæ Philosophus ex animæ natura colligat eiusmodi esse: caeleste

Calorum motus cur in orbem, curque harmonici.

caelestes motus, hoc est & circulares & harmonicos. Moueri namq. atq. in orbem torqueri Caelum oportuit, quod anima circulus sit. Harmoniam quoq. & concentum suis motibus reddere, quoniam motrix ipsa anima numerorum concentu & harmonia constat. Haecq. vna erat ex illis rationibus, propter quas anima harmonicis numeris constare videbatur; vt harmonicum Caelo adferret motum. Addit Simplicius caelestes quoq. lationes esse animae motus, hoc est illis similes; nempe vt animae motus circulares sunt, ita & caelorum motus in orbem illos imitantur & quoquomodo repraesentant. Deniq. quoniam haec pluribus persequi Academicum potius aut si maius Pythagoricum, qua Petipaticum est; vnum illud subijciam velut commentarij totius clausulam: Platoni familiare fuisse mathematicis rebus vti ad explicandam naturam, propterea que Timaeum Pythagoricum hominem aduocat, vt suam de anima sententiam lineis ac numeris inuoluat potius, quam explicet, posteritati que velut mysterium proponat.

Calorum motus harmonici cur.

Caestia porro corpora suis motibus harmoniam & concentum facere ideo Pythagoras affirmavit, quod & plura sint corpora, & magna, & velociter mota. Nam quae hic nobiscum sunt, sonum edere animaduertimus: que si cum illis comparentur, & perexigua sunt & tarde mouentur. Ac rursum quae est proportio magnitudinis & interualli velocitatisq. motuum, ea est & soni quoque quem dum mouentur edunt. Namq. maius caeleste corpus mouetur velocius; quodque velocius mouetur, acutum magis edit sonum. Ita in magnitudinibus Geometrica, in sonis harmonica, musicaque proportio fuerit. Esti assuetudine longa vsuq. continuo factum est, vt minime exaudiat a nobis. Et nisi si leas, non audis sonum; quoniam sonus sonum impedit, vnumq. contrarium apposito contrario altero maxime cognoscitur.

Cur a nobis harmonia illa non sentitur.

Subtiliter sane excogitata sententia, sed minime credenda. Tum quia sonus omnis, vt in 2. libro docebitur aeris inter solida corpora mota intercepta attritione fit; inter caelestia vero nullus aer, nullum interceptur aut atteritur corpus, nullus igitur sonus. Tum quia soni, qui in inferioribus hisce excitantur, & exaudiuntur semper, neque vlla obest assuetudo, nullo occultatur vsu. Nulla igitur ibi harmonia alia, nullus concentus, quam corporum illorum & motuum proportio; intellectuils potius, quam sensilis. Quodque Pythagoras dicitabant discipuli, sonum illum eum audisse; propterea fuerit dictum, quod is intelligentia proportionem illam comprehenderet ac primus excogitauerit. Pluribus hac de re Simplicius & alij disputant in 2. lib. de Caelo; vbi Aristoteles a tex. 52. & deinceps tum Pythagorae opinionem commemorat, tum confutat.

Cur Pythagora sensisse dictum fuerit.

TEXTVS.

Πρώτον ἴδω ἢ ἢ καλῶς, ἢ λέγειν τὴν ἀρχὴν μέγιστον ἢ τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων ἢ τὴν ἀρχὴν τῶν ὅλων, οἷον πῶς ἐστὶν ὁ καλῶς ἢ καλῶς ἢ ἢ τὸν ἀρχὴν τῶν ὅλων, αὐτὸς οἷον ἢ ἐστὶν ἀρχὴν τῶν ὅλων, ἢ καλῶς ποιεῖ.

Tex. 46. Primum quidem igitur non recte dicere animam magnitudinem esse. Animam namque vniuersi manserunt.

Animam, quod a talem vult esse, qualis est qui dicitur intellectus. Non enim vtrique qualis sensitiua, nec qualis appetitiua. Harum etenim motus non circularis.

COMMENTARIVS LXXV.

Paucis omnino a Democrito aut etiam ab alijs expediuit se Aristoteles. Supinas enim illas opiniones, vt verbis vtar Themistij; quae animam aut ignem, aut aqua faciunt, aut sanguinem, aut atomos rotundas aut leues, incessere aut impellere nulla erat laus: quia in id quiuis ingenio vtrumque pingui & tardo, ne dum Aristoteles vix tantus diligentia & doctrina, suffecerit. Sententiam verustissimam & grauissimam proximaeque accedentem ad verum diligenter & accuratè persequitur. Propterea fortasse non sub Platonis, sed antiquioris Timaei persona illa proposuit, quod antiquitas auctoritatem & maiorem fidem conciliare videbatur. Nisi & erga praecceptorem suum accesserit reuerentia.

Cur Timaei nomine sententia Platonis saepe proponatur.

Duas omnino partes opinio continebat. Altera, lineam aut circulum; altera harmoniam quandam & concentum animam esse affirmabat. Vtramque exagitat ita Philosophus, vt primum ostendat magnitudinem non esse, hoc est neque lineam neque circulum. Deinde quoniam alijs etiam placuerat harmoniam esse, si non numerorum, certè qualitatum; illos quoq. complectens harmoniam non esse demonstrat. Primum igitur minus verè atque accommodatè dictum fuisse animam magnitudinis esse; ita concludit. Anima mundi velut intellectus est, non vt anima sentiens aut appetens. Si quidem harum motus est rectus, dum in se ipsas nunquam conuertuntur, sed ex vno progrediuntur in aliud; velut linea ex vno puncto in aliud: & vbique circa propositum obiectum versantur circaque illud operantur, aut cognoscendo & ad se traducendo, aut appetendo & ad illud progrediendo. Anima vero mundi motus est circularis, dum in orbem caelestia corpora vertit. At intellectus magnitudo esse non potest, nec quidquam in magnitudine: non igitur ea potest magnitudo esse.

Animam magnitudinis non esse, primis argumentum.

Sanè intellectum Plato magnitudinem esse non credit, vt Philoponus multus persequitur, in corpoream eum animam fecisse ostendens. Sed linea recta operationem illam significare voluit, qua & ad corpus progreditur, & alia extra se cognoscit: circulo autem operationem alteram, qua cognitione conuersa seipsum intelligit. Hominis tamen verba iure optimo Philosophus reprehendit: tum ne qui dialogos eius essent lecturi, inciderent iam in errorem. Quippè vt antea diximus, id quemque sentire iudicamus, quod verbis significatum quia probi hominis verba dissentire a mente non debent: neque grauis Philosophi est aliud sentire & aliud dicere. Non enim audiendus Philoponus est, dum Aristotele sit non tam cōsultare, quam interpretari Platonis sententiam. Quoniam si interpretem ageret, non tam quid ille non senserit quā quid senserit explicaret. Verba tamen potius eum, quā sensum, cōsultare, ex illo sermonis initio colligas, quo eum inquit non rectè dicere animam magnitudinē esse. Non enim ait opinari vel sentire, sed dicere: quasi non tam sententiam praehendat, quam verba. Et si verò nulla anima sit magni-

Vt veteres interitum reprehendat Aristoteles.



terminus ac partium copula. quod fortasse propter Platonem fuit additum, qui corpus ex superficiebus, superficiem ex lineis, lineam ex punctis constare voluerat. quam sententiam in 6. Physic. lib. necessarijs rationibus profligavit. Iam si punctorum actum intelligere dicatur, sanè innhita sunt atque innumerabilia in magnitudine pūcta; quare cum infinitum percurratur nunquam, neque innumerabile numerari possit; nihil vnquam intelligeretur, si per singula puncta intelligendum esset. Quod si vnus puncti actum dixerint esse satis; iam cetera omnia puncta totamque magnitudinem inutilem fateri cogentur, intellectūque impartibilis erit & solus ille punctus. Si verò non vnus modo, sed punctorum plurium necessarium esse actum prætendant; cur hæc potius adhibeantur, quam illa? Cur tot, & non plura vel pauciora? Et cetera omnia nonne superuacanea erūt & otiosa? Sin autem per veras & diuiduas partes intelligat; aut per singulas intellectilia omnia cōprehendit; atque ita cum plures, immò infinitæ partes, tum in toto, tum in singulis partibus, diuidi queant; sæpè & verò infinities eandem rem intelligeret. Sæpè quidem, inquit Philoponus & Simplicius, si finitas in partes diuidatur; infinities autem, si in infinitas. Quod præterquam quod frustra & absque necessitate factum naturæ operibus non consentiret; ijs quoque aduerfaretur, quæ in seipso quisque experitur. Animaduertimus enim semel quoque rem nos vnquamque intelligere posse, si semel intellexerimus neq. amplius de illa cogitemus aut prorsus obliuiscamur. Aut per vnica partem rem quamque intelligit. Quod si fiat, quid opus est moueri eum in orbem aut omnino magnitudinem vllam habere? Hæc namque propterea videntur de intellectu dici, vt alijs atque alijs partibus intellectilia tangat.

Ceterum primum illud membrum, quo quærebatur, an se toto intelligat, statim confutabitur. Iam intelligas occulta & latenti argumentatione Philopophum in his ostendere intellectum suapte conditione ac natura impartibilem esse magnitudinisque omnis expertem. Et quamuis nil asseratur, sed solum magnitudinem non esse ostendatur: via tamen & aditus preparatur ad animæ nostræ immortalitatem, cognoscendam; quæ ex immaterialitate atque impartibilitate deducitur. Eamque sententiam, quæ secus pronuntiauit, indignam planè suo auctore fuisse, nō immeritò scripsit Themistius. Simplicius verò ex operatione ad essentiam progrediens dialectico vtitur loco. Nam si operatio impartibilis est, multò magis essentiam, quæ illius principium est, impartibilem esse oportet. Operationem impartibilem esse demonstratur quia neque ad corpus protenditur, neque illo vt instrumento vtitur. Tum quia illius obiectum, nempe intellectile, impartibile est; quòdque est impartibile, impartibili itē intellectione cognoscitur. Nam etī circa sensilia cum sensu & phantasia versetur, puram tamen & synceram aliam circa immaterialia & intellectilia actionem habet. Neque corpus vsui esse potest, nisi ad corporea & partibilia sibi similia cognoscēda. Namque in his, dum in hoc corpore versatur intellectus, suam quoque corporei sensus & phantasia præstant operam. Intellectum autem rationalem animæ vitam appellari, quam etiam cum sensitiua & appetitua contra distinxit.

TEXTVS.

*Εἰ δ' αἰσθησῶν τοῦ ὅλου καὶ ὁλοῦ τῶν ἑστῶν τῶν μορίων ἕστις.*

*Si vero necesse intelligere toto tangentem circulo, quis Tex. 48. est partium tactus?*

COMMENTARIVS LXXVIII.

**S**anè primum illud partitionis membrum, quo quærebatur an circulus is intelligat se toto, iisdem ferè argumentis confutari potuisset, quæ de partibili ac diuidua parte fuere proposita. Verum hæc repetere piguit compedio vtentem, acutòque ac solerti Lectori aliquid relinquente. Proprio alio vsus argumento aduerfatum interrogat, si intellectio totius sit, toto inquam circulo partibus omnibus tangere circulationeq. perfecta; quamnam singula partes præstabant operam? Nam si intellectio actū præstatur; dum circulus voluit & singula tangunt partes, qualis est is actus? Cur non sit intellectio? Nunquam enim circulus totus secundū omnes partes simul tangit. Et in fine conuersionis tangit quidem pars vna, sed aliq. non item. Cum igitur eiusdem rationis sint omnes partes, cur non a què priorum ac postremæ partis actus ad intelligendum efficax fuit? Et quid opus illarum actū fuit? Quid circuli conuersione ac circumuolutione? Nam si hæc sola postrema pars intellectionem adfert, si hæc sola absque aliarum conuersione & actū tetigisset, intellectio nimirum fuisset.

Certè se toto tangere illud dicimus, quod suis omnibus partibus tangit, omnes igitur vim adferunt intelligendi: at quod voluitur, partibus simul omnibus non potest tangere, nec igitur se toto intelligere. Rursum hæc etiam in illis verbis argumentatio latet. Circulus homogeneum quiddam est, eademque vis & natura totius & partiu. Nam et si qualibet pars nō sit circulus, quantitas tamè quantitas est vt circulus; tactusq. quantitates est, & circulo ac partibus conuenit quatenus quantitates sunt. Si igitur totius circuli actus intelligendi vim habet, cur non etiam actus partium? Hæc enim, inquit Simplicius, intelligētis, quatenus intelligētis, particule calefactiuæ erunt; sed & ipsas etiam intellectiuas fatendum est esse.

TEXTVS.

*Ἐὶ δ' πῶς νοῦν ἢ μὲν ὅλον ἢ τὸ αὐτὸ μέρους.*

*Præterea quomodo intelligit partibile impartibili, & impartibile partibili?*

COMMENTARIVS LXXIX.

**T**ertia hæc mihi videtur argumentatio esse, quæ superioris diuisionis membra omnia complectatur. Aut enim, in quiebat, toto intelligit, aut partibili ac diuidua parte, aut impartibili atque in diuiduo puncto. Trimembrem hanc diuisionem iam ad bimembrem reuocat; aut partibili intelligit, aut impartibili. Totum partibile est, punctum im-

*Intelle-  
ctus im-  
partibili-  
tas.*

Digressio XII. Quot sint instrumenta cognoscendi.  
Et an circulo vti liceat.

Ceterum vniuersa Philosophi hac probatione, tres omnino graues difficultates inuoluuntur. Prima, quid cognitio practica & theoretica differant. Altera, num duo hec tantum, quae commemorantur, cognoscendi instrumenta sint, definitio & demonstratio, an etiam plura. Tertia, an in demonstrando redire ad principium circuloq. vti liceat. Primam in 3. lib. opportuniore loco examinabimus.

Instrum.  
ta sciendi  
qua.

In altera diuisionem & analysim addunt Simplicius hoc loco, & Ammonius in Proemiū Prophetij & Eultratus ad initium 2. Poster. & Proclus in primum Euclidis lib. c. 14. Alij compositionem quoque, & omnino methodum. Alij propositionem, alij ratiocinationem topicam & inductionem. Nam Aristoteles quoque in 2. de Priori Analyti, cum ageret de inductione, & in 1. de Posteriori tex. 1. & 33. & 1. topic. ca. 7. & 10. & 6. de Moribus ca. 3. & 1. de arte dicendi c. 2. duos fecit modos, quibus habetur scientia, ratiocinationem, & inductionem: & 1. Metaph. tex. 48. praeter definitionem ac demonstrationem adiunxit inductionem. Alij etiam enthymema & exemplum. Sophisticam & captiosam ratiocinationem nullus commemorat, quod nullam a cognitionem, sed errorem ac deceptionem gignat. Neque primorum principiorum habitus: quoniam is profusus est naturalis, ex solo intellectus lumine profectus: inueniendorumque potius instrumentorum ac scientiae principium, quam scientia instrumentum vè scientiae.

Tam verò si ea omnia complecti liceat, dum instrumentum nominas, quae quoquo modo intellectus cognitionem iuuant ac promouent, sanè cetera omnia poteris numerare. Definitio namque cognitionem essentiae habet, ex qua proprietatum quoque cognitionem consequimur. Propositio plurimum rerum compositionem docet atque ad ratiocinandum preparat. Ratiocinatio tum necessaria tum probabilis, aut accidentia de substantijs ostendit, aut certe vni ex alio colligit, de quibus omni re proposita probabili ratione differit. Et cum demonstratio deest, aut cum ijs agitur, qui vim illius non assequuntur; & verò ad exercenda ingenia, atque in vtramque partem agendam quaestione, vt facilius veritas cognoscatur, ac demum ad scientiarum principia confirmanda, per sepe in sciētis adhibetur. Enthymema quoque, Inductio, & Exemplum, argumentationes quaedam sunt. Methodus demum ordinem explicat, quo plurimum cognitionem nostram iuari certū est. Nam diuisio confusionem tollit, inueniendae definitioni famulatur, atque ad multiplicandas sciētias instruendas propositiones copiosam materiam suppediat, dum vel totum in partes, vel genus in species, aut alio quouis modo vnum in plura tribuit: pluribusque in locis Platoni magnoperè fuit commendata. Compositio, dum singularium partium cognitionem praebet, ad totius scientiae sensum ducit. Analysis, demum inuenire docet principia rerum & causas, ex quibus tota pendet demonstratio.

Definitio  
& demonstratio,  
duo sola  
instrumenta  
cognoscendi.

Sapienter tamen hoc loco Philosophus definitionem solam ac demonstrationem nominauit. Quippe enthymema & exemplum argumentationes Rhetoricae sunt, quibus non vtuntur scientiae: & alterum mutilata truncataque, ratiocinatio est; alterum in

A singulis veratur rebus, quas cōtemnunt scientia. Inductio verò etsi principia scientiarum colligat & stabiliat; accuratam tamen scientiam non gignit, sensuque & rerum singularū experientia nititur. Ratiocinatio topica & propositio, tum scientiam certam non habent; tum satis fuit demonstrationem commemorare. Demonstratione si quidē propositio cōtinetur. Et quae ratio demonstrationem probauit, eadem topicam quoque, & aliam quamvis ratiocinationem infinitam non esse demonstrat. Quoniam omnis ratiocinatio à principijs ducta terminatur ad conclusionem. Solam tamē demonstrationem accepit: tum quod ea sola scientiaria sit, tum quia prima & potissima ratiocinatio, ex qua de ceteris fieri iudicium debeat. Ad extremum methodus, siue diuisionis sit, siue compositionis, siue resolutionis, scientiam per se non parit, nec nisi quatenus ad demonstrationem definitionemque confert. Diuisio per se diuidit solū, compositio componit, resolutio resoluit, & nisi ratiocinatio accedat, nihil profusus indicat. Neque omnino cognoscendi, sed rectè potius ordinandi & disponendi appellari debet instrumentum, seu via, modus, & ratio certa, qua vel res cognitae disponamus, vel ad aliarum cognitionem definiendo ac demonstrando progrediamur. Et verè omnino de diuisione ac resolutione loquens pronuntiauit Eultratus, eas non esse per se instrumenta, sed instrumentis, definitioni ac demonstrationi, materiam praebere. Quorum vtraque verum & absolutam scientiam parit, essentiae altera, altera proprietatum; illa substantiae, haec accidentium. Quod iam pluribus persequi non est huius loci, in quo solum fuit docendum, cur de sola definitione ac demonstratione loquutus Aristoteles fuerit.

An verò in demonstrando redire ad principium circuloque vti liceat, dubitatum sanè à veteribus fuit, & à quibusdam affirmatum, immò & ab Aristotele, quem admodum fiat, expositum in cap. 5. lib. 2. de Priori Analyti: ex ratiocinationis inquam conclusionem & altera propositionum, probando alteram propositionem, in qua medius terminus enuntiebatur. Quare quorum termini debent esse reciproci, tū in secunda ratiocinatione maior extremitas euadit medius terminus. Verum intelligere oportet reciprocitatem hanc cognitionem duobus modis consistere posse. Aut enim vtraque demonstratio erit perfecta, ex prioribus naturaque notioribus & causalibus; aut altera quidē perfecta erit demonstratio, altera verò ex effectu nobisq. notioribus. Prior modus verum & absolutam refert naturam circuli. Nam vt circulus ab eodem ad idem punctum reducit, sic ab eodem ad omnino idem in eodem genere causa & quaestiois modus ille demonstrandi redit, proptereaque circulus vniuersalis vocatur. At posterior non circulus, sed regressus potius, aut difformis & imperfectus circulus appellatur: quod non omnino ad idē, nec in eodem sed diuerso causa & quaestiois genere reuertitur. Prior siquidem ratiocinatio ab effectu ad existentiam causae cognoscendam progreditur: posterior à causa cognita ad effectum existentiam & causam illius ostendendam reuertitur. Ille à posterioribus & notioribus nobis ad priora naturaque notiora; hic à prioribus & natura notioribus ad posteriora nobisq. notiora; aut à finali causa ad materialem, & cōtra. Quae ratiocinandi forma perfectus circulus non est; quia non est ab eodem ad idem: quemadmodum si ex existentia effectus existentia causa probaretur, & rursum ex causa





& ideo in eo, quod secundum naturam sit, non in re vlla præter naturam & violenta. Beatitudo namque perfectio naturæ est & finis quem ea viribus cunctis & omni conatu & studio, quarit procuratque. Simplicij verò illa probatio fuit; quoniam beatitudo incorruptio quedam est & perpetuitas naturæ sempiternum è illius bonum, incorruptionem autem & perpetuitatem vel ipsa corruptibilia non solum expetunt & quatenus possunt procurant, sed etiam in se ipsis habent quandiu secundum naturam habent. Beatitudo igitur status est secundum naturam: & siquid præter naturam aut violentè habeat, beatum id esse non potest. Iam si animæ motus non est substantia, hoc est secundum naturam, erit utique præter naturam, nunquam igitur erit beata. Motum autem non esse secundum naturam aut in anima substantia, tum antea probatum est, tum proximè superioribus verbis, quibus intelligere dixit quieti magis, quam motui, similem esse.

Vndè Simplicij obiectionem facile soluas. Quælis enim, inquit, istæ deductio est. Si motus non est in substantia, præter naturam erit. Cælo namque non est in substantia, nec tamen præter naturam corpus illud mouetur. Occurrit autem ille, Philosophum 3. libro dicturum, intellectum substantia sua actionem esse: nec eum intellectum modo, qui anima melior est; sed animam quoque nostram, cum ad externa non amplius progreditur, sed omnem suam in se actionem colligit, separatèque ac naturæ suæ conuenienter viuat. Id verò multò melius & semper animæ mundi in esse. Itaque hanc esse Philosophi argumentationem; Mundi anima substantia sua est actio; aut igitur circularis motus erit eius actio & substantia, aut omnino non mouebitur, aut præter naturam mouebitur. Quod tum ex eo vim habebit, quod manifestum sit propriam intelligentis naturæ actionem intellectionem esse, hancq. corporei motu non esse, atque cælestes animas præter cælorum conuersionem habere aliam sibi propriam operationem; non cum corporibus illis communem: tum ex superioribus, quibus intellectionem probatum est circulationem non esse.

Verum qua sententia dicatur intellectum substantia sua actionem esse in 3. libro examinabitur. Nunc si actionem velit Simplicius illi essentialem esse, non aduentitiam & accidentariam; planè audiendus non est. Quoniam quod primi & diuini solius intellectus proprium est, intellectui omni tribuit; vbi non solum intellectus noster, sed & cælestis, & verò angelicus, accidentariam atque à substantia diuersam intellectionem habet: ideoq. substantia eadem semper est, intellectus subinde alia atque alia, & intellectu nostro persapè nulla.

Neque etiam huius loci sententiam satis assequutus est, vbi ait Philosophus / si verò est motus ipsius non substantia) vbi enim legèdum est, non *verè*: substantia, inquam, auferendi, non nominandi casu: vt sententia sit, si motus non est ipsi secundum substantiam, hoc est secundum naturam; præter naturam iam moueretur. Secundum naturam autem non esse, accipit ex eo, quod intellectionem dixerat quieti magis, quam motui, simile esse. Quare obiectio illa de cælorum motu ita fuerit diluenda: motu illi cælesti corpori nò esse quod in substantia, hoc est essentialè, sed accidentariè

**A** aduentitiū. Esse tamen substantia, hoc est, secundum substantiam & naturam illius corporis; non præter naturam. Optimæque fuerit deductio Philosophi quoniam cum esse secundum naturam & præter naturam oppositionem contineant; si alterum non in sit animæ, inesse alterum necesse est communi oppositorum lege ac conditione.

TEXTVS.

*Ἐπιπλέον δὲ τὸ μὴ κινῆσαι τὴν οὐρανὴν μὴ δυνατὸν ἀποδιδόναι τὴν ἀκίνητον φύσιν τῆς οὐρανόθεν βέλτων τῶν καὶ μὴ μεταβάλλεται, καὶ ἀπὸ τοῦ εἶναι τὴν ἀκίνητον, ἢ παλαιῶν οὐρανῶν.*

**B** Laboriosum quoque permittum esse corpori, nec posse absolui. Ac insuper fugiendum. Siquidem intellectui melius non cum corpore esse, quemadmodum & conueniènti dicitur & multi consentiunt.

COMMENTARIVS LXXXVI.

**M** Inus ad rem dixisse videtur Simplicius, Philosophum in superioribus intelligentem animæ partem nec corpus nec magnitudinem esse demonstrasse: nunc verò ex his cum colligere separabilem eam esse à corpore: quòd melius illi sit absque corpore esse. Melius quidem Philoponus hæc ad illud explicandum refert, quod motum difficilem animæ ac præter naturam esse dixerat. Verum nisi aduersarium ponas respondisse, motum accidere animæ vt est in corpore haud facile intelliges quorsum obieciat laboriosum illi esse ac præter naturam permittum esse cum corpore, nec ab eo absolui, sed trahere secum aut impellere corpus, vt est in fabulis de Ixione. Vbi verò labor est & difficultas, beatitudo esse non potest: siuè de cælestibus animabus globos illos circumducuntibus, siuè de nostris caduca hæc corpora impellentibus sit sermo. Immo magnoperè hoc fugiendum fuerit, tanquam molestum & graue, beatitudinique contrarium, ac minime naturæ animæ accommodatum. Siquidem intellectui melius potiorque illius conditio est non esse cum corpore, sed ab eo liberum ac solutum vivere: ideoque seperatio fuerit peroptanda, vt & labor cesset, & liberior atque & expeditior operatio sequatur. Et tamen mors atque a corpore seperatio, per vim omnibus & contra naturam accidit: animaliaque cuncta quam maximè possunt arcentilam & fugiunt. Quin etiam animalium animæ, inquit Philoponus ac Themistius (etsi hunc locum minus fideliter Hermolaus interpres reddiderit) præstantiores essent ac melioris conditionis, quam cælestes: cum hæc quidem liberari à corpore possint, illa nequaquam.

**E** Quod argumentum Platonem magis, quam Aristotelem, vrgeat. Plato namque cælum ex elementis composuit, ac sempiternum fecit, quare non sine repugnantia & labore mouetur. Aristoteli, qui simplicem essentiam quintam ab elementis diuersam cogitauit, motus est sine labore, vbi corpus, quod mouetur, ab omni mortali difficultate ac repugnantia est alienum. Vt mittam cælestes illas animas corporibus illis non permisceri, sed a se se duntaxat: non esse formantes formas, sed assistentes, & vt loqui Simplicius solet, eas non

*Ancilla seu motus cum labore.*

fieri corporum, sed cœlestia potius corpora ipsa- rum in se manentium fieri.

Denique dum addit ( quemadmodum & dici consuevit & multi consentiunt ) tum Platonis, contra quē disputat; tum aliorum testimonio confirmat, melius esse intellectui nō cū corpore esse. Sic enim Plato quoque consueverat loqui, & veterum complures tradiderant. Intellectus tamen, non animæ vniuersæ, conditionem eam esse, rectè Simplicius admonet. Vitæ namque à corpore inseparabili melius esse cum corpore quoniam in corpore conferuatur, separatiōque illius extinctio est. Intellectus à corpore non pendet, potiusque grauat̃ corpore, obruitur, atque in operando retardatur; meliusque omnino habebit absque corpore. Nam Philosophiæ quoque pars theoretica melior est ea, quæ ad actionem refertur: & inter theoreticas nobilior est illa, quæ circâ separatas mentes versatur, quàm quæ circâ naturalia & materialia: quæque nullo vitur corpore, præstat illi, quæ vitur: & quæ in se ipsam redit melior est, quàm quæ ad exteriora progreditur. Quare si operatio melior cœsetur, quæ recedit à corpore, quam quæ inuoluit corpus; ex ea licet de natura quoque colligere melius omnino intellectui esse finē corpore esse quàm cum corpore. Deniq. corpus intellectui immateriali & incorporeo naturam oppositam habet, idēque vires eius vniuersas labetactat & minuit: vt qui homines valido profus ac robusto sunt corpore, minus ingenio valeant; & qui corpori plusculum indulgent, hebetentur mente; senescentēque ac fracto penē corpore vigeat magis animus & acrior intellectus euadat. Quare si cuiq. melius est à suo contrario absolui & liberari, melius profectō fuerit intellectui à corpore liberari, quàm cum eo permittit̃ viuere.

Intellectus melius esse nō cū corpore esse.

TEXTVS.

Ἄλλως δὲ τὸ κινῆσαι φέρεται τὴν οὐρανὸν ἢ ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἢ οὐ ἀπὸ αἰτίας τῶν κινῶν φέρεται, ἀπὸ καὶ τῶν συμβεβηκότων τῶν κινῶν. οὐτε τὸ πᾶσι μα ἀπὸ, ἀλλ' ἢ ψυχῆ μαλλοὶ κίνησι.

Tex. 50.

Porro nec manifesta, cur circulo moueatur cœlum, causa. Neq. enim anima essentia causa, cur circulo moueatur, verum ex accidentis ita mouetur, Neque corpus causa, sed anima potius illi.

COMMENTARIVS LXXXV.

ANIMAM non esse magnitudinem aut circum- lum; neque per se, verum ex accidenti solum moueri hæcenus ferè demonstratum est satis superque. Iam hoc quoque Timæo Platonivē obijcit, ex eorum sententia cognosci non posse, neque causam exponi, cur moueatur cœlum. Hoc verò propterea quarit Philosophus, quoniã de cœli ac mundi anima potissimum illi loquebantur ea, quæ tamen cæteris quoque animalium animabus secundaria ratione conuenirent. Sanè cœlorum illa cōuersio vt naturalis est & perpetua minimēque violenta, sic principium & causam in ipso cœlo habere debet: autigitur causa motus est anima, aut ipsum cœleste corpus. Anima esse non potest, quoniam

eam oporteret prius per se moueri, tum suo motu cœlum impellere: atqui ostensum iam est nequaquam eam per se moueri, quin potius ex accidenti moueri moto Cœlo. Neque vero cœleste est corpus: quoniam ipsum est, quod mouetur, est mobile, non mouens: quare neque sibi ipsi neque animæ potest esse motus causa. Magis que rationi consentaneum est, vt corpus moueatur ab anima, quàm à corpore anima. Argumentum summas ex animalium corporibus, quæ si priuenter anima, omni protinus destituuntur motu, immobiliæque iacent.

Sed & Plato cœlum negat ex seipso moueri, profusque ab anima moueri contendit, non à natura, hoc est forma corporea, quæ inferior sit animæ. Quod Aristoteli quoque eatenus fuit commune, quatenus passiuam quidem naturam, hoc est materiam ad eum motum aptam & comparatam agnouit, actiuum tamen motus principium non naturalem formam, quæ sit in materia, sed separatam mentem esse demonstrauit. Quo circa quod Philoponus dixit, cœlestem motum Aristoteli tum naturalem fuisse tum animalem, aut idē verum fuerit, quod naturalem intelligas materiæ & passiuo principio, animalemque propter principium actiuum & mouentem mentem, quæ quoquomodo Cœli anima dici potest: aut quod vt in superioribus declaratum est, mens motrix tum anima tum natura queat appellari. Alioqui si naturam intelligat formam corpoream, naturalis nullo modo fuerit mouenti principio. Ab eiusmodi enim corporea & inanimata forma neque perpetuus neque in orbem fieret motus.

Cum autem dicitur ( sed anima potius illi ) ne propterea dictum existimes, quali corpus quoque motus principium sit, sed is magis animæ tribuendū sit tanquam potiori ac validiori mouenti. Verum quod nullus illud, hæc omnis motus principium & causa existat. Aut quod Corpus principium quidem passiuum sit, anima verò actiuum, hocque sit potius magisque præcipuum: quemadmodum in tex. 12. lib. 2. phisic. forma dicitur potius esse natura, quàm materia, quod illa agendi, hæc patiendi principium sit. Quo loco dum duplex principium motus distinguit Simplicius, vnum à quo, alterum per quod seu secundum quod sit motus, illud animam esse, hoc naturam, illudque potius, quàm hoc: quia nobilior est id quod mouet, quàm id quod mouetur: si de cœlo solum loquatur, verissima loquitur, quoniam in eo actiua natura non est. At si vniuersè magis, vt naturam velit solum principium passiuum esse, veterem quaestionem excitat, cui satisfactum antea est in comment. 34.

Minus etiam audiendus, dum alias duas eiusdem illius vocis ( potius ) adiungit causas. Alteram, quia vt Iamblico placuit; cœleste corpus præter motricem animam, non acquisitionem & separabilem vt nostra corpora, sed in sua substantia insitam habeat vitam, qua excitetur ex se ipso ad motum, etsi principaliter moueatur ab anima. Alteram, quia principaliores adhuc alie ad sint motus causa. Anima enim magis est principium motus corpori, quàm ipsam sibi ipsi. At præter animam prior est intellectus, tum ab anima participatus, tum non participatus. Etenim hæc peripatetica non sunt, nec ab Aristotele vquam cogitata; qui nec aliam in Cœlis vitam nec aliud efficienter

efficienter mouens quam destinatum huic operi & assistentem mentem posuit.

Accommodatè magis boni viri partes exequitur, dum in hac de Cœlestis motus causa tum Platonem tuctur tùm Aristotelem. Pro Platone namque Aristoteli respondet, animam quidem circulo non moueri, corporeo & naturali motu; moueri autem animato illo, quo in seipsam se retorquet ac reflectit, quem mathematicis assuetus Plato circulare[m] vocauit. Pro Aristotele autem, Platonis eum verba iuxta communem & vsitatum vsum interpretatum fuisse. Verùm vt eum admittamus de illo in se ipsam reditu esse loquutum; quomodo is cœlorum conuersionis & motus sit causa? Eo anima in seipsam redit, non ad corpus progreditur; immò tum ab eo tum ab exterioribus omnibus recedit & ad seipsam retrahitur; atque seipsam quidem intuetur & cognoscit; ac cœleste corpus non mouet. Neque motio[n]um harum similitudinem præterdas; qua conuersio animæ in seipsam velut exemplar est conuersionis cœlorum, hæcque vicissim illius quasi imago. Quoniam hæc similitudo efficientem virtutem non habet.

Cæterùm Themistius accuratè magis Platonis opinionem Philospho obiectionem examinans, idcirco ait ex opinione illa cœlestis motus non apparere causam, quod prima origine anima non fuit Platoni circulus, sed recta linea ex principiorum permissione facta; tum verò hæc ad incudem reuocata cõtorta fuit in circulu[m]. Nam si prior ac potior animæ natura directio est, quæ quasi ex accidenti atque extrinsecis circalata est; non vt esset autageret, sed vt consonantes motus ageret; nã motus illius naturalis est rectus: vndè igitur circulatio.

TEXTVS.

Αλλα μάλιστ' εστι βέλτοισ κίνηταις κίνησι η ερχου τον θεον... (Melius Aristoteli finalem causam significare.)

Et verò nec quod melius dicitur. Et tamen oportebat Deum propter hæc circulo facere moueri animam; quod melius ipsi moueri, quam stare. Moueri autem sic quam aliter.

COMMENTARIVS LXXXVI.

Alterum quoque Platoni obijcit; quòd non solum efficientem cœlestis motus causam non docuit, sed finalem. Quòd enim ait (melius) hoc genus causæ significare Aristoteli solet, vt intelligi potest ex textu 76. lib. 2. Physic. alijsque locis quam plurimis. Atque in omnibus finem aliquem natura spectat, & id quærit quod optimum est inter ea omnia, quæ propter illud sunt. Duo autem omninò explicanda fuerunt. Alterum, cur opifex mundi Deus (sic enim in Timæo appellat Plato) cœlestia corpora moueri potius voluerit, quam immobilia stare. Alterum, cur ita potius, quam alio modo, instituerit motum, cur in orbem potius, quam alium esse decreuerit. In Timæo quidem certè figuræ sphericæ cau-

Am finalem reperias. Sic enim habet. Figuram autem & sibi maximè decoram & cognatam dedit. Animal enim cætera contenturum animalia consentaneum erat ea formari figura, qua reliquæ omnes continerentur figura. Quare oportebat factum est, cuius extremitas æqualibus à medio radijs attingitur: atq. ita tornauit, vt nihil effici rotundius possit: figura omnium perfectissima sibiq. ipsi similissima; simile dissimili pulchrius esse arbitratus. Extrinsecus etiam omni vndique læuitate circumpoliuit multas ob causas. Nec enim egebat oculis, quod nihil esset extrâ; quod cerneretur: nec auribus, quia nec quidquam, quod audiretur: nec opus erat respiratione: nec instrumenta, quibus aut alimenta susciperet aut emitteret excrementa: nec manus necessaria, quia nec capiendum quidquam erat nec rapiendum, nec pedes nec alia membra, quibus ingressus ministerium obiret.

Verùm hæc causam quidem figuræ continent, ac non motus: neque nunc Philospho est de figura sermo, sed de motu. Is verò tum figuræ causam exposuit, tum motus. Figuræ quidem in 2. lib. de Cœlo à tex. 22. tum quia primo ac nobilissimo corpori prima nobilissimæque debetur figura: quæ circularis est, velut simplicissima & vnica contenta linea, nulliusque additionis capax. Tum quia cœlum moueri oportebat in orbem, qui motus quacumque alia figura & difficilior esset & vacuum extrâ cœlum relinqueret, dum humiliores elatioribus partes succederent. Quin & sensilis his mundus imitatione ac similitudine intellectilis illius atque archetypi factus est, qui in opificis Dei refidet mente: at Deus est infinitus, principio carens & sine, mundusque hic alio modo, quam figura, infinitus esse non poterat, nec alia, quam circularis figura, quæ principij ac finis expers est, infinita censetur. Quibus adde, tum capacitatem illam, quam considerabat Plato, tum firmitatem ac robur. Cùm enim cœleste corpus tueri debeat, conseruare, ac defendere cætera omnia, figuram habuit robustissimam minimèque ad patiendum aptam. Hæc est circularis, quæ & partibus constat sibi vicissim innixis & quasi firmatis ac sustentatis, & vnde quaque ab externis incurfionibus refugit. Quam ob causam in omnibus, quantum potest, hanc figuram natura procurat: & in 8. de vsu partium libro philosophatur Galenus membra corporum animalium omnia ferè rotunda esse. Tum postremò generalem in hæc inferiora omnia actionem. Debuit enim ita illa complecti, vt æque omni ex parte distaret, equalibusque lineis vnde quaque omnis illius virtus & actio ad terram tanquam ad centrum conflueret.

Motus autem circularis causa, tum perpetuitas fuit: hic enim solus potest esse perpetuus, vt in 8. Physic. lib. ostenditur. Tum eadem illa generalis actio & virtus luminis, quam in orbem circà inferiora omnia circumferri oportuit, vt omnibus esset salutaris, omniæque foueret & conseruaret. Latitio, inquit Philosphus in tex. 55. lib. 2. de ortu & interitu, incessanter facit generationem, quoniam adducit & abducit id, quod gignendi vim habet. Tum verò etiam quoniam, vt est in primo lib. de Cœlo, quemadmodum cœlum est corpus simplex ab elementis diuersum, ita simplici diuerso ab illorum motu, & vt est primum ac diuinißimum corpus, sic primo omnium atq. optimo motu, moueri debuit.

Cælum cur sphaericum.

Cælum cur in orbem moueatur.

B

C

D

E



**A** Ut igitur propria est singulorum forma & anima; aliâq. æris forma, alia lapidis, alia elementi, alia misti, alia plantæ anima, alia equi aut canis, alia hominis, sic diuersam quoq. materię dispositionem corporisq. conformationem esse oportet: neq. quodlibet corpus animæ subiectum aut instrumentum esse, sed id tantum, quod ad ipsam vitam aptum idoneumve sit, diuersumq. diuersarum quoq. vitarum comparatione. Atqui naturalis Philosophus non formam modo, sed materiam quoque considerare debet: non igitur solum de anima, sed & de corpore dicendum illis fuerat. Quod Aristoteles absolutissime præstitit, tum in libris de animalibus, tum in his ipsis de singulis sensuum agens instrumentis.

**B** Denique cum posuisset Simplicius duplicem in corpore vitam, alteram formantem instrumentum, facientemq. aptum vt vitaliter moueatur, alteram instrumento formato vtentem, veteres propterea putauit ab Aristotele reprehensos fuisse, quod de propria illa instrumenti forma & vita nihil dixissent. Quia in re duobus modis peccauit. Primum, quod duplicem illam vitam, formantemq. ab vtente diuersam cogitauit: quod Aristoteli nequaquam consentit, qui eandem animam & formam corporis & eo vt instrumento vtentem esse voluit. Quoniam tamen mouēs & motum distincta esse oportet, præter animam mouentem, aliam in corpore moto substantiæ formam posuit, qua fieret corpus organicum moueri aptum. Ea est forma misti partium corporis singularum propria, cui dum accedit certa & conueniēs temperatio, idoneum prorsus est animæ instrumentum. Deinde quoniam nõ id in veteribus reprehendit, sed quod nihil de antecedenti corporis dispositione ac preparatione propria ad vnamquamque animam suscipiendam necessaria dixissent: quæ peculiaris dispositio ac forma corporis priorem quoque illam vitam, si vlla distinguenda esset, antecederet: quamlibetq. animam potuissent cum quolibet corpore quocumque modo affecto coniungi, neque ad mouendum duntaxat, sed & ad formandum.

*Formantem vitam ab vtente distinctam non esse.*

*Forma partiales.*

*Animam harmoniam non esse.*

CAP. V.

TEXTVS.

*Και αλλη δε τις δοξα καταλειδοται μετα μαχης, οτι η ανη εδημιουργησε, & αυδημιουργησαν ητοις νεφελαιον. οτις δε αυτην διηλευσε δεδουκεν & τις εσ κενου νεφελαιου λεγοις. αρμοσιαι τω βρα αυτου πνευ λεγεται & τω αρμοσιαι. κρουν & αυτη ον πια εναντιον η, & το εωμα ουκ εστιν ελ εναρτιον.*

*Verum alia quadam opinio tradita est de anima, probabilis quidem multis & nulli dictarum inferior. Quæ tamen rationis tanquam penas retulit, & in communi dictis sermonibus. Harmoniam enim quadam ipsam quidem dicunt. Namque harmoniam mixturem & compositionem esse, corpusque ex contrariis constare.*

COMMENTARIVS LXXXVIII.

**P**rimis huius orationis verbis videtur sanè Aristoteles Platonis iam sententiam hætenus exagitatam dimittere atque ad alia transire. Verum

Z

Cor cum Pyramidale.

Animam gratiosam fabulosa dicatur.

Anima duplicem corpori profectio adfert.

si ita dicamus, imperfecta & mancans superiorem  
 cōfutationem faciemus. Duo namq. Platonis sen-  
 tentia continebat: primū, animam magnitudinem  
 quampiam esse: alterum, harmoniam quādam ha-  
 bere, vt in tex. 45. dicebatur: hæc enīsq. de harmo-  
 nia nihil, sed disputatio tota prioris partis confu-  
 tatio fuit. Quod interpretes ferē video non obser-  
 uasse. Quare verisimile mihi fit aliam quidem nūc  
 opinionem examinandam arripī, nec tamen prio-  
 rem omnino dimitti: sed cūm vtriq. cōmune esset  
 animam harmoniam facere; alteri numerorum, al-  
 teri contrariarum qualitatum; breuitatis studio sis-  
 simum Philosophum ab altera transire ad alteram;  
 & simul vtramq. ita tractare, vt qui harmoniā qua-  
 litatum non esse intelligit, intelligat quoq. nec nu-  
 merorum esse.

Illa fuit occasio ad cōtrariarum qualitatum har-  
 moniam transeundi; deq. hac potius, quam de so-  
 norum cōcentu, dicendū, quam proximē superior  
 dedit oratio. Cū enim non quamlibet animam  
 dixisset cum quolibet cōiungi corpore, sed animā  
 cuiusque propriam ac determinatam esse corporis  
 constitutionem ac temperationem; quærendum  
 illicō videbatur, nūm anima sit illa ipsa corporis  
 temperatio, an aliud quidpiam ab ea diuersum.  
 Fuerunt enim qui temperationem illem ipsam &  
 harmoniam animam esse prædicarent.

*Anima esse  
 Harmoniā  
 qualitatis,  
 ac proba-  
 bile dici-  
 sur opinio.*

Hanc opinionem tum probabilem multis nul-  
 lāq. aliarum inferiorem Philosophus dicit, tum a-  
 libi à se rationibus validis cōfutatam. Probabilem  
 inquam, aut suorum auctorū iudicio: nam in Phe-  
 done Simmias quoque, vt adnotauit Philoponus,  
 nullā aliam probabiliorē sibi videri dixit. Aut per  
 se, quod probabilibus argumentis probari posset.  
 Improbabilem tamen sibi, quod secus firmior ratio  
 concluderet. Probabile ad eam suadendam ar-  
 gumentum illud erat, quo assertores illius plurimū  
 nitebantur: Harmonia permixtio est & cōpositio  
 contrariarum (his enim ad proportionem quandā  
 adductis harmonia existit, velut plurium dissi-  
 dentium vnio) at animatum corpus ex contrarijs tem-  
 peratis atq. ad proportionem adductis cōpositum  
 est; ex calido inquam & frigido, humido & sicco;  
 anima igitur est harmonia.

Sed statim obijcit Philoponus Cœlum, quod a-  
 nimatum esse dicitur, simplex tamen corpus, nō ex  
 contrarijs cōpositum. Deinde ratiocinationē esse  
 ex purē affirmantibus in secunda figura. Tum verō  
 si ea quidquam concludat, non animā, sed corpus  
 concludere harmoniam esse, hoc est temperatum  
 & ad proportionem reductum, quā idoneum ani-  
 mæ subiectum & organum esse queat.

Et Simplicius quoq. omne quidem viuens cor-  
 pus temperatum esse respōdit, ac non statim sequi,  
 temperiem harmoniāq. ipsius esse animā. Quare  
 propterea voluit probabilem opinionē eam fuisse  
 dictam, quoniam materiæ perfectam habenti apti-  
 tudinem dum aduenit anima, eadem cum aptitu-  
 dine illa, hoc est temperatione, videtur esse. Sed &  
 dissoluta tēperatione definit corpus viuere; dum-  
 que temperatione posita poni animam, eāq. dissi-  
 pata hanc simul aut extingui aut certē abire ani-  
 maduertimus, temperationem & animam idem  
 esse liceat suspicari. Præsertim quod si operationes  
 respicias, temperatione corporis læsa vel mutata  
 lædi protinūs ac mutari operationem conspicies:  
 quasi temperatio illa operationis principium sit.  
 At propterea id euenit, quod forma sine necessa-

rijs sibi dispositionibus aut aduenire nequit ma-  
 teriæ aut in ea consistere & operari, etsi ab illis ipsa  
 diuersa sit. Neque enim quæ simul sunt, eadem  
 esse necesse est: neque si quid ad operandum re-  
 quititur, operationis illicō principium fuerit. Ad  
 extremum probabilem fortasse opinionem appel-  
 latam fuisse dixerim, si de stirpium ac motorum a-  
 nimabus sit sermo, intelligēsq. hominis propria,  
 quæ diuinior ac tota materia superioriorem natu-  
 ra habet, excipiatur: eaque temperies non in solis  
 elementorum qualitibus agnoscatur, sed multo  
 magis in natiuo atque infusa calore: vt non tam a-  
 nima sit qualitatum earum, quā natiui caloris tē-  
 peratio cum reliquis omnibus qualitibus, & ma-  
 ximē cum primigenio humore in singulis parti-  
 bus corporis: seu calor is ita cōiunctione aliorum  
 omnium accidentiū affectus, & vt in subiecto ar-  
 que organo ita disposito reperitur. Quod holo-  
 co satis fuerit indicasse, pluribusque in secundo li-  
 bro tractabitur.

Alibi tamen hanc opinionem confutatam a se  
 fuisse subiungit Philosophus illis verbis (rationes  
 tanquā penas retulit & in communi dictis ser-  
 monibus) similitudine ducta ab ijs, qui magistratū  
 administrationē uel quāpiam perfuncti administra-  
 tionis rationem cogunt reddere, pœnāque &  
 animaduersionem ob fraudes tēque male admi-  
 nistratam referunt. Hoc enim Græcis *ἡ δὲ λόγῳ* signi-  
 ficat. Perinde ac si dixisset, hæc sententia ad ratio-  
 nes, examen & iudicium uocata, damnata fuit à  
 nobis & velut falsa reprobata: tum alibi in cōmuni  
 dictis sermonibus, hoc est vel in publicis congrega-  
 tionibus cum alijs, quæ tamen non mandabantur  
 scriptis, vel in exotericis scriptis, quæ communiter  
 omnibus publicabantur, vt in generali diximus  
 præfatione. Ac præsertim in quodam de anima  
 dialogo, cui titulus est Eudemus, cuius tum Sim-  
 plicius tum Philoponus meminerunt.

TEXTVS.

*καὶ τὴν αὐτὴν ἀρμονίαν ἡ ἄνεψος τῆς ψυχῆς μαζήσθηται, ἢ οὐδὲν  
 ἄλλο τὸ ψυχῶν, οὐδέποτε ποτὲ τῆς ψυχῆς. Ἐν τῷ δὲ κριτικῷ  
 εἶναι ἀρμονίας, ψυχῆς δὲ τὴν ἀρμονίαν πᾶντος, μάλιστα ἄνεψος  
 εἶναι.*

*Atqui harmonia quidem ratio quaedam est mixtura  
 aut compositio: anima uero neutrum horum esse potest.  
 Deinde autem mouere non est harmonia, ac anime hoc  
 attribuant omnes (ita dixerim) maxime.*

COMMENTARIVS LXXXIX.

Opinionem hanc, quæ animam harmoniam  
 ac temperationem qualitatum esse asseruit,  
 multis argumentis non ab Aristotele modo sed &  
 à Platone profectam fuisse, verē Themistius dicit  
 ac Philoponus. Hæc enim in Phædone obijcit  
 Plato. Anima prior est corpore: quippe quæ im-  
 peratura illi esset: æquūque est seniore impo-  
 rare iuniori: harmonia instrumenti suo posterior  
 est. Anima imperium habet in corpus, pugnat, do-  
 minatur, illiq. aduersatur pēssēpē: harmonia non  
 pugnat cum instrumēto sibiūsq. consonantibus.  
 Harmonia modō intenditur, modō remittitur, &  
 omnino suscipit magis & min⁹: alix nāq. fides alijs  
 magis

magis sunt consonantes: anima non item. Constante harmonia offensio consonantie non potest accidere, neq. harmonia dissonantiam suscipit: anima non virtutis modò, sed & vitij velut dissonantie capax est.

Aristoteles autem in Eudemo duobus alijs vsus fuisse dicitur argumentis. Primo quidem, harmonia à ἀρμονία, dissonantia & in concinitas aduersatur; anima nihil contrarium est. Altero autem; corporis harmonia aut in elementis consideratur, & sanitas est; aut in homogeneis partibus, & robur ac valentia dicitur; aut in eterogeneis, pulchritudoq. appellatur: quorum contraria morbus, imbecillitas, & deformitas nominatur. Atqui anima nihil horum est; nec inquam sanitas, nec robur, nec pulchritudo; harmonia igitur omnino non est.

Iam verò quatuor modis rem eandem confutat. Ac primum quidem accipit harmoniam duobus modis nominari posse, etiam maxime proprie nominetur in fontis indeq. traducatur ad alia. Cum enim rationem quampiam & proportionem significet, aut ea in qualitatibus elementaribus permittis considerari potest; aut in partibus, ex quibus componitur & coagmentatur corpus: atqui neutrum horum est anima: nullo igitur modo est harmonia. Neutrum autem horum esse animam, probare cōtempit; quòd superuacaneum ac minime necessarium iudicaret. Accipit autem tanquam manifestum: tum quia anima est substantia, illorum verò vitrumq. accidens: tum quia & qualitarum permittio & partium compositio velut partis ad partem appositio considerantur in corpore atque ad illud spectant, & anima antecedunt, quæ non nisi optime permittio congruentiq. ratione ex cunctis partibus suis ac membris composito corpori aduenit. Porò animam esse substantiam, propterea inquit Simplicius accipi, quoniam omnis vita substantia est; siquidem & omne animal est substantia, & vita ipsa susceptrix contrariorum est.

Postunt & alio modo accipi illa verba (ratio quadam aut cōpositio) quemadmodum & Themistium, & Philoponum, & Aueroem, & S. Thomam intellexisse video: ut earundem rerum & cōpositio sit & ratio; harmoniaq. dicatur aut esse plurimum cōpositio, aut eorum cōpositorum proportio & velut relatio. Sed cum & cōpositionem Philosophus posteriorem nominet, & rationem mistorum dicat; magis placet tum qualitarum mistionem tum partium cōpositionem accipere. Illa prior est in elementis, hæc posterior in partibus tum homogeneis tum eterogeneis. Ita triplicem illam animati corporis compositionem cōplexus fuerit, de qua in 2. lib. de partibus c. i. ex elementis & duplici partium genere; etsi nunc ad duplicem reuocatum, quòd prima proprio nomine mistio, reliquæ cōmuni compositiones dicantur. Videbiturq. hæc argumentatio ex illis desumpta, quæ fuerunt ex Eudemo commemorata: vnde nostra hæc interpretatio plurimum confirmabitur, quasi alter locus altentius expositio sit.

Prima verò hac argumentatione confici putat Simplicius organi formatricem animam harmoniam non esse; alteram verò, quæ statim subiungitur, ad ventem spectare. Verius dixisset, ex duplici animæ consideratione, & ut est corporis forma, & ut eo ad operandum vitur, duplex item argumentum peti. Primum ex eo, quòd est corporis forma; hæc q. nec elementorum mistio, nec partium cor-

Anima esse substantia.

Triplex animati corporis cōpositio.

Anima profectio duplex in corpore.

1. Argumentum.

poris compositio est: sed quidpiam corpori iam misto & composito aduenies; quod ipse post entelechiam organici corporis appellabit. Alterum ex eo, quòd vitur corpore illudque mouet (quod omnes maxime proprium illius esse voluerunt, ut in superioribus dictum est) neque harmonia mouendi principium esse potest; neque ea mouet, ex quibus cōstat. Non enim chordas ipsa mouet, sed musicus; ipsa verò ex earum motu potius & pullatione gignitur. Et proportio item mistionem facit aut cōpositionem aliumvè motum; sed ex alterationis, mistionis, compositionis, & omnino formationis motu existit.

2. Argumentum.

TEXTVS.

Ἀρμονία δὲ μῦσος καὶ ὁμογενῶν λέγεται ἀρμονία, ὃ δὲ καὶ τῆς σωματικῆς ὁμογενείας, ἢ κατὰ φύσιν ἀρμονίαν οἱ εἰς πρὸς δὲ διδοῦσι πικρὰ μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἄγρια τῆς φύσεως ἀρμονία μὴ γὰρ πρὸς ἑσφαλμένῃ.

Quadrans autem magis de sanitate harmoniam dicere; & omnino de corporis virtutibus, quam de anima. Manifestius verò, si quis attribuerit tentauerit affectus & operationes anima harmonia cuiuspiam. Difficile namque accommodare.

Tex. 56.

COMMENTARIVS XC.

Tertium hoc argumentum à posterioribus ad priora progreditur, atq. ex operationibus & affectibus, qui cernuntur in animalibus, de anima natura ratio cinatur. Placuit autem S. Thomæ ex eo deducere, quòd in 4. Physic. lib. tex. 31. immò & in tex. 11. huius ipsius, quem interpretamur, libri, ex cognitione substantiæ, quam definitio adfert, si sapienter adferatur, proprietates quoq. illius cognoscere oportet. At si animam dicas harmoniam esse, & quid harmonia sit, optime noueris, animæ tamen affectus & operationes non continuo intelliges, anima igitur harmonia non est.

3. Argumentum.

Verum fatius est consuetum & familiarem Aristoteli argumentandi modum vsurpare. Ex operationibus forma quæq. & natura cognoscitur. Promittit enim sese illa & manifestat operando. At affectus & operationes animæ non conueniunt harmoniæ neq. ab ea proficisci possunt: anima igitur harmonia non est. Quomodo namque harmonia principium sit nutritionis, accretionis, & procreationis? Quomodo sentiendi, appetendi, incedendi? Quomodo amandi, odiendi, audendi, ac cæterorum affectuum? Quo demum modo intelligendi, quæ operatio ab omni est mortali cōditione ac qualitate prorsus aliena? Si quidpiam sit harmoniæ attribuendum, attribuatur illa, quæ consideratur in corpore, at non ea, quæ in anima. Quoniam ut qualitarum illa permittio ac proportio constans temperatio in materia est, partiumq. tum homogenearum tum eterogenearum conueniens & cōcinna compositio corpus efficit, sic ex vtraq. quidpiam resultat, ex illa sanitas, ex hac pulchritudo & exterior species: at hæc ad corpus pertinent, nõ ad animam. Cur caro mollis sit & humida, os durum & siccum, aliq. & alia cæterarum corporis partium conditio, verè dixeris causam esse harmoniam & qualitarum temperationem, cur hoc corpus formosum sit, illud deforme, harmoniam & cōpositionem partium. At quanam tēperatione aut cōpositione differat operationes sensu ab actionibus mētis motricivè virtutis, nunquã omnino dixeris.

Sanitas & pulchritudo vnde.



**58.** *N*eutro igitur modo rationi consentaneum. *Compositio autem corporis partium facile inuestigabilis. Ad alteramque compositionem partium & multis modis. Cuiusnam igitur & quomodo accipere oportet mentem compositionem esse, aut & sensus, aut appetituum. Similiter vero absurdum & permissionis ratione esse animam. Non enim eandem habet rationem elementorum permittio, per quam caro, & per quam os. Eueniet igitur, & plures habere animas, & per totum corpus: siquidem omnia quidem ex elementis permittis, permittio vero ratio ha monia & anima.*

COMMENTARIUS XCII.

**A**sumptum proposita ratiocinationis, quo animam accepit neq. compositionis harmoniam esse, neq. permissionis, offendit: & quidem utramq. illius partem duplici argumento. Et si compositionem non esse, conici fortasse facilius possit, quam non esse permissionem. Sic enim Simplicius & Philoponus vocem illam (*ἀεὶ ἁμῶς*) acciperetur, ut facillimam confutationem significet. Et si enim *ἀεὶ* in inquisitionem & examen habeat, inquisitionem tamen & examen confutatio sequitur & condemnatio, si probatum fuerit crimen.

Ergo illa verba (compositio autem corporis partium facile inuestigabilis) duobus modis interpretetur. Primo, animam compositionem corporis partium esse facile confutari posse. Secundo, compositionem in corporis partibus facile animaduerti; animamq. compositionem non esse ita ferè confici. Compositio compositionisq. harmonia in partibus corporis, tum ad inuestigandum, tum ad explicandum, facilis est: ipsa per se manifesta sensibusque conspicua existit. Nam si homogeneas species, facile apparet ordo & proportio ossium ad ossa, neruorum ad neruos, aliarumq. omnium, cum inter se, tum cum alijs similibus partibus: & in eterogeneis quoq. videas proportionem digitorum ad reliquam manum, manus ad brachium, capitis ad humeros & thoracem, frontis ad nasum, nali ad mentum; ac reliquarum non minus. At in anima partibusq. illius, cum ipsa sensum effugiat omnem, non apparet neq. iudicari potest ac doceri, quanam proportio, quis ordo, quæ compositio sit. Si mentem, sensum, appetitum, ceterasq. animæ partes consideres (quippe ex pluribus partibus compositio constat) haud poteris dicere quanam sit, vel singularum vel omnium simul compositio & ordo. Et hæc quidem vna mihi videtur esse probatio.

Alteram verò. Multæ sunt partium compositiones, & pluribus ac diuersis modis: alia inquam ex homogeneis partibus, alia ex eterogeneis: alia rursus in eterogeneis compositio manus, alia brachij, alia thoracis, alia capitis, alia ventris: alia item cordis, alia pulmonum, alia iecoris. Singulorum namque membrorum & cuiusq. eterogeneæ partis propria est & specialis ex alijs atq. alijs, aut certè alio atq. alio modo, magnitudine, figura, situ, & numero affectis homogeneis compositio. Quare quam multæ compositiones sunt, tam multæ erunt in vno viuente anima; si anima compositio sit: atqui vna est in singulari anima; anima igitur partium compositio non est.

Deinde alteram assumpti partem duplici item ratione concludit. Prior hoc ipsum de permissione adfert, quod de compositione dictum est. Non

**A** est vna elementorum in omnibus partibus permittio, nec eadem permittio ratio; id est proportio: sed tam multiplex ac diuersa, quàm multa sunt atq. inter se diuersæ partes; alia carnis alia ossis, alia atq. inter se diuersæ partes; alia carnis alia ossis, alia nerui, alia venæ aut arteriæ. Si igitur anima permittio sit, tot fuerint anime, quot permittiones; nec modò in corpore toto, sed & in singulis membris atq. eterogeneis partibus, quæ ex pluribus homogeneis constant. Atqui vt ex omnibus illis partibus vnum coalescit corpus & viuens vnum subsistit; sic vnam totius formam esse oportet; anima igitur permittio non est. Quem locum illi considerent, qui plures in eodem viuente animas ponunt.

*Vna in vno viuente anima.*

**B** Posterior autem ex eo ducitur, quòd elementorum permittio latius patet plurique multò complectitur, quàm anima: siquidem corpora omnia præter elementa simplicia ex elementis permittis constat, lapides, metalla, & mineralia omnia. At si anima elementorum permittio foret, cuncta hæc haberet animam. Quam igitur certum est plurima eorum, quæ permittita sunt, animata non esse; tam esse debet animam permissionem non esse.

Itaq. verba illa (siquidem omnia quidem ex elementis permittis) duobus modis licet acciperes aut de osse, carne, & cæteris animalis corporis partibus, quarum non eandem dixerat esse elementorum permittionem: aut de omnibus corporibus præter elementa. Si priorem interpretationem acciperes, altera hac probatione Aristotelicam confirmationem priuabis: sin posteriorem, ditio rem illam omninò & locupletio rem facies.

TEXTVS.

*Ἀναφανὲς ὅτι αἱ τῶν τῶν καὶ τῶν ἑμπεδοκλεῶν. ἕκαστος δὲ ἀποκρίσθαι ἐπὶ τῶν τῶν ἐπιπέδων. ἄλλοτερον οὖν λόγος εἶναι ἢ φωνὴν, ἢ μᾶλλον ἔτι περὶ τοῦ ἀλφειοῦ τῶν μὲν εὐν. Ἐπὶ δὲ πῶτερον ἢ φωνῆς τῶν πῶτερον, ἀλλὰ τῶν τῶν καὶ τῶν, ἢ αὐτὴν πῶτερον ὁ λόγος εἶναι, ἢ ἀπὸ τῶν τῶν ἑπιπέδων τῶν.*

*Quærat autem quispiam hæc & ex Empedocle. Vnamque enim ipsarum in ratione quadam aut esse. Num igitur ratio est anima, an potius aliud quidpiam existens ingeneratur membris? Rursum verò num amicitia cuiusuis missionis causa, an eius, quæ secundum rationem? Et hæc an ratio est, an præter rationem aliud quidpiam?*

*Text. 58.*

COMMENTARIUS CXIII.

**I**nter cæteros, qui animam harmoniam esse inquebant, duo fuerunt Empedoclis propria pronuntiata. Alterum, rerum omnium principia elementa esse quatuor, ignem, ætrem, aquam, terram. Alterum, amicitiam congregando & litem fecerendo ac dissipando efficientes rerum omnium causas esse. Ergo cum is animam quoque ex elementis permittis constare credidisset; id eòq. distinctè magis, quàm cæteri fortassè, elementorum permittionem eam esse confirmasset; post generalem totius opinionis, quæ harmonia esse docuerat, confutationem, peculiarem hanc ab Aristotele accipit confutationem. In qua priori membro relicto, animam esse harmoniam illam, quæ in compositione partium consideratur, tanquam nulli probato; insitit alteri, quod distinctis maximè atque apertis verbis ab Empedocle prædicabatur.

*Contra Empedoclem.*

v. Argu-  
mentum.

Tribus autem argumentis hominem vrget. Primo enim quoniam is vnamquaq. corporis partem aut etiam corpus vnumquodq. (vtrouq. siquidem modo interpretari licet vocem illam, *ἕκαστον*; aut inquam *ἕκαστον ὄμμα*, aut *ἕκαστον μέρος*) in proportione quadam permittitur elementorum inquebat consistere: aut anima est formaliter hæc ipsa permissio proportio, aut potius aliquid aliud, quod permissioem proportionemque consequatur. Si primum voluit Empedocles, priora repetitur absurda; tot tamq. diuersas in eodem viuente animas esse, quot & quam diuersas atq. interdum contraria sunt permissioes proportionemq. Atque ad eod. corpora omnia mista habere animam. Quod si alterum maluit. Iam anima harmonia non erit (harmonia namque proportio est) sed aliquid harmonice permisso adueniens corpori.

2. Secundo, quoniam Empedocli congregationis ac permissiois causa fuit amicitia, liq. disgregationis ac separationis; quæri potest, num amicitia permissiois cuiuslibet causa sit, an illius duntaxat; quæ proportione cõstet. Si cuiuslibet, sanè aliquid aliud esse oportebit proportionis, & harmoniæ causam in ijs, quæ proportione & harmonia constant. Et contra si solius proportionatæ, alia fuerit non proportionatæ causa: cum ipse tamen solam vbique nominet amicitiam.

3. Tertio de amicitia quoq. ipsa, quæ proportionatæ permissiois causa esse dicitur, querendum est, num illa idem sit ac proportio, an aliquid aliud à proportione diuersum. Idem enim esse non potest, quoniam nihil sui ipsius est causa. Et cum nihil absq. efficiente fiat, quænam fuerit missiois efficiens causa? Neq. diuersum: quia proportio conuenientiam significat; nec aliud est amicitia, quam conuenientia quædam.

Quamquam Aristoteles non tam his argumētis vrgete videtur hominē, quam sicutari multa, quæ non satis ab eo fuerant explicata: vt ostendat minus accuratè illum de viuentium ortu ac natura dixisse, complurāque omisisse, quæ necessarium sit cognoscere. Quod sequentia quoq. verba fortasse significabunt: quibus se non tam argumentatum fuisse, quam dubitationes mouisse significat.

TEXTVS.

Ἰαυτοῦ ἰδὸν οὐκ ἔχει μίαν αὐτὴν ἀνάγκη, εἰ δὲ ὅτιν ἔσται ἡ ψυχὴ τῆς μίξεως, ἢ δὲ πᾶσι ἀμὰ τῆς σαρκὸς ἢ ἀσπύρου, ἢ τῆς ἀλλοτρίου μίξεως τῶν ζώων, ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ἔσται μὴ ἕκαστον ὄμμα ἕκαστον μέρος ἕκαστον, εἰ μὴ ὅτιν ἡ ψυχὴ ὁλόγησεν τῆς μίξεως, τὸ ὅτιν ὁ φθόρον τῆς ψυχῆς ἀπολυτικῶς.

Tex. 60. Hac igitur eiusmodi habet dubitationes. Si verò aliud est anima, quæ permittit, cur simul atq. carni esse tollitur, aliarum item animalis partium tollitur? Ad hæc autem siquidem non habent singule partes animam, si non est anima permissiois ratio, quid est quod corrumpitur anima deficiente?

COMMENTARIVS XCIV.

PRIMA huius sermonis verba, quibus propositas dubitationes concludit, aut ea respicere possunt, quæ proximè aduersus Empedoclem speciarim dicta sunt, aut superiorem potius totam cõfutationem illius opinionis, quæ animam inquebat

harmoniam esse. Nam quæ de Empedocle dicta sunt, aut per digestionem quasi (vt Philoponus inquit) dicta sunt, aut velut totius illius opinionis appendix quæpiam.

Iam verò quoniam in tex. 54. opinionem eam dixit probabilem videri compluribus, nec aliarum vlla inferiorum: duo probabilitatis huius argumētum subiungit; Alterum, quòd dum in animaliu corporibus corrumpitur caro, eiusq. permissio ac temperatura dissoluitur, cæterarum quoq. partium natura & omnino anima perit: nihil igitur aliud, quæ permissio illa & tēperies, videtur anima esse. Carnem autem potius, quam cæteras partes, nominat, aut quòd ea in corpore plurima est, omnibsq. que conspicua & nota: aut quòd facilius & citius putrescit, quam ossa, nerui, arteriæ ac solidiores cæteræ partes.

Tribus autem modis illa verba (aliarum item animalis partium) Græcè legi possunt. Aut sine articulo (*καὶ τῆς ἀλλοτρίου μίξεως*) aut cum articulo *καὶ τῆς ἀλλοτρίου μίξεως* aut demum cum articulo *καὶ τῆς ἀλλοτρίου μίξεως*. Si absq. articulo aut cum articulo *καὶ* legeris, sententia erit, carni simul ac cæteris partibus pereuntibus perire simul animam. Si verò cum articulo *καὶ*, pereunte carne cæteras quoque simul partes & animam interires. Magis autem postrema hæc lectio probanda est. Quoniam certum est non simul carnem ac partes cæteras interire, sed carnem prius ac citius, quam cæteras. Partes porò homogeneas potius, quam eterogeneas, nominat, quoniam vt hæc cõponuntur ex illis & constant, sic ex illarum salute atq. incolumitate harum salus & incolumitas pendet. Estq. Philosophi argumentum de integris & totis partibus accipiendum. Quæpiam siquidem homogenea tota parte corrupta totum animal perit, quoniam omnes illi necessariae sunt. Aliquæ tamen eterogeneæ, externæ præsertim, vt manus aut pes, perire animalia possunt, nec tamen peribit ipsum.

Postunt & illa verba hoc modo accipi, vt caro partes homogeneas, alia verò partes, eterogeneas & instrumentarias partes significant, hæc q. sit sententia, pereuntibus homogeneis partibus perire eterogeneas, corporèq. organico dissoluto animam interire. Quamquam nõ absolutè carnem & partes cæteras perire dixit, sed esse carnis & aliarum partium, & idèò nec animal, sed esse animalis: quia nõ perit materia, sed sola forma, tum partium, tum totius.

Alterum argumentum prioris quasi conuersum videtur esse. Priori enim ex eo, quòd periret corporis temperationem perit anima, animam corporis temperationem esse conficiebat. Hoc autem posteriori contra ex eo, quòd anima recedente corporis tēperatio atq. harmonia dissoluitur, animam item concludit corporis tēperationem & harmoniam esse. Si partes singule non habent animam, hoc est, vt ipsemet interpretatur, si anima non est harmonia & permissiois ratio ac proportio (ex hoc enim in superiori cõfutatione deducebatur singulas partes habituras animam, quia permissioem & harmoniam habent) quid est, quod corrumpitur abeunte anima? Sanè aliquid corrumpi necesse est, dum interit animal: idèò verò dicitur interire, quòd anima destituatur, quæ adferbat vitam: at nihil aliud, quam corporis temperationem atque harmoniam, dissolui apparet, anima igitur hoc ipsum est.

Dige...

Hæc argumenta tanquam leuia & quæ à quolibet facile explicari possent, contempnit Aristoteles & absque solutione dimittit. Propterea namque illa eueniunt omnia, quoniam non potest forma in materia absque necessaria dispositione consistere. Quare ut anima dispositione producta corporis organico absoluto producat; sic ea ipsa dissoluta qualitatibus organiceque corporis temperatione recedit ac deserit corpus, aut etiam penitus interit. Itaque propositio illa (quæ simul producuntur simul vè intereunt, idem sunt) fallax est: fitque persæpè, ut vnum alterius causa sit, aut quidpiam sine quo aliud consistere nequeat. Cumque anima sit actus corporis naturalis organici, temperationem corporis postulat, qua dissipata, nequit ipsa consistere. Et anima rursus deferente corpus temperatio dissoluitur. Tùm quia propter ipsam ita fuerat temperatum corpus, velut subiectum & organum futurum animæ; cessanteque illius vsu & sine frustra esset in natura. Tù quia ab ipsamet fouebatur anima & conseruabatur, continereturque reponeretur id, quod ab hostilibus & contrarijs causis consumebatur.

Propositarum obiectiõni explicatio

Aristoteles in rationibus necessarijs non offe.

At enim quàm necessaria sunt argumenta illa, quibus veterum illam opinionem Aristoteles confutauit? Sanè dùm ipsemet probabilem esse opinionem antea dixit, confessus est necessaria argumenta non esse. Primum quidem certè in tex. 55. propositum petere videtur principium, dum animam accipit esse substantiam. Negabit enim is, qui harmoniam esse contendit, dicereque nec substantiam esse, nec vnum aliquod & simplex accidens, sed permissionem plurium ac temperationem. Et fortassis vt in Commentario 88. significauimus, affirmabit esse quid vnum primum ac præcipuum, nempe calorem, quem vitalem nominamus; pluribus tamen alijs permistum ac temperatum, tali modo affectum. Philosophus verò substantiam esse accepit, quoniam communi omnium hominum existimatione ac notitia animata corpora substantia species iudicantur, quæ per substantia formam constituatur atque à cæteris distinguatur. Cui responderi posset, substantias esse propter materiam; distinctas verò propter temperationem huiusmodi, quam appellamus animam.

Alterum argumentum in eodem tex. 55. ex motu desumptum est; verum temperatio illa ex alterationis quidem oritur motu, quo contrariæ qualitates pugnant atque ad mediocritatem & proportionem redactæ fuerunt: aut etiam locali, quo admistionem elementa cõuenerunt. At illa ipsa principium est aliorum motuum, qui in viuentibus insunt: neque nutritionis modò, sed & aliorum, vel etiam incessus; quatenus temperatio illa & maxime calor, in membro fuerit atque organo ad quempiam illorum motuum efficiendum idoneo. Et nonnè illi ipsi, qui animam aiunt esse substantiam, fatentur eam non immediatè & seipsa, sed per accidentarias facultates & calorem generale ipsius instrumentum, cuncta operari.

Ad tertium argumentum in tex. 56. explicatum in promptu esset respondere, ostendendum fuisse, affectus & operationes animæ harmoniæ non conuenire, neque proficisci ab ea posse. Secus enim ille

contendat, qui patronus eius esse voluerit: & quæcumque proponuntur, oriri ducit ex hac caloris atque aliarum qualitatuum proportionem. Neque impossibile, sed difficile dixit esse Aristoteles in hanc referre causam, modò intelligendi vim diuiniore esse naturæ concedatur semper: sed hæc in solo homine ex vniuerso animalium gessere reperitur.

In quarto argumento, quod tex. 57. & 58. continetur, animam fatebimur partium corporis compositionem non esse. Contedemus tamen temperationem esse, non primarum modò elementariū qualitatuum, quam Aristoteles appositè satis constituit, sed natui caloris cum qualitatibus cæteris. Si enim is vnam animam ponit actum totius corporis & diuersarum illius partium diuersis planè modis dispositarum: quidni ponatur etiam vnus calor in diuersis partibus alio atque alio modo temperatis (quod ille ipse fatebitur) velut vna anima in singulis alio atque alio modo affecta, & pro diuersitate partium diuersas promens operationes?

Denique quæ in tex. 59. Empedocli fuerit proposita, propria sunt illius difficultates, qui animam putauerat ex elementorum permissione consistere. At nullæ sunt illi, qui natuum calorem inquit ita affectum. Respondebit enim, neque formaliter proportionem esse, neque aliud quidpiam ex proportionem ortum: sed calorem ita cum omnibus alijs temperatum ac proportionatum.

Non ab similis erit responsio ad argumenta illa, quæ ex Platonis Phædone atque Aristotelis Eudemio complexi sumus in Commentario 89. Namque dum animam corpore antiquiorè esse accepit Plato, id sanè pernegabitur, vel ab Aristotele ipso & Peripateticis, qui eam fatentur esse substantiam: dicentque in tex. 16. lib. 12. Metaph. efficientem quidem causam ac mouentem antecedere posse; at formam non item, sed simul esse cum eo, cuius est forma: materia potius antecedit formam, quæ ex illius potestate educi aut in ea certè suscipi debet.

Animam an corpore prius.

Quoniam tamen prius multis modis dicitur, animam dabitur corpore priorem esse intentionem naturæ, quæ corpus format ac preparat propter animam: aut etiam quoquo modo perfectione, quod forma præstat materiæ; & illa sit actus, hæc potestas. Et entitate melius sit corpus, velut substantia; quàm calor, qui est accidens. Verum illi ipsi, qui animam contendunt esse substantiam, corpus fatebuntur eatenus præstare animæ, quatenus completa & perfecta substantia est, anima que incompleta & imperfecta.

Dum verò animam idem ipse Plato, imperium habere ait corpus, illique aduersari; proprium id est intelligentis animæ, quam diuiniorem naturam esse fatebimur. Animam item non suscipere magis & minus, ab eo supponitur, qui eam existimet esse substantiam: ab alio negaretur, qui præsertim dispositiones omnes atque operationes, & quæcumque penitus subiant sensibus, modò perfectiora cerneat, modò imperfectiora.

Postremo dùm anima virtutis dicitur vitis que capax esse, intelligatur id rationalis animæ propriam esse, neque ad vniuersam animæ naturam pertinere.

Sed si harmonica in altero argumento accipiat suscipere magis & minus, sanè harmonia constante offensio aliqua cõsonantiæ accidet, atque dissonantiæ suscipiet nonnulla. Quare vt certè fatebitur.

Z. iij



superius definita dubitarunt: partim cum illis, qui contra eandem rationem animam dixerunt esse numerum se ipsum mouentem; non iam in orbem, sed animali profusus motu recto. Ac prioribus quidem satisfiet dubitationem illam explicando; posteriorum verò positio falsa esse adductis argumentis conuincetur.

Hæc igitur est dubitatio. Anima moeret, gaudet, audet, timet, irascitur, sentit, ratio cinatur: at hæc omnia motum quendam significare videntur: mouetur igitur anima. Rationi magis consentanea videtur horum dubitatio, quàm superiorum: tum quod illi aut motum in orbem tribuebant, qui conuenire illi omnino non videtur, aut ex corporis motu moueri animam ratio cinabantur, ipsamque moueri propterea concludebant, quia mouet corpus: hi ipsiusmet animæ operationes intuentur, quas in seipso experitur quisq. Tum quod localem illi motum attribuere animæ; hi alterationem, quæ magis inesse videtur, quod in mœtore, gaudio, audacia, timore, ira, cæterisque affectibus alteremur, & sensus alteratio quædam est, atque à sensibus alterantur sensoria. Ac demum quoniam localis motus planè corporeus est, quippe ad locum tendit, qui corporum proprius est: alienumq. ab omni ratione videtur corporei motum tribuere animæ, vt priores illi tribuebant. At posterior hæc dubitatio rationi magis est consentanea, quoniam ex motibus animæ proprijs dicitur, mœtore gaudio ac similibus, quæ considerantur in anima.

*Α κίνησις ὁμοίᾳ καὶ ἐναντίᾳ, καὶ ἡ ἀνομοίωτος, ἢ ἡ ἰσότης, ἢ ἡ ἐπιπορὴ τῆς κινήσεως ἐπὶ τὴν ἀνομοίωτον, καὶ ἡ ἀνομοίωτος κίνησις ἐπὶ τὴν ἰσότητα, καὶ ἡ ἀνομοίωτος κίνησις ἐπὶ τὴν ἀνομοίωτον.*

*Hoc autem non est necessarium. Si enim vel quod maxime moerere, aut gaudere, aut ratiocinari motus sunt; & horum quoduis moueri, moueri vero est ab anima, vt irasci aut timere, eo quod cor ita moueatur. Ratiocinari autem vel tale, forte esse autem aliud quidpiam. Horum vero accidunt, quedam quidem quibusdã latione motis, alia vero alteratione. Quenam autem & quomodo, alia est ratio.*

*Text. 64.*

COMMENTARIVS XCVII.

**P**ropositam dubitationem explicare agreditur. Sed hæc omnia, quæ hoc orationis contextu continentur, suspensam habere sententiam putat Philoponus, quousq. verba illa reddantur (Dicere autem animam irasci &c.) Tunc autem Philosophi responsum fore, nimis necessarium argumentum ex actionibus illius duci. Nam etsi moerere, aut letari, aut ratiocinari, maxime demus esse motus, sicut tamen animam non dicimus texere vel ædificare, sed hominem totum, ita nec ipsam dicemus moerere aut letari irascivè, sed hominem totum: neque ij sunt animæ motus, sed hominis totius per animam.

**C** Quæ interpretatio multò magis accommodata est, quam Simplicij illa, duplicem vbi que animam seu vitam cogitantis, absolutam sententiam esse, cuius prior pars ad formatricem instrumenti pertineat animam, posterior ad motricem seu formato instrumento vtentem. Ac primùm quidem probari formatricem animam moueri, quoniam moerere ac letari motus sunt, vel etiã ratiocinari, quia si homo est animal rationale, erit eius formatrix anima rationalis, cuius ratio erit motus seu moueri: quorum alterum putat purum ac simplicem actum significare, alterum actum participatum. Deinde verò vbi dicitur (Moueri verò est ab Anima) à formatrice ad vtentem seu motricem fieri transitum. Hancq. ipsam moueri ostendi, secus tamen, quàm formatricem. Quoniam hæc est quasi principium, à quo proficitur motus, illa velut principium, secundum quod mouetur animal. Quippe non mouetur vt corpus, sed vt vitale corpus atque ab anima formatum, factumq. idoneu vtentis ac mouentis instrumentum. Altera est vt efficiens, altera vt subiectum subiectiuè dispositio. Illius motus non permiscetur ei, quod est moueri, quia nec corpus est, nec formatrix corporis: huius verò permiscetur, quoniam eius functio corporis motibus implicatur, dum ipso corporis formatrix est.

*Anima formatricis, & motrix instrumenti.*

**E** At hæc minus omnino Aristoteli consentanea sunt. Nec solum quod, vt sepe dictum est, nunquam is duplicem illam animam, seu vitam cogitauit: neq. sua nunc statuit, sed aliena confutat: verum etiam quòd hoc non esset propositam dubitationem soluere, vt illa pollicentur verba (Hoc autem non est necessarium) sed magis confirmare ac stabilire: si animam ita moueri fateretur, & quid est tum formatricem tum motricem.

Vniuersa igitur hæc sententia suspensa est. Facile, inquit, proposita dubitatio solui potest. Nam etsi vel maxime demus moerere, letari, & ratiocinari, motum quendam significare, & horum quoduis esse motum: ac rursus omnem motum, qui in

*Vientium actiones bipartite.*

TEXTVS.

*Τὸ δὲ ἐν τῇ ἀνωτέρῳ εἰρησθῆναι τὴν ἀνομοίωτον καὶ ἰσότητα, καὶ τὴν ἀνομοίωτον κίνησιν ἐπὶ τὴν ἰσότητα, καὶ τὴν ἰσότητα ἐπὶ τὴν ἀνομοίωτον κίνησιν, καὶ τὴν ἀνομοίωτον κίνησιν ἐπὶ τὴν ἀνομοίωτον.*

De cor in affectibus anima moueat.

viuentibus cernitur, ab anima proficisci; consequens tamen non est, ut statim dicatur, moueri animam. Interim exponit quomodo hæc sint motus: quoniam, inquit, cor ita mouetur, neq. sine aliqua cordis motione perficitur in nobis illa. Mouetur autem cor, aut latione, aut alteratione aut interdum vtraque. Namq. aut calefit sanguis & feruet, aut refrigeratur & subsidet, aut ad exteriora effunditur, aut ad interiora reuocatur, corq. hoc aut illo modo palpitatur. Quæ pluribus persequi alterius est loci. Nunc generalis hæc & qualiscumq. cognitio satis: neq. immorandum aut digredendum, ut quæ partes & quomodo, an latione, an alteratione, an vtraque, in affectibus singulis commoueantur, accuratè magis & enucleatim explicetur.

Quamquam & in his non suspensam, sed absolutam dixerim contineri sententiam. Videtur enim Philosophus indicare rationem; cur hi motus attribui animæ tanquam illius proprii non possint; sed corpori potius ab anima. Quoniam certa quadam & constituta corporis parte perficiuntur. Ira & affectus ceteri corde, quod membrum Platoni quoque placuit cupiditatis sedem esse ac domicilium: sensusq. omnis determinato vitur organo. Anima sentiendi principium duntaxat est, iudicatq. quidpiam ira, timore, letitia uè dignum esse. Neq. iudiciu, inquit Themistius, motus est, sed quies & tranquillitas potius, ut in t. 48. dicebatur. Sed operatio per corporis organu exercetur: in quo demum lationis aut alterationis motus apparet; ut in ira palpitatio cordis & sanguinis feruor atq. ad exteriora effusio, De sola ratiocinatione specialis difficultas, de qua nunc definire non placet, quia nihil ex propria sententia statuitur. Sed aut hæc quoq. cuiusmodi quidpiam est, quale visus est cogitare Plato, dum intelligere animam collocat in capite; & Philoponus non sine cerebri motu ratiocinatione fieri dixit; ideòq. illorū, qui ratiocinantur & commentantur, immutari vultus. Aut fortasse aliud quidpiam diuinius ac melius, quod absq. vilo corporis organo fiat, atque in sola resideat anima, nec motus appellari queat, quod post examinandum fuerit. Sic enim melius multo interpretaberis, quū Philoponus; vel tale esse, hoc est latione, qua cor palpitans mouetur in ira; vel aliud quidpiam, hoc est alterationem. Nam non solum de intellectu & intellectioe pluribus alijs in locis eodem modo loquutus Philosophus est, in quibus verba illa (aliud quidpiam) meliorem ac diuiniorem conditionem significant. Verum etiam in ira & affectibus pluribus ipsomet conseniente Philopono, tum latio, tum alteratio ad sunt. Et ut interdum demus ob multam phantasia operam atque agitationem cerebrum ratiocinantis & faciem alterari, plurima tamen est absq. alteratione ratiocinatio: ut in eo, qui ex habitu promptam atq. expeditam habeat ratiocinandi potestatem; aut si quæ intellectio non interuentu phantasia fiat. Aut si localis motus spiritus accurrentis ad sit, is ad phantasmam, non ad ratiocinationem, pertinet.

Ratiocinatio an fiat cum motu corporis.

TEXTVS.

Τὸ δὲ λέγειν ὅτι λέγουσιν τὴν ψυχὴν ὁμοίως καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν αἰσθητικῇ, ἢ οὐκ ὀρθοῦν. βέβαιον ἴσθαι, καὶ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐκείνην, ἢ μεταβάλλειν, ἢ ἀφαιρεῖσθαι, ἀλλὰ πῶς αἰσθητικῇ ἢ ψυχῇ.

Text. 64.

Dicere autem animam irasci, simile ac si quis dicat animam texere, aut edificare. Melius namq. fortasse non

A dicere animam misereri, aut addiscere, aut ratiocinari, sed hominem animam.

COMMENTARIVS XCVIII.

Superior oratio fuit suspensa, his verbis tandem absoluitur atq. concluditur; est misereri, latari, & similia, motus esse daremus, eos tamen attribuendos animæ non esse, sed toti homini. Verum enim animam non dicimus texere aut edificare, est anima texendi atq. edificandi principium sit & architectrix; sed hominem totum per animam: ira & de merore, letitia, ira, ceterisq. affectibus ac sensibus, & verò ratiocinatione dicendum est.

Quod si antecedens oratio fuerit absoluta, motus illos attribuendos animæ non esse, quod non in sola versentur anima, sed corporis item habeant motum: altera iam hæc responsio fuerit, quæ aliunde petit causam, cur animæ tribuendi motus illi non sint, est solius essent animæ. Quoniam in qua anima ens integrum, quod per se in natura colereat ac perse operetur, non est, sed pars viuentis existit atq. illius forma: quare cum alterius quidpiam sit, & in eo velut principii cooperatur, non animæ, sed viuenti toti operatio animæ omnis tribuenda est.

Vt ous autem modo interpreteris, tū à notioribus & manifestioribus, velut exemplis, ad ignotiora & occultiora, tum ab arte ad naturam progreditur Philosophus. Ab operationibus inquam corporeis maxime atq. arte constantibus, texendi & edificandi, ad eas, quæ naturales animæ sunt, misereri, addiscere, & ratiocinari, quæ superioribus omnibus memoratis respondent. Misereri enim affectus omnes complectitur, & addiscere cum ratiocinatione iungitur. Aut quoniam sentire quoq. nominauerat, addiscere sensibus respondet, quoniam ex sensibus disciplina hauriuntur. Vt igitur absurdū est dicere animam texere aut edificare, nec vllus sapiens ita loquatur, quia manifestū corporis & exteriorū instrumentorū vsum hæc operationes habent: nec anima sola texere potest aut edificare, sed ipsa texendi atq. edificandi arte instructa principium est in texente edificanteq. homine: ita nec affectuum sensuumq. aut etiam diuine operationes (si modò similis ceteris diuina sit) soli animæ tribuendæ sunt: quippe non solum aliquo corporis includunt vsū, sed nec anima id est quod, sed id, quo homo aut viuens quodlibet operatur.

Vnde rationalem colligas animam hominis veram & formantem formam Aristoteli fuisse liquidem non tam animam, ait, quam hominē per animam tanquam per formam ratiocinari. Quod nequaquam denaute assuētis formæ ratiocinatione diceretur. Non enim coniunctum illud ex naua & nauī, sed solum nauam ratiocinari & intelligere dicimus. Quod etiam spectabit illud, quod in t. 24. lib. 2. dicitur, animam esse id, quo viuimus, sentimus, & intelligimus primum.

TEXTVS.

Τὸ μὲν δὲ, καὶ ἐν αἰσθητικῇ καὶ ἐν κινήσει ὁμοίως ὄντος, ἀπὸ τῆς ψυχῆς καὶ ἐκείνης, ὅτι δὲ ἀπὸ ἐκείνης, ἢ πῶς αἰσθητικῇ, καὶ ἐκείνης, ἢ ἀπὸ αἰσθητικῆς, ἀπὸ ἐκείνης, ὅτι καὶ ἐν αἰσθητικῇ καὶ ἐκείνης, ἢ πῶς αἰσθητικῇ.

Hoc verò non quasi in illa sit motus, sed aliquando quidem ad illam usq. aliquando autem ab illa. Quæmodò sensus quidē ab hisce, remissi scētia vero ab illa ad sensu superiorum motus vel mansueti.

COMMEN.

COMMENTARIUS XCIX.

**E**xplicat id, quod melius dici pronuntiauit hominem animam misereri, addiscere, & ratiocinari, quam animam ipsam hanc agere. Non enim id dicimus, quasi in anima sit motus, ipsaque perse moueatur; siue, vt pars, vt cum hominem manu moueri dicimus; siue vt vehiculum, quemadmodum si curru, equo, nauiuè vehi, moueri que loquimur; siue alio quocumq. modo subiectum motus existat. Sed quod illa interdum terminus, interdum principium motus sit; interdum motus aliunde perueniat ad animam, interdum ab illa met prodeat. Etenim in sensibus principium motus a sensibus obiectis est, quæ speciem sui in sensus organum ingerunt, dum & qualitates tactiles, & sapores, & odores, & soni, & lux reipia afficiunt organum; aut certè colores, qui reipia agendi vim non habent, sola sui representatione sensum prouocant ad sentiendum, deinde anima de illis iudicat, nosq. anima sentire dicimur, quod motus forinsecus excitatus & in corporis organo primum factus, inde referatur ad animam atq. ad illius comprehensionem ac iudicium terminetur. Quod si anima non esset, nec specierum illa susceptio, nec omnino sensus vlla foret, vt in corpore mortuo apparet. Namq. anima tui ipsa sensationis principis existit, tum corporis instrumentum viuificat, aptumq. ad operandum facit: qua abeunte immutatur totum atq. ineptum redditur.

Reminiscens anima duo genera.

Reminiscens anima vt pars.

Reminiscens anima interdum motus, interdum quies.

Contra species sensus.

Interdum autem contra euenit, vt motus principium sit ab anima. Reminiscens quippe non ad illam fit, sed ab illa; vbi scilicet cessauit sensus atq. ab externis obiectis motus: Etenim tunc anima promit ex se phantasmata eaq. tractans recordatur. Nec verò in corpus quoque desinit motus. Nam si rei turpis aut honestæ, terribilis aut blandæ recordetur, suffunditur rubore corpus aut pallore, calefcit aut refrigeratur; alio atq. alio excitato affectu, pudoris, timoris, spei, letitiæ, iracundiæ, aut alio quouis, quo alio atq. alio modo immutetur corp<sup>o</sup>. Hoc nimirum est, quod dicitur (sensus quidè esse ab hisce) hoc est ab externis obiectis, aut potius à sensiterijs (sic enim antithesis & oppositio respõdebit optimè) & ad animæ iudiciū atq. actionē terminari. Reminiscens verò ab illa, nempe ab anima ex se ipsa promente phantasmata, quibus ab memorandum vtitur: atq. ab anima ad sensu inferiorum motus vel mansiones detiuari. Quoniã persæpe quidem ex memorata re immutatur quoque corpus; interdum tamen id cum quiete accidit & absque vlla perturbatione aut immutatione corporis. Itaque reminiscens fuerit aliquando motus, aliquando quies: motus, cum eorum est, quæ affectum aliquem in nobis excitent; quies, si nullus commoueatur affectus.

Vbi verò philosophus ait reminiscendi principium esse ab anima; quoniam Themistij interpretatione promptis illa (hæc enim sunt ipsius verba) ex se ipsa phantasmata, iisque repetitis, ac retractatis in reminiscens venit: Mihi quidem certè persuadet audiendos non esse illos, qui sensuum species ab obiectis in animam immitti prædicant, easque in memoriæ thesauro conferuatas memorandi principium esse. Nam si ita res haberet, re-

**A**miniscendi principium non esset ab anima, sed a sensibus obiectis, quorum species conferuari dicuntur; non minus quam principium sentiendi. Siue enim nunc primum producatur species, siue productæ antea sint, nihil interest. Est autem principium ab anima, quando ipsamet rerum antea cognitarum fingit sibi renouatque phantasmata, quibus absque obiecti ope ad memorandum ducitur. Quod enim (inquit Themistius) ab ea ortum habeat phantasmatum productio, dicitur reminiscens ab ea initium habere. Rursumque intelligas phantasmata species illas in phantasmata ingestas non esse, sed idola, quæ sibi met ipsa phantasia efformat ac fingit. Verum de his alibi pluribus.

Phantasma quidè.

**B**nunc autem Philosophum videas prius quidem dixisse, etsi detur operationes animæ motus esse, non tamen dicendum moueri animam. Deinde verò subiunxisse, motum aliquando esse vsque ad illam, aliquando ab illa: at omnino non constituisse; nùm ea sint motus necne. Propterea antequam progrediamur ulterius, opportunum fuerit ita pronuntiare. Operationes animæ aut vegetates sunt, aut sentientes, aut intelligentes. Quæ vegetates dicuntur, nutritio, accretio, procreatio, & verò cordis & artieriarum pulsus in sanguine præditis animalibus, sanè veri sunt & corporei motus: nutritio & procreatio ad substantiam, cum adiunctis pluribus alterationibus: accretioq. ad quantitatem. Pulsus verò localis quidem motus est, quo cor & artieria eleuantur & subsidunt, dilatantur & comprimuntur: cum quadam tamen calefactione cut alteratione coniuncta. Quæ autem in sentiente parte vigent, sensationes sunt, appetitiones, atque incessus. Incessus manifestum habet localem motum: sensationes & appetitiones, quæque inde oriuntur perturbationes & affectibus, verè quidem motus non sunt, dum perspectantur; sed actiones quæpiam & actus secundum: at sine motu non sunt; aut locali spiritus ad eam partè accurrentis, in qua futura est actio; vel sanguinis ad exteriora effusis, vel ad interiora reuocatis, Sensuque obiecti pulsantis organum, dum aures soni; & nares odores subeunt. Aut alteratione aliqua, quemadmodum in tactu & gustatu, atq. in appetitionibus, in quibus sanguis aut calefcit aut refrigeratur, & corpus rubore aut pallore suffunditur. Quare cum vidisset Philosophus operationes has omnes aut esse motus aut motum in corpore adiunctum habere, neque huius loci esse diligentius hæc persæpe de quæ singulis dicere, maluit rem præsentem agere propositæque dubitationi respondere, ostendendo etsi motus sint vel non sine corporis motu fiant inde tamen confici non posse animam perse moueri, sed corpus potius, quod in eo totus versetur motus, aut viuens totum, in quo ab anima vel ad animam fit motus in corpore.

Animæ operationes an sint motus.

**C**um autem operationibus intelligentibus in consequenti sermone dicitur. Verum vt eas quoque nunc simul cum cæteris comprehendamus, sanè illarum conditio ab omni motu aliena est, neque perse & sua natura coniunctum requirit motum: & in separatis mentibus absque vilo sunt motu. Nunc tamen quando anima est huius corporis actus, supponunt motum; dum sensibus egent, qui sanè motu non operantur. Et quamuis solius animæ operationes sint atque in ea sola suscipiantur, neque vllus corporei organi vû interueniat, melius tamen homini toti, quam soli animæ

E

attribuuntur: tum quia corporis quoque motum supponunt aliquem; & si non vt à subiecto, certe vt ab obiecto pendent à corpore: tum quia actiones sunt animæ, quæ pars essentialis est hominis.

TEXTVS.

ὅτι τοῦ σώματος ἐπιτεταται, οὐκ ἔστι οὐκ ἐστὶν ἐκ τῆς οὐσίας.

Lex. 65. Intellectus autem videtur innasci, substantia quadam existens, & non corrumpi.

COMMENTARIVS C.

Verissimè pronuntiauit Themistius, ea, quæ de intellectu à Philosopho dicuntur, impensam & diligentiam & attentionem requirere; etsi obscura vique aded non sint, vt intellegi & comprehendi non possint. Sed magis omninò distinctè proponere potuisset. Tria namque breuitate summa Philosopho complexus est. Primum, intellectum corporibus nostris innasci, ingenerari, atque in illis fieri. Alterum, substantiam quandam existentem illum esse. Tertium, nequaquam illum aboleri aut interire cum corpore. Quæ tria ita se habent, vt ex primo secundum, & ex secundo tertium consequatur. Si enim in nobis innascitur atque ingeneratur, hoc est vt cæteræ animæ ac formæ ex corporis & materiæ potestate educitur, sed forissecus accedens in corpore fit & producit (hanc quippè vim habet verbum illud compositum ex ἐπιτεταται quod est fieri, produci & generari) perse existentem substantiam, non in corpore sustentatam illum esse oportet: & ided neque corrumpi cum corpore.

De intellectu tria philosophus.

ἐπιτεταται quid.

Alexander de resp. so.

Confutatio.

Hanc autem esse vim illius verbi (ἐπιτεταται) audi quã apertè inter cæteros interpretatus Philoponus sit. Nam dicendo, inquit (innasci videtur) maximè quidem significabat eum nõ ex corporis completionè, germinare, sed extrinsecus accedere. Reliquæ animæ & formæ non innascuntur, sed enascuntur ex materia: non adueniunt materiæ, nec in illa fiunt; sed ex illa germinant. Solus intellectus innascitur & fit in corpore, illique aduenit; & ided nec ab eo pendet nec cum eo corrumpitur.

Verùm in his magnam Alexander dubitationem mouit. Cùm enim rationalem hominis animam persuasisset sibi esse mortalem atque cum corpore interire; Philosopho dixit non de humano nunc, sed de diuino intellectu quique potestate dicitur, sed de agente, quem is Deum esse credit, & ided incorruptibilem & immortalem eum esse dici. At quorsum nunc de Deo agente vè intellectu miscere sermonem, vbi vniuersè de animæ substantia quæritur, disputaturque num eã dicere liceat perse moueri? Itaque reliqui omnes humanum intellectum rationalemque animam nostram interpretantur. Et propterea Themistius dubitat, cur de huius animæ immortalitate interponatur sermo, cum nec de animalibus cæteris quæsitum esset, num eæ mortales sint; sed solum an moueantur. Neque multò post exponens quid inter intelligere intersit & cognoscere, multa de simplicium apprehensione ac compositione, celi duabus intellectus nostri, de quo Aristoteles loqueretur, operationibus adiugit.

Sed & Simplicius hominis animam intellectum ait nuncupari, eamque in corpore quidem innasci adesseque. At separari ab eo posse: & appellari substantiam, non quod aliæ animæ non sint substantiæ, sed quod materia obducta non sit ac per se subsistat. Substantia quippe tum à subsistendo accidentibus, tum maximè à per se subsistendo nominatur. Additque in sequenti commentario multa, quibus discrimen inter sensum & intellectum nostrum offendit; & quomodo intelligere definit, non corrupto ipso, sed alio quopiam in corpore.

Philoponus verò pluribus argumentis Alexander demonstrat de diuino intellectu nequaquam esse sermonem. Primum quia non multò post intellectus dicitur diuinus fortasse quidpiam esse & impatibile. Non enim adderetur (fortasse) à de Diuino diceretur: neque in dubium vocaretur id, quod omnes concederet. De Humano plurima erat dubitatio; eaquè in tex. 12. & 13. significata. Vt mittam inceptum esse dicere diuinum intellectum esse. Diuinum quidpiam & impatibile. Deindè quoniam intellectum ait innasci nobis, substantiam quandam existentem, & non corrumpi. Quis verò Diuinum intellectum innasci nobis, & per suam substantiam inesse velut nostrorum corporum formam dicat, aut corruptibilem suspiciat? Tum verò quia statim addit (maximè enim corrumpere ab ea, quæ in senectute est, debilitate. Quis autem in Deo senectutem aut debilitatem nominet; & vtramque nobis potius non videat conuenire? Nam & intellectum illic appellat animam: senectus, inquit, non est, quod anima quidpiam passa sit; sed id, in quo. Et hæc quidem ferè Philoponus,

Iam verò intellectum quoque perinde vult in senectute ab operatione sua impediri, ac in ebrietatibus & morbis: quis vnquã sanæ mentis ebrietates aut morbos in Deo cogitauit? Familiaria sunt hæc nobis, à diuina mente profus aliena. Et omninò quid tandem intellectus diuini operationem impedire, aut in eo destruit & corrumpi possit? Intellegere namque & contemplari, ait tabescente alio quopiam intus corrupto. Præterea ex videndi facultate de facultate intelligendi ratio cinatur: si vbi la igitur deductio sit, ambas oportet suppositi eiuſdem facultates esse: videndi facultas, vt nec sensus vllus nec corporea virtus, in Deo non est; vtraque simul in homine solo reponitur.

Simile argumentum fuerit, quod eiusdem esse velit intelligere, contemplari, ratiocinari; amare, odisse, meminisse: percuntèque corpore cessare amorem, odium, recordationem, solamque intellectuionem, superesse; quod intellectus diuinus quidpiam sit & impatibile. Quare si operationes hæc omnes eiusdem principij sint, & quidem quod sit in corpore; omninò quæ de intellectu dicuntur, de humano, non de Diuino, intellectu dicuntur. Ad extremum quæcumque hoc loco de intellectu affirmantur, sibi etiam de intellectu nostro pronuntiantur. Quippe in tex. 17. & 21. lib. 2. intellectum nostrum & theoreticam facultatem separari dicit à corpore & non corrumpi. Et tex. 4. lib. 3. intellectu cum corpore permixtum non esse. Et cap. 4. lib. 2. de animalium ortu, dum de hominis procreatione disseret, vegetantem animam & sentientem virtute seminis ex materia educi, solum intellectum forissecus aduenire solumque esse diuinum. Et quid

Et quid tandem erat, cur nunc de diuino intellectu ageretur. At quorsum (vicissim inquires) de humano? Respondebit Aueroes, vt quoniam animam conceleerat ex accidenti moueri; omnéque, quod ex accidenti mouetur, vt est in tex. 52. lib. 8. Physic. est corruptibile; intellectum nostrum doceret nec mobilem esse nec corruptibilem. Respondebit Philoponus, né cum operationes animæ audisses esse cum corporis quoque commotione coniundas; neque animæ, sed toti coniuncto tribundas; ex regula generali in tex. 13. posita animam omnem confiteres mortalem atq. à corpore inseparabilem esse: propterea intellectum adiungit immortalem ac separabilem esse, propriamque operationem habere inlectionem. Respondebitur & nos, de reliquis animæ operationibus dictum esse, quatenus toti coniuncto communes sint, dicendumque & de intellectu fuisse. Præsertim cum in tex. 63. rationem affirmasset aut similem ceteris actionem esse, aut fortasse aliud quidpiam. Cum enim ceteras omnes actiones offendisset toti coniuncto communes esse atque cum corporis motu perfici, de hac quoque intellectus operatione dicendum fuit, atque docendum alterius generis facultatem intellectum esse, quæ propria fruatur actione, in qua vt est in 2. lib. de animaliu ortu, nihil habeat commune corporis actio. Hoc nimirum est illud, intellectum innasci nobis, substantiam per se subsistentem, neque interire cum corpore, diuini quidpiam & impatiibile.

Quibus verbis Themistius, Philoponus, & Simplicius, Philosophum obseruant animæ nostræ immortalitatem aperitissime pronuntiasse: Alexandrumque etiam maximè nolle eandem fuisse fateri immortalem intellectum esse, testatur Philoponus. Quod si Themistius querat quorsum hic de immortalitate dicatur: respondebitur, aut agi propterea quod ex eo quod in tex. 64. dictum fuerat, operationes animæ communes esse cum corpore, colligi poterat mortalem eam esse: aut quoniam diuina ceterarum animarum operationes dictum est esse communes, consequenter & tacite dictum est mortales eas esse atque cum corpore interire: fuitque addendum quomodo res in anima intelligente habeat. Præsertim cum & huius rei cognitio tantopere desideretur à nobis, & obscuritatem tantam contineat, vt nulla sit permittenda occasio aliquid de illa dicendi; Neque obstrepat Alexander, sermonem esse de intellectu agente; quem in suo primo libro de anima Deum & primam causam esse contendit. Quoniam hunc nihil in nobis intelligere; sed quia est primum ens intellectile, reliqua omnia facere intellectilia, producendo in intellectu nostro patiente intellectiles species, huncque susceptis speciebus intelligere; idem ipse fatetur. Aristoteles verò de intellectione loquitur, quæ animæ in nobis operatio est, de quæ intellectu, qui & operationis illius principium & animæ facultas existit, atque hunc & forinsecus aduenire nobis, & subsistentem & impatiibilem & immortalem & diuinus quidpiam ceteris animæ partibus esse affirmat.

Quamquam ex hoc, quod intellectum ait nobis forinsecus aduenire, nolim colligas Aristotelem cognouisse animas nostras à Deo creati atque in corpora formata immitti, quemadmodum nos certissima fide ac regula in tex. 13. po-

fit ad essentiam animæ inuestigandam progrediens, ex immateriali quidem & propria operatione incorporea & spiritalem naturam conclusit, quæ ex materia non oriretur, sed illi forinsecus adueniret: & rursus fortasse formam sibi persuasit tempore priore composito esse non posse, quemadmodum aliquando affirmauit in tex. ib. lib. 12. Metaph. at quomodo anima nostra produceretur, quæ uè illius esset origo, assequi non potuit, infinitam Dei virtutem cælorum motui non alligatam ignorans. Itaque verbum illud (*forinsecus*) significare quidem dixeris eam non ex materia, sed in materia fieri: verbum duobus modis illius vim interpretaberis: Aut non significare simpliciter fieri & produci de nouo, sed in corpore fieri; etiam si, vt Plato cogitauit, antea ipsa præfuisset, propositione illa lib. 12. Metaph. plerumque, non semper & ubique fuerit vera: Aut simpliciter etiam & de nouo fieri; sed productionis modum non constare. Vtrius autem modo interpreteris, idem fuerit, quod nunc dicitur (*forinsecus*), & alibi forinsecus aduenire, hoc est ex materia & corporis potestate non produci, communi ceterarum animarum ac formarum conditione.

Rursum cum dicitur (substantia quædam) additum putat Simplicius, vt intellectus noster ostenderetur inferior intellectibus illis esse qui semper in se manent neque progrediuntur ad corpus. At id non videtur verum: solumq. significare voluit Philosophus speciem quandam esse immaterialis substantiæ, sicut si hominè dicas esse animal quoddam, hoc est quandam animalis speciem. Potiusq. conuenientiam, quam differentiam, dixerim significare: nempe intellectum nostrum immaterialem esse substantiam ceteris separatis persimilem, quod simile habeat operationem. Sed audiamus cetera.

TEXTVS.

*μακιστην τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν πρὸς τὴν ψυχὴν ἀπελευθερώσασθαι, καὶ ὡς ἀποβῆναι τὸ ἀδύνατον συμπεραίνει· οἱ δὲ τὰ λάβοι οὐ φοβούμενοι τὴν ἀμεταποίητον, βλάπτει αὐτὸν ἀσπρὸν ἔνθα οὐκ ἔστι πρὸς τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψυχῶν προποθέται, καὶ ἀπὸ τῆς ἀμεταποίητης καὶ ἀθάνατης ἐξουσίας.*

Maximè namq. corrumpereut sanè ab eis, quæ in senio est, hebetatione: Nunc autem vt in sensibus euenit, si enim acceperit senex oculum talem videbit utique vti & inuenit. Quæ circa senectus, non quid aliquid per se sit anima, sed in quo, quemadmodum in ebrietatibus & morbis.

COMMENTARIVS CI.

Quæ hic subiungit Philosophus, videntur sanè ad illud probandum pertinere quod potest dixerat, intellectum non interire cum corpore. Et Philoponus solui obiectionem putat, quæ ex senum, ebriosorum, ac melancholicorum delirijs peti poterat, ad ostendendum eum cum corpore pari & interire. At verè demonstratio continet superioris totius sententiæ, intellectum non produci ex corpore neq. ab eo pendere, sed per se subsistentem substantiam esse, ideòq. eum corpore non corrumpi, quoniam nec ex eo productus est, nec sustentatur in eo. Et Simplicius alteram instruit rationalis animæ immortalitatis demonstrationem. Vt antea quidè ex eo fuerit demonstrata, quod forinsecus adueniat & per se subsistens substantia sit: nunc autem argumentum ex eo ducatur, quod floreat ipsa vigeatque maximè, vbi deflorescit ac de-

*Aristoteles anima nostra creatur non cognoscitur.*

*Anima immortalis.*

bilitatur corpus. Et prior quidem demonstratio ex prioribus & ex causâ petitur; quippe non educâ ex materia esse, sed immaterialem & subsistentem substantiam, separabilitatis atq. immortalitatis est causa: posterior verò ex posterioribus & effectis; nempe ex viuaci & acuta operatione, imperfecto licet ac minus apto subiecto corporisve instrumento ex qua substantiam, quæ operationis principium est, colligitur à corpore non pendere. A corpore inquam non solum vt corpus est ex elementis permittum, sed etiam vt viuens & sentiens. Nam et si vitales ac sentientes virtutes heberentur & imbecillius agant; viget tamen & firmior est intellectus actio, quæ, cum antea vigeret corpus, minus ipsa vigeat. Quare vt quod simul crescit & minuitur, simul necesse est interire, ita quod nō simul crescit nec minuitur, simul etiam non interibit. Cæterarum animarum operationes, quòd corporis instrumento vtantur, simul cum corpore crescunt & minuantur; mortales igitur cum corpore sunt: intellectus operatio non item, nec vlla corporis mutatione vitatur, quin potius decrescit corpore ipsa crescit, non igitur cum corpore interibit. Ita namque ratiocinatur Philosophus. Senescente corpore manifestum est vegetantes ac sentientes virtutes hebetari & imbecillius agere, minus enim feliciter nutriuntur: ac reficiuntur partes omnes, nec modo non augentur, sed magno opere minuantur & extenuantur: visq. sibi simile procreâdi prorsus friget nec vllis ad agendū stimulis incitatur. Sensus quoq. minuitur omnes: nec solū ad incedendū, currendū, aut saltandū, sed etiā ad stādum imbecilliora euadūt animalia cuncta. Si igitur intellectus corrūperetur cum corpore, nimirum patiente, debilitato, & fracto corpore, ille quoque simul pateretur debiliorque & fractior eius operatio foret. Itaque in senectute debilitato corpore omniq. alia illius hebetatur virtute, imbecillior esset atq. hebetior intellectus actio. At tantum abest, vt ita res habeat, vt contrarium potius eueniat, maximèque vigere tunc conspiciatur. Aut si extrema senectute præcipitataque prorsus ætate hebetudo quadam appareat & imbecillitas, qua deliri quoque euadant lenes; ea corporei organi est & phantasia, non intellectus.

Quod argumēto ex sensibus sumpto demonstrat. Namque in senio hebetior est & imbecillior aspectus, non quòd quidpiam perpessa sit anima & debilitata, sed oculi vitii id est. Quæ admodum enim in suffusionibus, & in senectute accidit. Si quidem senescente ætate vt totū reliquum corpus, ita & oculorum membranæ sicantur, corrugantur, solidioresq. magis terree, ac minus perspicue, & verò turbidiores & crassiores humores euadunt. Quo fit, vt & visus spiritus minus promptè suscipiatur instrumentumq. percurrat, & luminis ac oculorū motus tardior sit & imbecillior. Neq. crassus abest humor, qui ex capite defluens tenebris quasi suffundat oculū. Quo circa si sola instrumenti mutatio fieret, senexq. perspicuū & optimè ad vsum animæ comparatū acciperet iuuenis oculū, ac ut nimirū videret vt iuuenis. Nā & qui humorū suffusionibus laborat, si humorē deiciant, optimè vident, cū antea nō viderent. Itā prorsus de intellectu existimādum est. Immo à maiori ad minus argumentari licet. Si sensus materialis planè corporisq. organo implicata facultas corpore debilitato non debilitatur, sed solius organi passio est & hebetudo; meliorem ac præcellentiorē facultatē intellectu multò minùs

In senio cur debilior aspectus.

autem

A credendū est patiente ac debilitato corpore pati ac debilitari. Intellectū potro minùs esse cū corpore organo implicatū, idēq. minùs pati quā sensum, argumento est, tū illud in text. 7. lib. 3. quòd sensus à vehementioribus & immoderatis obiectis distuluitur, neq. post illorū sensum percipere minora potest: intellectus non itā, sed, quòd præclariora & magis intellectuilia cōprehenderit, cō facilius intelligit remissiora. Tū alia plura, quæ adfertur solē, vbi spiritalem eum naturā esse demonstratur, & quædā hoc loco Philoponus memorat.

Quæ qui dissoluere atque ostendere necessariam probandi vim non habere conati sunt, inanem ac perniciosam Christianorūq. Philosopho indignum laborem susceperunt: qui ex generalis Lateranensis Concilij præcepto in sess. 8. illa potius argumenta diluere atq. infirmare debuissent, quæ materialem ac mortale esse suadere videntur. Dūm Philoponus ac cæteros Græcos in interpretes legor Aristotelē in his affirmates rationalis animæ nostræ immortalitatē manifestissimè demonstrat, idq. Alexandrum quoque mortalitatis assertorem acerrimum coactum fuisse fateri, pudeat scribere problema hoc indemonstrabile esse, de quæ illo Aristotelem suspensam & velut disputantis nec quidquā assertentis habere sententiam. Nam et si verbo (videtur) vatur familiaris tamen est vsus vel dum maximè sua proponit. Immo verò vt res esset manifestior, neq. intellectus agentis vel alterius cuiuspiam, non animæ nostræ, immortalitatē dices demonstrari, sapienter obseruauit Philoponus intellectus nomē in animæ nomē fuisse mutatū. Et nota, inquit, quòd quæ intellectū dixit in corruptibilem esse & foris aduenire corpori, hunc ipsum statim animam vocauit (nō quòd aliquid perpessa sit anima) vt intelligeres quòd nō aliq. dixit intellectū præter animā rationāle extrinsecus nobis aduenientem, sed animam ipsam rationālem intellectu vocauit: manifestissimè per hæc animam nostram esse immortalem demonstrans. Hæc Philoponus.

Quem etiam distinguente reperias duplicē senectutē, vnam moderatā, quæ primum sequitur consistentiæ statum, alteram excedentem & vltimam mortiq. proximam, quam decrepita appellamus. De prima namq. videntur esse priora illa Philosophi verba (maximè namq. corrūperetur ab ea, quæ in senio est, hebetatione. De altera verò posteriora hæc, quæ circa senectus, non quòd aliquid perpessa sit anima. Sanè in posteriori debilior omnino fit & veluti hebetior operatio, non ipsius culpa, sed famulantis corporis. Deficiunt enim spiritus, & phantasia, & exteriores sensus sunt hebetiores; sine quibus dum in hoc corpore commoratur, operari nequit. Atque hoc est, quòd statim adiungit (intelligere & contēplari tabelicit alio quopiam in tus corrupto) At in priori tantum abest vt debilitatus fuerit, vt vegetior sit, tuncque maximè vigeat & acriter operetur. Nā et si sensus non nihil imbecilliores sint, satis tamen adhuc valent; et si quid in illis desit, suppeditatur ab idē tum experientia longa multoq. rerū vsu, prudētia, & plurimarū rerū cognitione, tū affectū moderatione totiusq. corporis quiete, quæ, vt antea dictum est, multò magis, quā motus & agitatio, intellectu cōmodat. Vnde Platonis illud in conuiuiō, Tūc Dianæ incipit visio acutè cernere, cū oculorum acies vim suā desinit exercere. Nam et si intellectus spiritualis natura sit, neq. corporis instrumento vit-

aur, corporis tamen est actus, & propter animarum ac facultatum ordinem sensum & phantasiam famulantes præcurrentesq. supponit: sensus autem & phantasia corporea virtutes sunt, atq. in deteriorato corporis instrumento resident & operantur. Itaq. dum in iuuenibus perturbationes sæuūt, atque in multiplici motu versatur corpus; intellectus impeditur actio, quæ sedatis perturbationibus ac motu cessante sunt liberiores. Ac rursus debilitato penitusq. dissoluto instrumento sensum quoq. ac phantasiam debilitari aut prorsus extinguere necesse est: atq. adeo intellectus etiam operationem, quæ a sensu & phantasia pædet, hoc est intellectus, qui sit corporis actus in eoque, debeat operari: at non intellectus absolute considerari. Et omnino mediocritas illa & cõmensuratio, quæ obeundis actionibus est necessaria, tum in iuuentute turbatur vehementioribus affectibus & calor excessu, tum in senectute siccatō corpore nimiumque refrigerato ac penè mortuo materiæque propinquo.

*Triplicis huius res exemplum.*

Triplicis huius rei exemplum reperias. Primum Nautæ apud Simplicium; qui tempestate cõmota impeditur quidem à ventis & fluctibus, nõ solum in ijs, quæ ad nauem spectant, sed in alijs item actionibus, quas ipse sine nauis exercere posset; cū propter nimiam perturbationem ne illis quidẽ vti valeat. At quod hæc à nauis non pendeat, tempestate cessante liberè illis vtitur. Ad eundem quippe modum intellectus, qui in nobis est vt in nauis Nautæ, hoc est subsistens substantia atq. a corpore non pèdens, impeditur magno opere in intelligendo, si aut corpus varijs motibus agitur, aut quæ ad ipsum spectant, minus benè habeant: verum aut sedato corpore aut extincto, tunc demum liberior ad operandum erit.

Alterum apud Philoponum, cuius crebram in nobis ipsi experientiam habemus. Etenim dum lectioni, scriptioni, contẽplationi, aut debilitationi vacamus, si vicinus quispiã nugator risis, cantu, clamoribus, altercationibus, obstrepat, plurimũ sanè impedimur; cùm tamẽ maior inter nos, quàm loci propinquitatis, nõ sit habitudo. At nugatore cessante ac quiescente libera nobis est prõpta operatio nostra. Ita prorsus adiuncti corporis tumultu atq. agitatione auocatur atq. impeditur is, qui in eo habitat illiusq. actus est, intellectus; cùm hæc præsertim maior, quàm loci coniunctio sit. Verum hoc impedimentum illius duntaxat tẽporis est, quo aut corpus in motu & agitatione versatur, aut intellectus commoratur in eo. Post impedimẽto sublato liberior est intellectio.

Tertium exẽplum est Aristotelis (quæ admodum inquit, in ebrietatibus & morbis) Nam vt propter corporis turbatam temperationem impeditur intellectus operatio, qui alioqui nihil perperius est, atq. optimè operari posset, rursusq. conuenienti tẽperationi corpore restituo operabitur: ita nimirum si in extrema senectute deliret minus benè suo fungatur munere, corporis id fatiscẽtis vitium est, à quo vbi liber fuerit intellectus, tum demum perfectam sortietur operationem. Quocirca exemplo hoc ostendere duo Philosophus voluit. Primum quidem, intellectũ in senectute nihil fuisse passum, sed passionem omnem solius fuisse corporis: sicut in ebrietate & morbo patitur corpus, non intellectus. Deinde verò intellectum nõ interire cū corpore, sed ab eo separari, corporeq. interempto velut subsistentem substantiam operari. Sicut is, qui

ebrietate vel morbo laborat, liberatur ab illis & mentis factus cõpos sanitatiq. restitutus operatur perfectè. Et senectus ipsa quidẽ certè naturalis quidam, & qui curationem non admittit, morbus est: quo tum corpus præter naturam habet, tum animæ functiones impediuntur aut certè imperfectiones sunt. Quod si curari posset hic morbus & corpus ad naturalem ac temperatũ habitum reuocari, non minus benè senex operaretur, quàm iuuenis: quoniam non animæ, sed instrumentũ morbus atque impedimentum erat.

**DIGRESSIO XIV. DE SENSU PERIN-**  
*de ac de intellectu concludi non posse.*

Cæterum aduersus argumentum, quo ex sensibus demonstrauit Philosophus intellectum cū corpore non corrumpi, Themistius dubitat; quoniam illo ipso sensum quoque non corrumpi & immortalem esse probaretur. Quippè non minus sensum, quàm intellectũ, ait debilitatum in senectute nõ fuisse, sed corporis solius hebetatum ac læsum instrumentum: quo solo mutato & accepto iuuenis oculo, eque acutè videret senex ac iuuenis. Auerroës argumentũ dixit esse probabile, non necessarium: consueuissetq. Philosophũ huiusmodi argumẽtis vti aut post necessaria aut vbi necessaria non suppetunt. Et Themistius quoq. tandem eum conclusit disputandi magis diligentia; quæ cū sententia aut fiducia decernendi disseruisse. Sanctus autem Thomas dat manus: dùm enim Aristotelẽ ex veterum putat sententia loqui, qui animã omnẽ incorruptibilem esse putauerant; consequens est vt idem de intellectu & sensu iudiciũ sit, & quamuis vterque videatur in senectute debilitari, solius tamen organi vitium existat. Incredibilis prorsus interpretatio, nec vlli Græcorũ consentanea: quod nec vlla opinionis illius antecesserit mentio, nec obscurum sit Aristotelem sua proferre, vt dubitationem in tex. 62. propositam diluat.

Non defuerunt alij, qui de sola hominis animã sermonem esse dicerent, quæ vna cum sit, tum intellectus, tum sensuum principium existit: incorruptibilis nimirum sua natura: quare vt intellectus, sic hominis etiam sensus non hebetatur, sed solum corporis instrumentum: vbi in bestiis, quæ eaducã habent animam, tum instrumentũ, tum facultas debilitatur. Quorum interpretatio suspecta est. Primum quia de anima vniuersè agitur, quæ riturq. solutio dubitationis proposita de operationibus animæ, quæ in animantibus omnibus reperiuntur: atq. in tex. 66. ostẽsum esse cõcluditur vniuersè animam nec per se nec à se moueri. Deinde nondũ ostensum est vnicam esse in homine rationalem animam. Tum verò quæ de amore, odio, ac cæteris huiusmodi dicuntur in tex. 66. eodem modo accipere oportet, quo de illis antea fuit sermo in tex. 62. 63. & 64. in quibus eas cõstat velut operationes animæ vniuersæ nominatas fuisse. Sed & vniuersè pronuntiatur; perinde intellectui accipere ac sensui: illaq. propositio, si senex acciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis, aut vniuersè accipienda est de cunctis animalibus; aut ponendũ antea fuit secus in homine, quàm in cæteris, habere sensus: cū præsertim in cæteris quoque ex instrumenti vitio habetur sensus. Deniq. quod sentientes facultates accipiunt separari simul cum anima rationali, non minus quàm separetur intellectus, peripateticum non est, atq. ab Aristotelẽ ne-

negaretur; qui in text. 12. & 13. solam eam facultatem voluit esse separabilem, quæ propriam & non cum corporis instrumento communem habeat operationem. Immo de intellectu, quem constat minus corpore indigere, dubitationem eam proposuit, an propriam habeat operationem separarique possit. Sensum verò separatam inutilem planè diceret, superuacaneum, & otiosum fore. Nā is absque corpore operari nequit: neque futuram corporis resurrectionem cognouit Philosophus, aut esse posse iudicauit. Quam ob causam & ne intellectum quidem separari voluit, nisi propriam actionem haberet, qua solus absque corpore frui posset.

Esto igitur, quod de aspectu dicitur, non in solo intelligatur homine, sed & in animalibus cæteris. At intellectum non corrumpi eo argumento probatur, quod in senectute non est debilitatus, immo acutior factus. Hoc enim corporis organo cum non uti neq. in corpore sustentari ostendit; sed per se subsistentē esse substantiā, propriāq. operationē habere, quoniam tamen obijci extrema senectus poterat, in qua vix operari, immo delirare cōspicitur; nullum in dē argumētū duci posse demōstrat: quoniam imbecillitas illa non ipsius, sed organi phantasia, vnde illi obiectum intelligendum suppeditatur. Quocirca nec quidquam perpessa est rationalis anima, sed corpus, in quo ipsa est: nec intellectus, sed organum phantasia; à qua is obiectū accipit. Id verò tum exemplo sensus ostendit, tum ebrisorum morboque laborantium. Sensus namque operatio est hebetior sit in senibus; non tamen propterea est, quod animæ quidpiam perierit, quæ ut est substantiæ forma perfecta, sit & indiuidua & in impartibili consistens nec magis nec minus suscipit; sed quod organum vitiatum sit & prauis imbutum qualitibus. Quare organi mutatione perfecte, vt antea, operaretur, nec minus acutè sentiret. In ebrietatem & morbis delirat interdum intellectus nec benè operari potest, propter corporis vitium, quo recedere sapiens & perfecta redit operatio.

Neque tamē ex hoc deducere licet sensum quoque incorruptibilem esse. Etenim certa quæpiam est cuiusque formæ dispositionum latitudo; intrā quā si mutatio fiat, conseruetur quidem forma in materia; at si præter modum qualitas quæpiam intendatur vel remittatur, abire formam necesse sit. Itā imtemperto atque intrā latitudinem vitiatō corpore hebetatur intellectus & sensus operatio, utroque tamen incolumi; at si modus excedatur, interit sensus, materialis & corporea virtus, atq. intellectus immaterialis & incorporeus desinit esse actus & forma illius corporis, ac per se separatus subsistit.

Quare intellectui & sensui quidpiam est commune, & quidpiam rursus proprium singulorum. Cōmune est, tum vitiatō corpore minus perfectè operari, eoq. integritati restituito restitui: tum non qualibet corporis corruptione corrūpi, quia si intrā conuenientē latitudinem fiat, ne sensus quidem corrumpitur. Atq. hæc tenus Philosophi similitudinem similitudo vim habet. Proprium autem sensus, tum senescere corpore senescēte minusq. subindè acutam operationem promere; tum corrumpi ac penitus aboleti, si corporis vitium latitudinis modum excedat. Intellectus verò, tum senescente corpore operari perfectius, tum nō corrumpi, sed

*Intelle-  
tus est  
sensus cō-  
paratio.*

**A** corpore corrupto separatam subsistere. Quod ex operationis præsertim natura & conditione cognoscitur, quæ in sensu communis est cum instrumento corporeo, in intellectu non item: est vitæque debilior in extrema senectute euadat, quia sicut vt à subiecto siue vt ab obiecto pendeat dum est in corpore; dumq. id præter modum debilitatur, sine quo perfecti operatio nequit, debili orè quoq. operationem fieri necesse est. Ex qua debilitate veteratiocinatus est Aristoteles non colligi mortalem intellectum esse: non tamen ex eo concludi voluit esse immortale, quod ratione solum corporis debilitetur: quoniam hæc cum sensu commune illi est; sed ex propria proprius operatione, vt in text. 12. & 13. iam antea posuit. Quanquam ex senectute quoque nonnullū petitur argumentū, dū ingrauescente ætate non ingrauescit intellectus, quin vegetior euadit sensui, qui non solum in vltima, sed in prima quoque senectute minuto ac deficiente corpore minuitur semper ac deficit, quod materialis plene & corporea virtus sit.

TEXTVS.

*Καὶ τὸ νοεῖν ἀνεξαρτήτως τῆς ψυχῆς καὶ τῆς σαρκὸς ἐστὶν ἀνεπιπέδον, ἀπὸ τῆς ἀνεπιπέδου ἐστὶν.*

*Et intelligere igitur & contemplari marcescit, aliter quodam inuis corrupto; ipsum verò impartibile est.*

COMMENTARIVS CII.

**S**I probè fuerint percepta ea, quæ in superiori textu tradita sunt; difficilè haud fuerit assequi quid in hoc Philosophus agat. Est enim superiorum cōclusio. Verum etiam atque etiam cauendum est, ne substantiam & operationē confundas, quæ accuratè prorsus Aristoteles separauit. Nam principio quidem intellectum nominauit, quem rationalis atque intelligentis animæ substantiam significat; deinde duobus & verò tribus modis explicauit. Primum, intellectus, in quiens, substantia quedam existens. Deinde probans cum non corrūpi corrupto corpore: quod de accidēte non diceretur. Postremò intellectus nomen in animæ mutans mutans (nō quod aliquid perpessa sit anima. Ex quo haud leui argumento colligas, nequaquā cum se ab anima facultates distinxisse. Nunc verò intelligere ait & contemplari; intellectus scilicet illius operationem. Ac demum intellectum rursus velut operationis principium subiungit.

Sed intellectum quidē intelligentemve animam impartibile esse & mortali omni natura meliorem substantiam, & antea dixit, & nūc inculcat; vt manifestior sit immaterialitatis atq. immortalitatis assertio. Intelligere autem & contemplari & omnino operationem caducam & mortalem esse. Substantiæ immortalitas tū ex eo colligitur, quod non producit ex materia, sed forinsecus aduentitium ex operatione propria, non communi cum corpore. Operationis verò mortalitas ex eo quod à sensibus corporis & phantasia pendet, vt intelligendū habet obiectum. Quod quia verum est de intellectu, non simpliciter, sed qui caduci huius corporis forma est, probauerit etiam non intellectuē vniuersam, sed quæ eiusmodi intellectus est, caducam & non sempiternam esse: alioqui est operatio illius propria, quæ separatam quoque à corpore fruatur. Atque hoc est illud (intelligere & contemplari marcescit

caecit alio quopiam intus corrupto) intelligere scilicet & contemplari huius intellectus, qui caduci & corruptibilis corporis est actus, (ipsum verò impatibile est) quia patiente & corrupto corpore nihil perpessa est anima, quae perennis illius fons & principium existit. Vt enim intellectus animae substantia non patitur, sed corpus in quo est anima: sic intellectio marcescit, non per se, sed ex accidenti, alio quopiam in corpore pereunte.

Nisi fortasse illud ( ipsum verò ) de intelligente principio intellectuque cum Simplicio malis intelligi. Sed duo sunt, quae me ab hac interpretatione reuocent. Alterum, quòd nihil aliud antecedit, cui vox illa reddi possit, nisi illud (intelligere & contemplari, Alterum, quòd inepet atq. insulte & praeter consuetam breuitatem saepius idem repeteret: nam statim intellectum subiungit rursus impatibilem esse. Quod si ipsum intelligere & contemplari interpreteris, praclare ad immortalitatem adstruendam progredi Philosophum nostrum videbis. Et quidem ex posterioribus & notioribus, dum ex impatibili & separabili operatione ad impatibilem ac separabilem naturam transit: atq. ex eo, quòd operationem habet ex accidenti marcescentem, per se tamen impatibilem; intellectum conficit ex accidenti patibilem esse, pereuntēque corpore desinere esse illius actum & formam, per se tamen impatibilem & separatum viuere.

At quid est illud ( alio quodam intus corrupto ) Parum sanè accommodatè corporeum intellectus organum interpretatur Sanctus Thomas, Philosophum opinatus loqui ex eorum sententia, qui intellectum quoque determinato vt organo vouerunt. Etenim sua, non aliena, promere illi constat. Melius Philoponus spiritum intelligit, sine quo nec phantasia, nec animalis vlla virtus operatur: sicque aut profusus deficit aut minus sit temperatus, nulla vel certè turbulenta fit temperatio. Simplicius autem vel spiritum, vel temperaturam. Sed quid est opus aliunde interpretationem quaerere? Ipsemet Aristoteles in tex. 20. lib. 3. intellectum à corpore separatum dicit non recordari: quoniam corruptus est passiuus intellectus, sine quo is nihil intelligit: passiuum autem intellectum phantasia appellari, tum idem ipse fatetur Philoponus, tum eo loco argumentis pluribus ostendemus. Simulq. intelligemus causam eius, quod nunc intelligere ait marcescere illo intus corrupto. Quoniam, inquit, sine hoc nihil intelligit intellectus, hoc est sine phantasia, vt aperte loquitur in text. 20. & 39. eiusdem lib.

TEXTVS.

Τὸ δὲ διανοεῖσθαι, ἢ φαντασθαι, ἢ μνησθαι, οὐκ εἶναι οὐκ εἶναι πρὸς τὴν ἀνάγκην τοῦ ἐκείνου οὐκ εἶναι, ἢ οὐκ εἶναι ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὁμοιωμάτων, οὐκ εἶναι, ἢ τῶν οὐκ εἶναι τῶν, ἀλλὰ τῶν κατὰ τὸ ἀποτύπωμα, ὅ ἐστιν ἰσὺς τῶν οὐκ εἶναι καὶ τῶν οὐκ εἶναι.

Ratiocinari autem, & amare, vel odisse, non sunt illius affectus, sed huius habentis illud, quatenus illud habet. Quare, & hoc corrupto non recordatur neque amari: Non enim illius erant, sed communis, quod abolutum est. Intellectus verò fortasse diuini quidpiam & impatibile est.

COMMENTARIVS CIII.

Themistius cum in superioribus verbis audierit (notè, intelligere) & nunc audiat (διανοεῖσθαι, ratiocinari) opportunè quaerit, quid inter vtrū-

que intersit, & vtrum praestantius existimari debeat. Addere quoque tertium poterat (κατανοεῖσθαι) contemplari. Atque intellectiōnem, inquit, simplicem terminorum simplicium comprehensionem esse, ratiocinationem autem terminos complexos iungere aut diuidere. Priorēque posteriori praestare: tum quia in complexu modò veritas est, modò falsitas; in simplici intellectiōne falsitas locum nō habet: quoniam vel tota res comprehenditur vt est, vel omninò non comprehenditur: tum quia intelligere est quasi comprehendere atque attingere tem; ratiocinari velut circuire & lustrare, neque accedere; quod imbecillitatis indicium est. Quae sane verè dicuntur, sed minus fortasse huic loco accommodatè. Intelligere namq. non arbitror Aristoteli simplicè apprehensionē significasse. (Nam quorsum nunc intellectus haec actiones distinguere?) sed vniuersam potius intellectus actionem; sicut sentire sensus actionē significat. Et idē eam marcescere quidem dixit alio intus corrupto, quòd de intellectiōne omni verum est; ipsam verò impatibilem esse per se, quoniam actio est spiritalis naturae propria, non communis cum corpore.

Sed apud sanctum Thomam duo reperio, quae minus probò. Alterū, quòd duo illa priora (κατανοεῖσθαι) intelligere vertit & considerare, intelligereq. simplicem apprehensionem significare, & considerare alteram illius operationem, quae in componendo & diuidendo versatur. Quibus si ratiocinatio accedat, tres omnino omnes intellectus operationes fuerint hoc loco commemoratae. Namque κατανόησις Graecis nequaquam compositionem & diuisionem, sed cōtemplationem indicat; quae actio est intellectus in se manentis, non ad opus vllum progrediētis. Alterum, quòd διανοεῖσθαι interpretatur intelligere; cum non intellectiōnem quamuis, sed ratiocinationem & ex vno ad aliud progressionem significet.

Propterea satis fuerit tria haec, intelligere, contemplari, & ratiocinari, ita protus accipere, vt intelligere sit quasi genus, quod vniuersam intellectus actionem proponat, duo reliqua velut illius species & partes, quarum altera in sui ipsius actus separatorum, quae supra se sunt, cognitione in seipso manens intellectus versetur, altera simul cum sensu & phantasia circa inferiora occupetur & corporea, deque illis ratiocinetur. Quod ferè practico intellectui Simplicius tribuit, Intellectum in quies appellari rationalem ipsam animam, vel vt organo vitur composito ipso, quemadmodum practicus intellectus ( quod est διανοεῖσθαι ) vel vt ea per se ipsam agit, veluti contemplatiua pars) quòd est θεωρεῖν, & Aristoteles ratiocinari dixit, perinde atque amare & odisse, non esse solius intellectus affectus seu operationes proprias, sed habentis illud, hoc est coniuncti seu animati quatenus animatum est. Siquidem anima quidem operationes sunt, sed per corpus fiunt: & vt animam sine corpore non dicimus texere aut aedificare, ita neque circa corporea ratiocinari, amare, aut odisse. Quoniam illud sensu & phantasia indiget, haec aliquam corporis quoque cōmotionem adiunctam habet.

Hinc dissoluto cōiuncto corporeq. interempto superstitem intellectum colligit neq. recordari, neque amare, aut odisse, aliaque id genus operationes habere: causamque subiungit esse, quoniam haec non sunt illius operationes propriae, sed communes cum corpore, totiusque coniuncti: quocirca

AA iij

Intelligere & ratiocinari vt distingerant.

Contemplari quid.

Anima immortalis.

perente corpore dissolutiq. conuictio nulla amplius esse possunt. Vbi rursus apertam immortalitatis intellectus nostri assercionē obseruabis. Non enim diceretur nō recordari, si superstes non esset.

At cur non recordetur, alienam prorsus ab Aristotele causam Philoponus posuit. Quoniā, inquit, nunc quidē illius cognitio præterflūes est, tēporaria, & cū priori ac posteriori: at à corpore absolutus cognitionem habet firmā, constantē, momentaneā, ac totā simul: memoria vero præteritorum est, in quibus prius & posterius obseruantur. Nēpe memoria rei antea cognita repetitio cū sit, obliuionē aut certē cessacionem videtur supponere; quæ presentis cōditionis præterfluentis est; vbi verō firma erit & cōstans cognitio, obliuio aberit memoriæque necessitas. Cōmunem Philosophus causam exponit, cur non recordetur, neq. ament anima separata, quoniā hæc non erant illius propriæ operationes, sed totius cōiuncti. Memoriā quippe, vt est in libro de memoria & reminiscencia, idē re ipsa cū phantasia esse voluit, idemq. & phantasia & memorabile, neq. intellectū esse memoriā sine phantasmate, quia nec intellectio. Quare vt phantasia, sic memoria non solius animæ, sed cōiuncti actio est, per eūq. phantasmate & phantasia petit simul memorabile & memoria. Verūm de his pluribus in 3. libro.

Anima immortalis.

Solum intellectum inculcat diuinius quidpiam esse & impatibile, hoc est spiritalem & per se subsistentem substantiā, quæ cum corpore non patitur: quare intellectio quoq. diuiniore fuerit operatio & illius propria, qua separatus quoque fruatur. Addit autem (fortasse) vt & antea in tex. 64. (videtur) non quod nō sit illi certū, sed aut propter philosophicā modestiam; aut quod nondū id satis demōstrasset, nec verō presentis esset instituti pluribus cōfirmare, aut demū quod in pluribus aliis difficultatibus, præsertim obsecurius, ita loqui cōsueuerit. Paucis tamē Simplicius quatuor argumēta perstringit, quibus diuiniore intellectus natura colligatur. Nā & corpori dominatur & imperat: & in seipsum cōuertitur seq. ipsum intelligit: & ad nullā partē aliquādo declinat: & cū præstantioribus sese coniungit vnitque. De quibus alibi opportunior erit dicendi locus.

TEXTVS.

ὅτι οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν τὴν κινήσασιν τῶν ψυχῶν, φανερόν ἐστι πῶς οὐκ ἐδύναται κινῆσαι, ὅμοιός ἐστι οὐδὲν ἑαυτῆς.

Quid ergo non possibile moueri animam, manifestum ex his. Si verò omnino non mouetur, perspicuum quod neque à se ipsa.

COMMENTARIUS CIIII.

Quoniam hæc omnia propterea dicta sunt, vt dubitationi satisfieret in tex. 62. proposita, quæ tuadere videbatur animam per se moueri, cōcludit manifestis argumentis ostensum fuisse animā non posse moueri. Nam etsi ea, quæ objicebantur, sint motus, solius tamen animæ non sunt, sed animati corporis, in eoq. ab anima deriuantur. Sola intellectio solius est animæ propria: sed ea diuiniore est operatio generisq. alterius à cæteris & hæc tamen ipsa quoquo modo indiget corpore, quatenus in hac vita sine phantasia nō intelligimus. Quod si omnino non mouetur anima, multò minùs dicendum fuerit eā moueri per se aut à se ipsa, quem-

Admodum, veteres illi, cōtra quos hæcenus disputatum est, pronuntiauerant.

Ex qua postrema clausula tandem intelligas superiorē disputationem nequaquam fuisse hominis, qui suspensam haberet sententiā probabiliterque differeret. Non enim manifestum ex illis esse concluderet animam non moueri; nisi certam, definitam, demonstratāq. sententiā posuisset exstimare: Quocirca ea, quæ de intellectu immaterialitate atq. immortalitate dicta sunt, magnopere illis consideranda erunt, qui de Philosophi sententiā dubitant. Neque leuis fuerit coniectura, si inde quoq. colligas intelligentem animam esse formam nostrorum corporum formatricem; solāq. in nobis animam. Tū quia cū intellectu nobis ait (i) ψυχῆς, videtur ea vox non extrinsecam, sed intimam & essentialē cum corpore vnionē indicare, quæ nostræ pars euadat naturæ. Tū quia si solum ad operandum assisteret, laborandum magnopere non fuisset, vt nō eadē obsterderet illius esse ac reliquarum animarum rationem, eāq. propriam habere operationem, neq. cū corpore interire.

Satis enim erat dicere animas cæteras esse formates, hæc assistentem. Namq. vt Nauta propriam sibi habet operationem potestq. à nauī separari, ita de intellectu statim intelligeretur, vbi assistens esse audiretur. Maiorē vidit Aristoteles difficultatem subesse, quod non minùs, quàm cæteræ animæ formans esset. Accedit quod eundē hunc intellectum appellat animā, amorisque odij, memoriæ, ac reliquarū operationū, quæ sentientis animæ sunt, principium facit, eaq. nō nisi ab interno & vitali principio oriuntur. Etenim vt nec intelligentia Cælo assistens principiū in eo intelligendi est, neq. in nauī nauta, recordationis, amoris, odij, sensionis, aut intellectiois, sed solius motus, ita & intellectū eueniret in nobis. Cur enim quæso operationes hæc impertiat nautæ potius, quàm nauī vel cōiuncto toti ex nauā & nauī, nisi quod nautam formet, ac assistat nauī? Verūm quid ex hoc loco intelligi possit, indicasse satis.

TEXTVS.

Πεὶ δὲ οὐδὲν εἰρησύνει ἀπορώτατος, τὸ λέγειν ἀεὶ μὴ εἶναι τὸ ψυχῶν κινήσασιν ἑαυτῶν ὑπάρχει τῶν αὐτῶν ἀδύνατον. ὅμοιός ἐστι τῶν κινήσασιν συμβαίνοντι· ἰδίᾳ δὲ οὐκ ἔστι λέγειν αὐτῆς ἀεὶ μὴ εἶναι.

Multo autem magis iis, quæ dicta sunt, à ratione alienum dicere numerum esse animam mouentem se ipsam: Ad sententiam ipsi impossibilia: Prima quidē ea, quæ ex moueri consequuntur: Propria verò ex eo, quod ipsam inquirant numerum.

COMMENTARIUS CV.

Sicut illud, ἀπορώτατος, ad illud referas, ἀδύνατον, quod in tex. 62. positum antea fuit, siue absolute & vniuersè ad alias omnes de anima opiniones, vt ferè interpretes referunt; non magnopere laborabo. Quid enim tan dè intersit, siue hæc, quæ nunc aggreditur, opinionem omnium absurdissimam animæq. naturæ maximè repugnantem, siue minùs, quàm superiorē dubitationem, rationi cōsentaneam dicas? quippe ad vtramq. partem trahi possunt adiuncta verba (i) ψς, quæ dicta sunt) rum inquam ad sententiam antea confutatas, tum ad dubitationem proximè explicatam.

Xenocrates ergo Platonis auditor atque in Academia

Anima  
natura  
media

**A** demia successor animam pronuntiauit numerum esse seipsum mouente. Quod, si verborum spectes fontem, absurdissimum profus & ab omni ratione alienum videtur. Sed aliam cum animo concepit sententiam, Philoponus & Simplicius aiunt. Et alter quidem numerum appellasse, quia numerus persimiles formae sunt & species rerum; quoniam ut vnitate numeri, sic differentia quauis addita vel detracta mutantur: quod Aristoteles quoque paulo post & in text. 10. lib. 8. Metaph. prodidit: animamque rerum omnium rationes continet, & in text. 6. lib. 3. formarum ac specierum locum esse dicitur. Seipsum vero mouente; quoniam ipsa per se viuunt, non alterius participatione, ut corpus. Alter autem voluisse illum mediae animae naturam indicare: quae cum numero dicitur, impartibilis naturae particeps esse intelligatur, dumque mobilis, partibilis ac diuidua: siquidem forma omnis impartibilis est, omnemque mobile partibile. Quasi anima forma sit non penitus simplex & absoluta, sed quae ad materiam & corporis partibilitatem declinet. Quo etiam spectat, quod non absolute mobile sed a seipso mobilem dixit: mobilitas enim partibilitatem, sed mouentis ac mobilis identitas impartibilitatem indicant.

Quid igitur tantopere absurdum Philosophus dicit: Sane isdem illi interpretes eum, ut in aliis pluribus factitauerit, non tam sententiam, quam verba, spectasse dixerunt: proptereaque Andronicus & Porphyrius non tam de re ipsa, quam de verbo disputari putarunt. Themistius tamen libros profert ad Xenocrate de rerum natura scriptos, in quibus se prodidit animam omnino numerum esse credidisse, qui ex vnitatibus constat. quod & Aristotelis argumenta significant, quibus hominem statim ex vnitatibus impartibilibus regit natura. quasi non iam de nominibus, sed de re ipsa sit quaestio. Quod nobis, qui hominis scripta non legimus, facile non fuerit definire. Tam est tamen absurda & incredibilis opinio, ut vix vlli videatur in mentem venire potuisse.

Aristoteles duobus modis confutat. Primum quidem ex ijs (quae ex moueri consequuntur) quae verba ita intellexerunt Themistius ac Simplicius, ut motum dicerent numero ex vnitatibus constante quadrare non posse. Sed cum duabus partibus opinio confutetur; altera cum pluribus alijs Philosophis communi, Animam per se moueri, altera Xenocratis propria; superuacaneum fuisse aduersus priorē disputare, quae satis superque, in superioribus fuit confutata. Hoc igitur est, quod ait (prima quidem ea, quae ex moueri consequuntur) hoc est primo loco proferri possent argumenta ea omnia, quibus haecenus ostensum est animam non moueri. Atque ita interpretatus Philoponus est; confirmatque alterum, quod subiungitur, argumentorum caput, quod cum proprium appellatur, manifestum est primum caput fuisse commune Xenocrati cum alijs pluribus, quibus commune quoque positio fuerat. Alterum enim proprium erit, quia illud spectant, quod Xenocratis proprium fuit ac peculiare, animam numerum esse.

Quod vero Simplicius addit, in his intentionem Philosophi esse animam ostendere impartibile esse omniumque diuisionis experte; probari non debet accurate & fideliter interprete, qui Philosophum videat non id agere, sed Xenocratis de anima sententiam confutare, ostenditque eum numerum eam non esse.

TEXTVS.

*Ἦν δὲ καὶ τῶν νοήτων κινηθῆναι κατὰ μέρος, ὡς πῶς, ἀπερὶ τὸ ὁμοίωτον ἔστιν, ἐν τῷ ἐπιπέδῳ καὶ τῷ κύβῳ, ὡς περὶ τοῦ ἐπιπέδου.*

*Qui enim intelligere oportet vnitatem motu, & a quo, & quomodo, impartibile atque differente existente: Si namque motrix est & mobilis, differre necesse est.*

COMMENTARIVS CVI.

**A**rgumenta communia ex superioribus peti possunt, rursum nunc repetere superuacaneum. Propria magis persequi oportet, quae petuntur ex eo, quod anima numerus esse dicatur. Ac primum constat numerum omnem ex vnitatibus constare; nec aliud, quam certam quampiam illarum collectionem, esse. Ergo si anima numerus est, ex vnitatibus constat: quare si numerus sit seipsum mouens, certe vnitates eas moueri necesse est. At quomodo ex intelligantur moueri? Aut enim mouent omnes & mouentur, aut aliqua mouent & mouentur alia. Dici non potest quaedam esse mouentes & alias motas: tum quia cum eandem omnes naturam habeant; nec vlla inter eas sit differentia; non est ratio, cur vna potius, quam alia, moueat vel moueatur: tum quia quae mouent, ex anima essent, non quae mouentur; siquidem mouere est animam, moueri corporis. Quod si omnes & mouere & moueri asserantur, id plane asseretur, quod fieri non potest. Quoniam ut in 8. Phys. lib. demonstratur, quidquid mouetur, ab alio mouetur, mouensque & mobile oportet esse distincta, neque potest quidquam per se primum & mouere & moueri: quia cum mouens debeat esse actus & mobile potestate, idem simul & actus foret & potestate. At qui vnitas omnis est indiuidua, nec vllas habet partes, quarum vna mouere & altera moueri queat. Ergo quae est necessarium in omni motu partem mouentem esse distinctam a parte mota, quamquam impossibile id, quod est indiuiduum & impartibile, in partes diuidi, tam est absurdum animam dicere numerum esse seipsum mouentem.

Itaque duo illa (& a quo, & quomodo) tantumdem valere videntur; nec aliud querere, quam an vnitates omnes seipsas moueant, an vero alia moueantur ab alijs. Nam quod Philoponus putat illud (quomodo) querere an recta an in orbem aut alio mutationis genere moueantur, minus est ad rem. quippe hoc non vrgit Philosophus; neque demonstrat, nec rectam, nec in orbem, nec accretionem, aut decretionem, nec ortum aut interitum, nec alterationem moueri; sed virtuteque illud (& a quo, & quomodo) communi argumento impugnat; quo nec omnes a se ipsis, nec vnam ab alia moueri posse conficitur; quoniam nullam ex differentiam habet, mouensque & mobile differre necesse est. Nam etsi (a quo) mouentem causam, & (quomodo) modum querere videantur; haec tamen in praesenti causa in idem recidunt, dum de vnitatibus haece mouentibus seipsas queritur.

Sed in 6. Physic. lib. siquidem est, inquit Simplicius, quod partibiliter agit, motusque operatio partibilis est & continua, ut est in text. 1. lib. 3. Phys. Quam ob causam illud (quomodo) eam vim habere putat, ut nec animate, hoc est a seipsa, nec aliunde moueri possit: quoniam scilicet impartibile moueri omnino nequit. Quapropter paucis ita colligas. Numerus moueri non potest vnitatibus immotis; at vnitates moueri nequeunt: tum quod in partem mouentem & partem motam non

diuidantur: tūm quod impartibile profus nō mouetur: nec numerus igitur moueri potest, nec anima numerus fuerit, aut se ipsum mouens, aut omnino motus.

Sanē si solam huius loci argumentationem accipias, ea non probat animam, si sit numerus, moueri profus non posse; sed à se ipsa intrinsecus non moueri; quia vnitates in partem mouēt & partem motam non diuiduntur. Posset autem fortasse cogitari forinsecus & aliundē moueri. At hoc ipsū conficitur, si alteram illam demonstrationem accetas, qua impartibile nullo modo moueri posse demonstratur.

TEXTVS.

Εἰ δὲ ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἀκίνητος ὡς ἀριθμὸς, ἔτι πᾶσι τοῖσι, ὅτι ἡ ψυχὴ ὁμοειδὴς τῷ ἀριθμῷ, ὅτι ἀριθμὸς κινήσεως ἄνευ κινήσεως ἔστιν ἡ ψυχὴ ὁμοειδὴς τῷ ἀριθμῷ, ὅτι ἀριθμὸς τῆς ψυχῆς, ἢ δὴ πᾶσι τοῖσι ὅτι ἡ ψυχὴ ἔστιν ἀκίνητος.

714. 68. Deinde verò quoniam inquirunt lineam motam superficiem facere, punctum autem lineam, & unitatum motum lineæ erunt. Etenim punctus unitas est positum habes, numerus vero anima alicubi vtrique est & positum habet.

COMMENTARIVS CVII.

IN altera hac argumentatione verè Aristotelem dixit Philoponus deridere Xenocratem atque cum homine vocari. Eodem namque, quo antea principio posito, numerum ex vnitatibus constare; etià vnitas & punctus hoc differre videantur, quod punctus in linea consideratur velut illius terminus, vt & linea in superficie, & superficies in profunditate, ideòq. positum in his habere dicuntur: vnitas verò per se & absolute absque positione in vlla re intelligitur, necesse fuerit vnitatibus hisce, quibus anima constare creditur, positionem quoq. concedere: tum quia alicubi nimirum est, atq. in corpore, cui vitam & motum impertit, positionem habet: tūm quia mouere & moueri existimantur, mouere autem & moueri non potest, quod in aliquo positionem non habeat. At vnitas, quæ positionem habet, punctus est; sicut punctus positione carens est vnitas: ex punctis igitur, non ex vnitatibus, constabit anima: neq. dicenda erit numerus esse, sed potius linea, si modò ex punctis linea coagmentatur. Rursum quoniam commune est Mathematicorum effatum à Platonicijs quoq. receptū, vt Sāctus Thomas confirmat, punctum motum describere lineam, motumq. lineæ superficiem, & superficiem profunditatem, vnitatum igitur motus lineas facient, non actiones animæ, aut sensiones, appetitiones, intellectiones, progressiones, & omnino actiones animæ fateri oportebit nil aliud esse, quàm lineas: quod absurdissimum est nec sine audientium cachinnis pronuntiaripotest.

Itaque bipartita videtur hæc argumētatio; profusum ex vtraque parte risum prouocans. Primum enim corrigere & emendare videtur, ostendendo non numerum, sed puncta dicendum esse Xenocrati animam esse. Deinde absurdum illud deducere, actiones animæ lineas fore aut linearum productiones. Quibus vtrinq. sententiam illam exagitat; tūm quoad essentiā animæ quam numerum dixit, tūm quoad operationē, qua mouere se ipsam affirmavit. Atq. essentiā non vnitates aut numerum, sed puncta & motū non animales operationes, sed linearum productiones fore demonstrat.

2. argu. Vnitates punctus ut differant.

TEXTVS.

Εἰ δὲ ἀριθμὸς ἴδιος, ἔτι ἀκίνητος ὡς ἀριθμὸς ἢ μὴ ἴδιος, ἢ ἄλλοις ἀριθμοῖς ἀριθμῶν, ἢ ὅτι ἴδιος ἢ ἄλλοις ἀριθμοῖς ἀριθμῶν, ἢ ὅτι ἴδιος ἢ ἄλλοις ἀριθμοῖς ἀριθμῶν, ἢ ὅτι ἴδιος ἢ ἄλλοις ἀριθμοῖς ἀριθμῶν.

Præterea si à numero demat quis numerū aut vnitatem, relinquitur alius numerus. Plantæ vero & animalia plura diuisa viuūt, & videtur eā de specie habere immutabilem.

COMMENTARIVS CVIII.

TERtia est argumētatio, qua, vt verè Simplicius admonet, non ostēditur vt duabus prioribus, animam non esse numerum se mouentem, sed omnino numerum non esse. Est autem hæc argumētatio. Eam conspicimus esse naturam & conditionem numeri, vt si vel partem eius aliquam, qua numerum item faciat, vel vnitatem solam abstraheris diuersa profus relictæ numeri species, idem duntaxat genus; nā à quaternario dempta vnitate ternarius superest, alia numeri species: & prior quidem pars posterior verò impar; prior binarij, quadratus, posterior linearis. Et rursum si à nouenario ternarij, quadrato & impari dempseris quaternarium parem aut ternarium imparem, supererit tibi quinquarius, impar quidem, sed linearis, aut ternarius, par & superficialis. Atq. ita subinde aliæ semper atque aliæ sunt numerorum species. At in vniuerso plantarum genere, & verò in animalibus pete, multis si pars quæpiam abscindatur, viuunt eadem & eandem retinēt animam: anima igitur numerus non est. Ratiocinationis huius propositio manifesta est, atque alibi etiam à Philosopho vsurpata; vt in tex. 10. lib. 8. Metaph. Assumptio item quotidiana confirmatur experientia: quippe plantarum & arborum abscinduntur rami, eadēq. in plantis & arbutis remanet anima: immò & in abscillis ramis, si vel plantentur vel arboribus alijs inferantur. Nam & eadem folia & eosdem produciunt fructus. Neq. solo abscissionis motu, qui localis est nec per se vim habet formam vllam producendi aut motam rem immutandi, noua potuit produci anima, siue in reliqua arbore, siue in abscisso ramo. Quinetiam in animalia genere si pars quæpiam exterior amputetur (modò non sit ex primarijs) vt auricula, naſus, digitus, aut etiam manus, eadem est in reliquo corpore anima; idēq. animal viuūt, sentit, ratiocinatur. Et quædam sunt, quæ propterea insecta vocantur, quod in plures partes ita diuidantur, vt eandē diuisæ quoq. partes ad aliquod saltē tempus & animæ operationē & animæ retinēt. Eandem inquam animæ specie, non numero: quoniam in diuersis ac separatis materiæ partibus vna numero forma esse non potest, multiplicataq. materia multiplicatur forma. Quam ob causam in 2. lib. tex. 20. dicitur est Philosophus: in plantis atq. insectorum animalium genere vnam esse actū animam, potestate plures: quoniam actu est vna planta partibilis in plures.

Incredibile namq. est illud Simplicij, in abscisso ramum nouam extrinsecus aduenire animam, siue quæ tūc fiat, siue etiam quæ præstitit, & cuius primū præcisus fuit ramus innata illi fuerit: quæquam perfecte ad eam accipiendā apto. Et quis Peripateticum hominē ferat dicentē plantalem animam aut omnino aliā, quàm intelligentē, intrinsecus aduenire: Platonicum fortasse dogma sapit, mundi dænam asserens animam animationis omnis generis.





dicatur esse, quam alia eritque comparatio non cum vnitate, quibus cetera constituntur res, sed cum illis ipsis, quibus ab aduersario dicebatur consistere anima. Quod si plures esse dicatur, cum anima sit in corpore, vnitates nimirum illa omnes posita habebunt in corpore; eademque, quae in prior interpretatione, argumentatio deducetur.

Altero autem, sciscitando, quomodo anima vnitas aut ex vnitatibus esse possit. Nam si solas vnitates mouentes & non motas dicatur esse, aliquid inter has necesse est discrimen ponere; vt intelligatur, cur anima vnitates haec potius, quam illae, dicatur esse; curque moueant haec & moueantur illae. At qui differat vnitas ab vnitate? An quod aliqua posita habeant & dicantur puncta, aliae non habeant? At qui omnes in corpore posita sunt. Rursum si mouetes vnitates in quibus esse animam, motas autem corpus; de harum differentia quaratur, eodemque modo, quo prius, disputatio procedet.

Quonia vero nihil differre dixit paulo ante Philosophus, aut vnitates dicere, aut parua corpuscula; non abs re Simplicius, quod nunc additur, nullam esse vnitatum differentiam, praeterquam positus, in Democriticis quoque corpusculis habere locum interpretatur. Quamque obijci posset illud, quod in superiori commento protulimus ex Aristotele, triplicem in illis Democritum differentiam agnouisse, figuram, positum, & ordinem. Neque positus differentiam, quam Aristoteles querit, eam esse, vt diuersum habeant positum: haec enim accidentaria videtur esse: sed vt aliqua vnitates positum habeant, aliae non habeant, vt melius interpretatur Philoponus: haecque essentialis esset.

TEXTVS.

*Επι δε τούτων πάλιν εἰς αὐτὴν τὰς ψυχὰς, ὅτι ἀπολόεσθαι ἴσως ἔοικε, εἰ γὰρ διαρροῦνται ἀξίωμα καὶ εἰς τὰς ἰσχύας.*

*Adhuc autem quomodo fieri potest, vt separantur anima a corpore, si soluantur, siquidem linea non diuidantur in puncta.*

COMMENTARIVS CXI.

**A**perta sententia est. Ex eo namque ratio natur, quod anima, vel Xenocrate homine Platonic consentiente, separabiles a corporibus sunt: at puncta separari a lineis nequeunt, in quibus sunt: anima igitur ex punctis non consistit. Puncta vero nominat, non vnitates; quoniam vnitates, quae in corpore posita habeant, puncta esse iam posuit. Porro ratiocinationis propositionem tanquam ab aduersario datam accepit, probareque contempsit: praesertim quod non erat id huius loci, & aliquid etiam de intellectu separabilitate non multo antea dixerat. Assumptionem autem demonstrat; quoniam vt linea non constant ex punctis, quod impartibile additum impartibili quantitate non faciat, aliaque complura, quae in 6. Physic. continentur; verum ex lineis: ita nec in puncta diuiduntur, sed in lineas.

Puncta vero, inquit Simplicius, non partes lineatum sunt, sed vt termini. Adde & copulae, lineatum partes iungentes. Sed quae termini sunt, actu existunt in lineis: quae vero copulae, potestatem duntaxat. Quod si linea non diuiduntur in puncta, nec omnino poterunt puncta a lineis separari. Sed & nullam rem significant, quae separari ac per se coherere valeat: nempe nil aliud sunt, quam linea terminata, hoc est huc vsque & non ulterius protenta. Neque omnino terminus pars est eius,

**A** cuius est terminus. Eodemque modo nec superficies ex lineis, nec ex superficiebus corpus componitur, aut in eas diuiditur.

Itaque illa verba (separantur anima & soluantur a corporibus) non abs re interpretabimur diuersum quiddam significare. Nempe alterum, animam non fore quiddam re diuersum a corpore, quod manifestum est esse falsum: alterum, eam non separatum iri a corpore. Quorum neutrum punctis conuenit, quae nec re distinguitur a lineis, nec separari ab illis queunt. Vnde Auctores colligit impossibile fore, vt moriatur animal, nisi corporis dissolutione & interitu, non item separatione anima a corpore. Si quidem nec punctum a linea, nec a corpore anima separari posset, quod minus probabitur illi, qui composita cetera corrumpi intelliget, non separatione, sed abolitione formae: atque in artificijs etiam forma arte producta non distinguitur re a quantitate, cuius est modus quispiam; ea tamen mutari, & arte confectum opus dissolui, nec ab simili modo dici posse animal interire: & praeter hominem intereunt cetera, quamuis eorum anima a corporibus non separantur.

Porro integrum tibi sit siue hanc ratiocinationem sextam numerare, siue instantiam alteram aduersus illud; eadem illa puncta, quae corporis sunt, animam esse, vel numerum, qui est anima. Vt prior instantia fuerit, corpora omnia fore animata: posterior vero, animam a corpore separari non posse.

TEXTVS.

*Συμπλαίνας δὲ καὶ ἀπολύει τὴν ἀπὸ τούτου λέγειν τὴν ἀπολύειν λέγοντες αὐτὸν πλείονος ἢ ὅσπερ ἀμετάκλητος κινεῖται φησὶν τὸ αὐτὸ τὸ ψυχῆς, ἰδίον δὲ ἀπὸ τοῦ εἴπερ ἰσοῦν ἢ ψυχῆς ἢ πᾶσι τῶν ἀσώτων ὄντων, αἰετὸν γὰρ ἐστὶ τὸ αὐτὸ διὰ τὴν ἀσώτητα, ἢ ὅτι μὴ τὴν ψυχῆν τὰς ἀσώτων λέγουσιν, ἐπὶ τῇ μὲν ἐπιπέδῳ τοῦ ἀσώτου, ἢ πᾶσι σώμασι ψυχῶν ἔχουσιν, ἐπὶ τῇ δὲ ἀσώτῳ πᾶσι ἀσώτων ὄντων, ὅτι ἀλλοῦς πᾶσι ἀσώτων ὄντων τὸ αὐτὸ μὴ ἐπιπέδον.*

**E**uenit autem, sicut diximus, partim quidem idem dicere quod illos, qui corpus tenuissimum partium ipsam ponunt: partim vero quemadmodum Democritus moueri ait ab anima, proprium absurdum. Nam si anima est in toto sentiente, necesse est in eodem duo in esse corpora, si corpus quoddam anima. Numerum autem dicentibus, in uno puncto multa puncta, aut omne corpus animam habere nisi differens quissimum numerus innascatur, & alius aliquis ab ijs, quae insunt in corpore, punctum.

COMMENTARIVS LXXIX.

**P**otius in his Philosophum dixerim disputationem concludere, quam argumentationem nouam instruere. Conclusio autem comparatione constat opinionis huius Xenocratis cum aliorum sententijs. Nam qui animam inquit numerum esse mouentem seipsum, partim vniversis omnibus illis persimilem sententiam habet, qui eam esse ignem aut aërem aliudve tenuissimum corpus voluerunt. Idemque omnes dicunt; non quod eadem sententia sit, sed quod ipsa eadem uergetur argumentis, eademque sequantur absurda. Partim vero in specie cum Democrito conuenientem, qui orbicularia corpuscula posuit, a quibus velut animam moueantur animalia. Quicumque enim tenuissimum corpus esse affirmant animam, propterea affirmant, vt permeare corpus vnuersum posset atque ita mouere. quare duo corpora fateri coguntur simul & in eodem loco esse. At eodem modo impartibiles vnitates aut puncta vn-



tum difficultatibus illis premi, quæ hæcenus propo-  
 sitæ sunt, tum aliis pluribus. Quibus planè con-  
 ficitur, non solum eam esse non posse definitio-  
 nem atque essentiam animæ; sed neque accidens  
 aut proprietatem ullam. Etenim ea definitione  
 posita, si affectus animæ atque operationes expli-  
 care vuleris, planè non poteris, etiam si vel maxi-  
 mè diuinandi potestas permittatur: quod & antea  
 illi, qui harmoniam dicebant, obiectum fuit in tex.  
 56. Quomodo enim cogitationes, sensiones, atque  
 appetitiones, quæ actionem significant cognos-  
 centem; & voluptates item, delectationes, mæro-  
 res, & affectus ac perturbationes cæteræ, quæ es-  
 sentiam animæ comitantur, aut numerus sint seip-  
 sum mouens, aut huiusmodi numerum conse-  
 quantur? Nam qualis numerus sit rationalis  
 facultas? Qualis phantasia, sensus, aut appeti-  
 tus?

Cæterum illorum verborum (sed & accidens)  
 altera potest esse interpretatio. Namque definitio  
 bona cuiusmodi esse debet, vt non solum essentia,  
 sed & propriorum accidentium cognitionem par-  
 riat. At definitio animæ à Xenocrate posita neu-  
 trum habet: non est igitur bene anima ab illo defi-  
 nita; Numerus seipsum motiens. Quomodo enim  
 ex numero affectus & actiones animæ cognoscantur?  
 Prior interpretatio Philoponi fuit atque Simp-  
 licij; posterior Themistij, Auerois, & sancti  
 Thomæ. Quæ eò magis probanda videtur, quòd  
 circa libri initia positum fuit eam esse bonæ defi-  
 nitionis conditionem, vt ex ea definitæ rei pro-  
 prietates intelligantur: indèque nunc videtur ar-  
 gumentum aduersus Xenocratis definitionem du-  
 ci. Quid verò aduersus vniuersam hanc Aristote-  
 lis disputationem Andronicus dixerit, narrabit  
 tibi Themistius, atque pro Aristotele respon-  
 debit.

ANIMAM EX ELEMENTIS D  
 rerumque initiis non constare.

CAP. VII.

TEXTVS.

Τὸν δὲ τρεῖς πρὸς δεξιῶν, καὶ ἑξ ἑξῆς πρὸς  
 ἀριστερῶν, οἱ πρὸς ἀριστερῶν ἀπερὶ τὸν αὐτὸν  
 οἱ δὲ πρὸς δεξιῶν ἀπερὶ τὸν αὐτὸν ἄλλων  
 πάντα δὲ πρὸς ἀριστερῶν καὶ πρὸς δεξιῶν  
 καὶ πρὸς ἀριστερῶν καὶ πρὸς δεξιῶν  
 καὶ πρὸς ἀριστερῶν καὶ πρὸς δεξιῶν  
 καὶ πρὸς ἀριστερῶν καὶ πρὸς δεξιῶν

Tex. 75 Tribus autem traditis modis, quibus definiunt animam;  
 hi quidem maximè motuum asseruerunt, eo quòd seipsum  
 moueat; illi verò corpoream partium tenuissimarum corpus;  
 cætera maximè incorpoream. Hæc autè quas dubitationes  
 & obiectiones habeant, serè percurramus. Resat verò con-  
 siderare quomodo dicant ex elementis eam esse. Inquirunt  
 enim, vt & sentiat entia, & singula cognoscat.

COMMENTARIVS CXV.

**P**lacuit Philopono superiorum hanc conclu-  
 sionem esse. Mihi non placet; sed magis tran-  
 sitionem esse ad ea, quæ supersunt consideranda.  
 Reperit autem partitionem initio disputationis  
 factam. Nam est veterum de Anima sententias  
 bipartitò diuiserit in tex. 19. quosdamque dixerit  
 spectasse motum, alios cognitionem; adiuncto ta-  
 men incorporeo in tex. 33. trimembrem partitio-  
 nem fecit. Quæ locum nunc cum respexisse, tum  
 ex ipsa constat, quam reperit; tum ex illis ipsis,  
 quibus vitur verbis. Dixerat enim antea (Defi-  
 niunt autem omnes animam tribus) nunc autem  
 (tribus autem traditis modis, quibus definiunt ani-  
 mam. Eadem enim sunt verba, eademque senten-  
 tia. At quorsum hæc repetitio? Tum vt conse-  
 quentia cum antecedentibus necet: tum vt quid  
 actum sit quidque agendum super sit intelligatur.  
 Confutatis namque duobus membris, quorum al-  
 terum animam inquit erat esse id, quod maximè  
 motuum est; alterum, esse incorporeum quid-  
 piam aut certè tenuissimarum partium corpus;  
 tertium superest considerandum, quo eam ex ele-  
 mentis rerumque initiis constare aiunt: quoniam  
 cognoscit omnia, cognitioque propter naturæ si-  
 militudinem sit; quare cum ex rebus omnibus  
 constare rerumque omnium cognoscendarum cum-  
 mulus & congeries esse non possit, reliquum est,  
 vt ex illarum saltem initiis & quasi summitatibus  
 constet, vt quoquo saltè modo similis omnibus  
 sit. Eritque potissimum cum Empedocle disputa-  
 tio; tum propter hominis celebritatem ac famam;  
 tum quòd in ea ipse sententia tuenda præcipuus &  
 magis pertinax videretur.

Sed pulchrè Simplicius admonet, non esse idem  
 considerare substantiam, aut actionem proprietate-  
 temve aliquam; & considerare modum, quo illa  
 sit. Quippe in re ipsa quoquo modo videretur Philo-  
 sopho cum illis omnibus conuenire (quod obser-  
 uauit quoque Philoponus) sed discrepantiam  
 esse in modo: & in principio is ita profellus est se  
 aliorum commemoraturum sententias, vt si quid  
 sapienter fuisset dictum, libenter acciperet; quæ  
 verò perperam & insipienter, repudiaret. Sanè ani-  
 mam mouere animalium corpora fatetur Aristote-  
 les, qui alibi dixit moueri à seipso proprium ani-  
 matorum esse: & in 2. libro animæ definit esse id,  
 quo primum viuimus, sentimus, mouemur, & in-  
 telligimus. At modum non probat, propterea in-  
 quam mouere, quòd ipsa moueatur. Et ideo illa  
 adiunxit verba (motuum asserunt eò, quòd seip-  
 sum moueat. Fatebitur incorpoream esse, qui pro-  
 baturus est omnino non esse corpus, sed entele-  
 chiam & perfectionem corporis: modum illum  
 non probat, incorpoream esse, hoc est minimè  
 corpoream partiumque tenuissimarum corpus;  
 quoniam duo corpora simul & in eodem essent  
 loco. Ac demum quæ animalium est, animam co-  
 gnitione præditam esse concedet, cognitionemque  
 omnè ratione similitudinis fieri; at similitudine nõ  
 esse naturæ. Quomodo. n. immaterialia cognoscat  
 anima, si ex materialibus & corporeis elementis  
 est illius natura? Sed formæ cognita; neq; similitu-  
 dinè antecedere cognitionè cognoscèdique vim ad-  
 ferret; sed subsequi ac perfici cognitione, dū rei co-  
 gnita forma absq; materia in cognoscentè animā

Aristo-  
 lem ve-  
 cum ve-  
 teribus  
 conue-  
 nisse,  
 modo  
 discre-  
 pante.

vt co-  
 gnitio si-  
 militu-  
 dine  
 fiat.

Bb

cognitione traducitur, vt in 2. libro pluri-  
bus explicabitur. Quae enim nunc Simplicius de cognitione  
vi & natura adiungit, minus omnino ad hunc  
locum pertinent; vbi fati erat indicasse, Aristote-  
lem in re ipsa cum veteribus consentire; sed mo-  
dum non probare. Vnde veteres intelligas verita-  
tem quoquo modo adumbrasse atque aliquid bal-  
butisse de anima, dum tria illa proposuerunt capi-  
ta, motum, cognitionem, & incorporeum: sed Ari-  
stotelem plane illustrasse, clarisque & apertis ver-  
bis eloquutum omnia fuisse.

TEXTVS.

Αναγκασιον εστι συνειδαιεν περι α τω δειωατα τω λογω. τι-  
θενται οδ γνωσκειν τω εμοιω το εμοιον, οσπερ αν ει πτω  
δουλω τα αρεσχηματα πδιντες. α εστι ομοια ταυτα, κολλα  
δ εστι ετα. μαλλον οδ ισως απιερ οδ αειδμεον, τα εν τειτων.  
εξ τον ωδ ει εστιν εχσον τουτων, εσω γνωσκειν πτω δουλω οδ  
αειδμεωδ. αλλα το σπουδον πτω γνωσει, η αειδισαται. οιοι  
τι θεει, η ανθρωποσ, η οσεξ, η εσεν. εμοιωσ οδ εστωι αλλοι  
σωδιστων. η οδ επωσεν εχοντα τα σιγρηα τουτων εχσον,  
αλλα ο λογω πτω οδ σωδισται. εσθδερ οστω η Εμπεδοκλεσ το  
οστωι.

*Necessarium verò multa & impossibilia rationem con-  
sequi. Ponunt etiam cognoscere simile simili; perinde ac si  
animam res esse ponerent. Non sunt autem sola haec; sed &  
alia plura, quin potius fortasse numero infinita, quae  
ex his.*

*Ex quibus igitur est horum vnumquodque, esto cog-  
noscat anima & sentiat, at quo cognoscat totum aut sen-  
tiet: Vt quid Deus, aut Homo, aut caro, aut os, & quodcum-  
que aliud compositum. Non enim vtrumque habentia ele-  
menta horum vnumquodque, sed certa ratione & compo-  
sitione. Quemadmodum & Empedocles os inquit.*

COMMENTARIVS CXVI.

Opinionem, quae animam ex elementis & prin-  
cipiis entium componit, demoliri Philoso-  
phus volens, fundamentum praesertim aggreditur,  
illudque multis argumentis conatur diruere. Fun-  
damentum & ratio, qua nitentur illi, haec erant  
quoniam simile cognoscitur simili. Atqui ratio-  
nem hanc multa, & quae nullo modo constare pos-  
sunt, consequuntur. Primum illud est, quod eorum  
opinionem animam oportet res ipsas esse, quas co-  
gnoscat: nam propterea illi ex elementis eam con-  
stare aiunt, vt terra cognoscat terram, aqua aquam,  
aere aërem, igne ignem, vt ipsemet Princeps opi-  
nionis huius assertor Empedocles loquebatur in  
tex. 25. At si ita sit, aut animam necesse fuerit non so-  
lum ex elementis, sed ex omnibus plane rebus,  
quae cunctae in natura sunt aut esse possunt, compo-  
sitam esse, si quines cognitura sit; aut certe non  
omnia, sed elementa sola, cognoscere, ex quibus  
constet. Alterum horum fieri prorsus non potest,  
alterum absurdum est, reque ipsa conuincitur, dum  
animam cognoscere omnia deprahendimus. Ne-  
que enim sola sunt elementa in rerum natura, quae  
cognosci queant & debeant, sed alia complura: ea  
scilicet omnia, quae ex elementis concreta sunt, la-  
pides, metalla, plantae, animalia; & eorum partes, os,

*1. Ar-  
gumen-  
ta contra  
Empe-  
doclem.*

caro, neruus, vena, & alia plurima, quae etiam specie  
finita sint, & certo numero comprehensa, nume-  
ro tamen fortasse sunt infinita, quoniam in omnes  
horas alia gignuntur & alia: aut etiam in nobis, qui  
phantasmata rerum infinita propemodum fingere  
possumus. Esto igitur, propter similitudinem co-  
gnoscantur elementa, quod ex illis ipsa constet, ea-  
que in se possideat anima: at mista reliqua corpora  
quomodo cognoscuntur? Vt enim non haec, sed  
horum elementa & principia sunt in anima; ita non  
haec, sed illa sola cognosci poterunt, si cognoscen-  
di ratio similitudo sit. At manifestum est haec quo-  
que ipsa cognosci.

Neque verò dicat Empedocles mista haec om-  
nia nullam prorsus ab elementis naturam diuer-  
sam habere; sed solum elementorum comple-  
xum & congeriem quampiam, & ideo alia, quam  
elementorum, similitudine opus non esse. Quo-  
niam ipsemet fatetur fati non esse elementa quo-  
cumque modo coniungi & copulari, sed certam in  
singulis mistis proportionem illortum, tempera-  
tionem, ac compositionem necessariam esse, quae  
diuersam ab elementis naturam constituat. Quem  
locum obseruet illi, qui mistorum corporum na-  
turam nulla dixerunt constare substantia forma  
sibi propria & ab elementis diuersa; sed sola illorum

temperacione ac permissione. Nam si ita cogitas-  
set Philoſophus, nequaquam diuersum ab elemen-  
tis in anima principium quae fuisset, quo mista co-  
gnosci possent velut ab elementis diuersa, neque  
vlla haec argumentatio fuisset. Quam ob causam  
addit Philoponus: mista haec tum inter se, tum ab  
elementis differre, vt Aristotelica argumentatio-  
nis vim indicaret. In promptu namque fuisset res-  
pondere, nullam ab elementis mista naturam si-  
gnificare, & ideo sola elementorum similitudine co-  
gnosci: ex alia verò atque alia temperacione ac pro-  
porcione aliam atque aliam naturam, & ideo diuer-  
sum ab elementis in anima cognitionis princi-  
pium conficit.

Sed & alia esse videtur vis argumenti. Non so-  
lum enim cognoscuntur mista ex elementis compo-  
sita, sed mistionis quoque & compositionis mo-  
dus intelligitur: quod fatetur Empedocles, dum  
in osse proponit quantum elementorum singulo-  
rum contineatur. Non sola igitur elementa, sed &  
elementorum rationes ac proportiones mistorum  
singulorum proprias inesse in anima oporteret, vt  
singula mista cognosci à nobis possent. Quam-  
obrem in Timæo Platoni ait Philoponus fati  
non fuisse animam ex elementis facere, sed eius  
etiam compositionem per harmonicos numeros  
fecit. Quod si & elementa & elementorum com-  
positiones in anima insunt; iam non sola elemen-  
ta, sed quae cunctae ex elementis composita sunt, &  
omnino res omnes anima fuerit: quod absurdissi-  
mum omnium est.

At quid est illud, quod Deum tanquam ex ele-  
mentis compositum nominauit? Aut Deum ipsum  
dixit, quem Simplicio teste ita compositum esse  
crediderit aut sphaerum, in quo eius sententia ele-  
menta omnia continebantur; aut caeleste corpus, vt  
pluribus aliis in locis; quod Empedoclem constat  
ex elementis composuisse, aut exempli duntaxat  
causa nominauit.

TEXTVS.

TEXTVS.

Η δ' ἡδὸν ἐπιπέδον ἐστὶν ἐπιπέδον ἡδονῶν.  
 Τὰ δὲ δὲ δύο μέρη τῶν ἡδονῶν ἀεὶ ἴσους αἰθέρος.  
 Τέσσαρα δ' ἡδονῶν, τὰ δ' ἑκατὸν ἡδονῶν.  
 Οὐδὲν ἂν ἡδονῶν εἶναι τὰ ἡδονῶν ἐν τῷ ἡδονῶν, εἰ μὴ  
 ἢ ἐν ἡδονῶν ἡδονῶν, ἢ ἢ ἡδονῶν, ἢ ἢ ἡδονῶν τῷ  
 ἡδονῶν. τὸ δ' ἡδονῶν ἢ ἢ ἡδονῶν ἡδονῶν, εἰ μὴ τῶν ἡδονῶν.  
 ἡδονῶν δ' ἐν ἡδονῶν, ἡδονῶν δ' ἡδονῶν. τῶν δ' ἐν ἡδονῶν  
 ἡδονῶν ἐν ἡδονῶν ἐν τῷ ἡδονῶν ἡδονῶν, ἢ ἡδονῶν, ἢ ἡδονῶν ἢ  
 ἢ τῷ ἡδονῶν ἢ τῷ μὴ ἡδονῶν; τῶν ἡδονῶν ἢ τῶν ἡδονῶν ἢ  
 ἢ ἡδονῶν.

Terra autem concinnam in pectorariis infundibulis  
 duas ex octo partibus sortita est fluidi luminis.  
 Quatuor autem vulcani: ossa vero alba facta sunt.  
 Nulla igitur vitilis elementa esse in anima, nisi & ra-  
 tiones inveniunt & compositio. Cognoscet enim unum quod-  
 que simile. Os vero vel hominem nihil, nisi haec insunt.  
 Hoc autem fieri non posse nihil opus est dicere. Quis enim  
 dubitet, an insit in anima lapis aut Homo, similiter au-  
 tem & bonum & non bonum? Ad eundem vero modum  
 & de ceteris.

COMMENTARIVS CXVII.

**E**mpedoclis testimonium, quo confirmat Phi-  
 losophus vel aduersario consentiente ele-  
 mentorum proportionem certa constare singula  
 mista, triplici contentum carmine, totidem ver-  
 bis malui fideliter reddere, quam Graecis Latina  
 subijcere carmina. Inquebat autem Empedocles  
 ossa ex octo elementorum partibus constare; dua-  
 bus terrae; vna fluidi, hoc est aquae; & vna item lu-  
 minis, id est aëris; quatuorque Vulcani, hoc est  
 ignis; & ideo esse alba & sicca: alba propter mul-  
 tum ignem, siccaque propter terram: haec enim  
 duo abundant elementa. Terram porro concin-  
 nam dixit seu decoram beneque compositam;  
 propter figuram cubicam, qua Pythagorici con-  
 stare illam voluerunt, vt Philoponus ac Simplicius  
 scribunt. Aquam vero fluidam, propter hu-  
 morem; & aërem lumen, propter perspicuitatem,  
 qua luminis peruius est: ignem denique Vulca-  
 num, vt Poëta est familiare. Sed ex octo maximè  
 partibus cōposuit, quod Pythagorici receptum  
 esset harmonicis praesertim numeris in entium  
 generatione vt; & octonarius primus est nume-  
 rus cubus ex tribus aequalibus numeris in se mul-  
 tiplicatis factus, ex bis duo bis; sicut & ter tria ter  
 faciunt vigintiseptem: qui vt terrae, sic ossibus  
 propter immobilitatem ac firmitatem continet  
 plurimum. Vt enim terra immobilis manet in  
 mundo, ideoque figura illi tribuitur cubica; sic in  
 animalium corporibus ossa immobiles quasi &  
 consistentes partes considerantur, circa quas fle-  
 duntur ac moventur caeterae. Et in Timaeo quo-  
 que Plato igni figuram dedit pyramidalem, aëri  
 octoedram; aqua icosaedram, terrae cubicam seu  
 exaëdram. Mitto harmonicas plures propor-  
 tiones in octonario numero ab interpretibus  
 pulchre consideratas.

Certè si ad harmonicis numeros oporteat omnia  
 reuocare, melius mul-  
 tū videbitur Empedo-

**A**les ita elementa fuisse partitus, vt quatuor par-  
 tes essent ignis, dua terrae, vna aquae, & vna item  
 aëris; quam si alia quauis partitio fieret: Aut enim  
 ita partieris, vt binc ad sint singulorū partes; vel vt  
 vna, dua, dua; tres, tres, vel vt tres; vna, vna; vel  
 demū quemadmodū illi partiri placuit. Si totidē  
 sint elementorum omnium partes, harmonica  
 nulla proportio. Duobus reliquis modis aliqua  
 quidem, sed minor. Nam in vna duabus, tribus,  
 duabus, vix vlla cernitur praeter duplam & sesqui-  
 alteram. Atque in tribus, tribus, vna, vna, nulla  
 prorsus inter ternitates duas est, vel vnitates duas;  
 sola adest tripla inter ternitates & vnitates. At

**B** in Empedoclea partitione cum dupla proportio  
 est quatuor ad duo; tum quadrupla quatuor ear-  
 rum dem ad vnam; tum verò dupla duarum ad  
 vnam. Quamquam quod in his non reperitur  
 nisi diapason, proportio simplicissima; melius for-  
 tasse partiri potuisset in vnam, duas, tres, vnam.  
 Quoniam in his proportio est diapason dupla, &  
 diapente sesquialtera, & composita ex diapason &  
 diapente, quae tripla est trium ad vnam.

Tam verò totam hanc elementarium partium  
 permissionem factam fuisse inquebat ἐπιπέδον  
 ἡδονῶν, hoc est in pectorariis infundibulis seu fu-  
 foriis. ἡδονῶν enim vasa illa dicuntur Simplicio in-  
 terprete, in quibus eorum, quae miscentur, tem-  
 peratio fit. Appellat autem ἐπιπέδον, id est pectora-  
 ria, inquit Philoponus, quasi lata & ampla: quippe  
 στεγνόν & pectus pars est in animalium corporibus  
 latissima & capacissima, in qua cor cum pulmonibus  
 conditur: & per arteriam aër, dum respira-  
 mus, velut in infundibulum infunditur. Porro etsi  
 duas terrae partes non nominauerit Empedocles  
 hisce carminibus; dum tamen octo partes com-  
 memorantur, quarum quatuor igni dantur, &  
 dua aquae & aëri, omnino terrae supersunt dua;  
 Denique quod ossa dixit alba propter ignem, aut  
 propter ignis aduersionem dixit, aut propter mul-  
 tam ignis copiosioris lucem, minori opacitati  
 permittam quae colorem adducit album.

**C** Ergo ex his argumentatur Aristoteles. Si Em-  
 pedocles ipsemet in entium mitionibus non so-  
 lum elementa, sed certam quoque illorum pro-  
 portionem & compositionem posuit; animam  
 factis non fuerit ex elementis constare, vt omnia  
 cognoscat; ni mitionum item proportionem &  
 compositionem multiplices in se contineat. At  
 quam absurdum sit id affirmare? Quis enim lapi-  
 dem, aut hominem, aut equum, & alia entia dixe-  
 rit esse in anima? Et tamen ex Empedoclis opi-  
 nione consequens est, si cognitio similitudine  
 fit.

**D** Vbi verò Philosophus bonum & non bonum  
 nominat, priuationes nominari Simplicius putat,  
 quae in anima dicantur esse non posse. At exem-  
 pli causa simul cum lapide & homine proponun-  
 tur haec quoque: nec necessaria erat priuationum  
 mentio; quas certum est non per se & ideo nec  
 propria similitudine cognosci; sed ex habitu col-  
 ligi, cuius priuationes existunt.

Bb j

TEXTVS.

Εἴη ὁ πολλὰς λεγόμενος οὗτος (συμβαίνει δὲ τὸ εἶναι τὸ εἶναι, τὸ δὲ ποσόν, ἢ ποιόν, ἢ δὲ τὰ ἀλλὰ τὰ διαγεγενησιν κατηγορίων) ποτέον ἐξ ἀπάντων ἔσται ἡ ψυχὴ, ἢ οὐ; Ἄλλ' ἢ δοκεῖ κοινὰ πάντων εἶναι τοιαῦτα, ἀεὶ οὐδ' ὅσα τὰ ἑσθλῶν, οὐ τῶν κακῶν; ποσὸς ἢ ποιόσῃ, ὅτι δὲ τῶν ἀλλῶν ἔσται; ἢ φησὶν ἕκαστος γένος εἶναι τοιαῦτα δὲ ἀεὶ ἴδιος, ἐξ ὧν πάλιν ψυχῶν αὐτοῦσθαι; ἔσται ἄρα δὲ ποσόν, δὲ ποιόν, δὲ εἶναι, ἀλλ' ἀδύνατον οὐδ' ἂν ποσὸς τοιαῦτα εἶναι εἶναι δὲ μὴ ποσόν, τοῖς δὲ ἀλλοῖσι ἐκ πάντων, ταῦτά τε δὲ ταῦτα εἶναι συμβαίνει.

Tex. 78. Prieterea cum ens multis modis dicitur (significat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud autem quantum, vel quale; vel aliquam aliam diuisarum categoriarum) num ex omnibus erit anima, an non? At non videtur communia esse omnium elementa. An igitur quotquot substantiarum, ex his salis? Quomodo ergo cognoscit quod & aliarum unumquodque? An dicent cuiusque generis esse elementa & principia propria, ex quibus anima conficit? Erit igitur & quantum, & quale, & substantia. At impossibile ex quanti elementis substantiam esse, & non quantum. Quare ijs, qui ex omnibus inquirunt, & hac & huiusmodi alia conueniunt.

COMMENTARIVS CXVIII.

Hæc est altera aduersus Empedoclem argumentatio. Sed duplicem Themistius agnoscit. Hanc enim primùm proponit. Genera & vniuersalia, quæ categorijs decem continentur, substantia, quantitas, qualitas, & cætera omnia; neque elementa sunt, neque ex elementis conflata: immò eorum pleraque longissimè ab elementorum absunt natura; vt relatio, actio, passio, motus, habitus, vbi, quando; Et omnino genera omnia notiones animi nostri sunt, non elementa rerum. Si igitur anima ex elementis constat, vt natura similitudine in rerum cognitione ducatur; quomodo hæc genera & vniuersalia cognoscantur; quæ nullam cum elementis similitudinem habent & cognitionem?

Sanè primam hanc optimi interpretis argumentationem non respuo nec contemno. Aio tamen ex propositis Philosophi verbis ab alio villo non colligi, neque colligi posse. Vnica enim hæc est ratiocinatio ex entis omonymia ducta. Ens natura vna non est, quæ communis sit omnibus ijs, quæ ab anima cognoscuntur; sed multis dicitur modis, velut omonymum quidpiam, quod decem omnino naturarum genera immediate significat; Quas diuisas categorias appellat. Categorias quidem, velut plurimum series attributorum, superiorum & inferiorum, quæ de rebus singulis enuntiantur. Diuisas verò, hoc est distinctas primòque diuersas, nec vlla re, sed solo entis nomine aut rationis similitudine conuenientes. Si igitur animam ex ijs, quæ cognoscit, vel ex eorum certè principijs & elementis constare oportet; aut ex illis omnibus decem naturis constabit, vel ex earum omnium principijs; aut ex solius substantiæ, velut omnium principis & aliarum causæ. Ex illis omnibus constare non potest; quoniam cum substantia esset, tum quantitas, tum qualitas, & aliæ omnes illæ naturæ; neque vnam quampiam naturam haberet, sed

2. Argumentum.

ens omonymum.

Categorias quid.

A plurimarum atque adeò omnium congeries esset, cum tamen substantia sola videatur esse. Et nonne absurdum tibi videbitur animam in pluribus & verò omnibus generibus poni, aut ipsa à seipsa genere diuersa esse? Id verò consequens est, si ex pluribus aut omnibus generibus componatur. Sed nec fingi quidem potest, quamam illius pars aut facultas cui generi adscribenda sit. Neque verò ex omnium principijs. Quoniam nulla sunt omnium communia principia; sed alia substantiæ, materia & forma; alia quantitatatis, punctum magnitudinis & vnitas numeri; alia aliorum generum. Ex quibus omnibus singulorum generum proprijs principijs si constare animam dixeris; perinde feceris, ac si ex ipsismet generibus omnibus constare dixisses. Nec enim vnam habebit naturam anima, sed multiplicem; neque substantia erit, sed quantitas, qualitas, omnique cætera. Nam vt ex principijs substantiæ substantia fit, non accidens; ita ex principijs quantitatatis aut qualitatis fieri nequit substantia, sed accidens, quantitas aut qualitas. Denique si ex solius substantiæ principijs constare dicitur; ne substantias solas cognoscet, non accidentias; si constare debet principium illud, cognitionem omnem similitudine fieri, similique cognosci simili. Non enim respondere licet, principia substantiæ accidentium quoque principia esse & ex illis cognosci: quippè in substantia coherent & sustentantur omnia. Quoniam ex proximis, non ex remotis principijs, cognitio rei cuiusque pendet; substantiæque principia non nisi remota accidentium principia sunt.

In quibus illi primùm, qui entis synonymiam & ynamque naturam substantiæ & accidentis decemque generibus communem adstruunt, Aristoteli se penitus aduersari vel hoc loco tandem agnoscant, meliusque in posterum sentiant. Qui non esse quidem puram & sinceram solius vocis omonymiam in tex. 2. lib. 4. Metaph. & tex. 11. lib. 7. pluribusque alijs in locis exposuit; neque tamen significare vnum, sed ad vnum; hoc est plura, quæ ad vnum aliquid primùm referantur. Quid Peripateticis fuit semper mirè probatum, quos longum esset commemorare.

Deindè illi quoque, qui Alexandrum sequuntur principes illas quatuor qualitates, calorem, frigus, humorem, & siccitatem, substantiales elementorum formas esse contendunt; audiant quid hic Philosophus ratiocinetur. Substantia, inquit, ex accidentis principijs constare non potest; quantitates igitur hæc principia substantiæ elementorum non sunt. Quòd si alibi principia interdum & differentias illorum appellauit; accidentaria principia & velut materiæ dispositiones aut etiam efficientia principia & accidentaria item differentias appellauit.

Postremò de categoriarum omnium principijs in 12. Metaph. lib. à tex. 19. & deinceps pluribus disputatur, an eadem omnium sint. Atque vna non vna est, sed multiplex entis natura; ita non esse eadem simpliciter omnium principia, sed solùm analogia constituit. Quamquam hoc loco de physicis potissimùm & componentibus principijs, ex quibus res fiunt, fit sermo.

TEXTVS.

TEXTVS.

Απορον εστιν οτι το αυται ειναι παθηδες ειναι το εμοιον οτι το εμοιον ειναι παθηδες οτι το εμοιον ειναι παθηδες...

Al sardum autem dicere quidem imparabile esse simile a simili, simile autem sentire simile, et simili cognoscere simile. Sentire autem pati quidpiam et moueri ponunt: similiter vero et intelligere et cognoscere.

Tex. 79.

A

fest. i. Non enim a simili patitur, sed a dissimili; minor a maiore, imbecillior a robustiore. Ergo tantum abest, vt antecedentem similitudinem cognitio postulet, vt contrarium potius eueniat: Fiatque a dissimili actu, potestate simili, & cognitionem ipsam, similitudo consequatur. Et Simplicius dissimilitudinem ex eo deducit, quod et si cognoscēs cognoscibile itē sit, & cognoscibile quoque interdū cognoscēs, cognoscēs tamen nō cognoscit vt cognoscibile est, sed vt cognoscēdi vi predictū est; & rursus cognoscibile nō cognoscitur vt cognoscēdi vim habet, sed vt cognoscibile est: esse autem cognoscens & cognoscibile, diuersa nimirum sunt & dissimilia.

Cogni- tionem dissimi- litudina niti.

B

COMMENTARIVS CXIX.

Uat Auerroes Philoſophum haecenus in opinione ipsa Empedoclis confutanda versatum fuisse, nunc vero ad fundamentum eius diruendum sese conuertere; simile non nisi a simili cognosci. At facile quibus animaduertat, tum haec, tum ea, quae haec consequuntur, ad eandem confutationem pertinere. Tertia igitur haec argumentatio contradictionis arguit, & cum se ipsa opinionem eam pugnare ostendit, dum simile ait cognosci a simili. Siquidem iidem illi Auctores palam affirmant, tum simile non pati a simili, sed passionem omnem a dissimili & contrario infertitur cognitionem omnem passionem quandam esse.

4. Argu- mentū.

Itaque ex triplici ipsorummet aduersariorum propositione haec instrui argumentatio potest: sentire & intelligere omninoque cognoscere (hoc enim velut genus est, illa illius species, est fecus Simplicius: quippe cognitio omnis aut sensus est aut intellectus) pati quidpiam est & moueri: a simile non patitur a simili, sed omnis passio a dissimili est & contrario; cognitio igitur non fit propter similitudinem, neque simile a simili cognoscitur. Propositio in 2. & 3. lib. examinabitur pluribus. Interim fat sit, a sensibilibus obiectis magnoperē affici & alterari, cogi & dissipari; & interdum, si fuerint vehementiora, dissolui prorsus organa sensuum; & omnino ab incurrentibus nos ad sentiendum prouocari ac moueri. Assumptio autem tum ab aduersarijs accipitur, tum in priore libro de ortu & interitu demonstratur. Actio namque a contrario proficiscitur, quod in suam naturam commutare alterum contrarium nititur sibi que facere simile: & ideo agit, quia actu dissimile est, potestate simile: quare materia quidem conueniunt, at differunt & pugnant forma. Propterea non a calido patitur calidum, neque ab humido humidum, sed illud a frigido, hoc a sicco: aut cert: minus calidum a magis calido minusque humidum a magis humido; in quibus dissimilitudo quaedam est & contrarietas, quod minus calidum aut humidum contrariae qualitatis permissionem habeant.

Quod etiam illud spectat, quod Philoponus adfert, lucernam paruum a lampade magna & paruum ignem a maiore consumi, vt Aristoteles quoque loquitur in 3. libro de caelo tex. 52. & lib. de longit. & bre. vitæ cap. 3. & problem. 22. & 25.

TEXTVS.

Πολλὰς εστιν ἀπορίας ἐξ ἡμετέρας ἔχοντες ἡ δὲ αὐτῶν, καθότι ἔμπεδοκλῆς, ὡς τοῖς στοιχείοις στοιχείοις ἕκαστα γινώσκονται, ἡ αἰσῖς τὸ εἴκοσι, μακροτέρη τὸ γὰρ μακροτέρη, ὅσα δὲ ἕκαστα τὸ τὸ ζῶον σωματικῶν ἀπλῶς γινώσκονται, οἷον δὲ τῶν νεύρων, τοῦ γὰρ, ἀδελφῶν ἀδελφῶν δὲ κτλ. ὡς τὸ εἶδος τῶν εἰκόνων, καὶ τοῖς αἰσθητικῶν.

C

Cum autem dubitationes multas ac difficultates habeat dicere, sicut Empedocles, quod corporeis elementis singula cognoscuntur et per simile; testatur id, quod nunc dictum est. Quaecumque enim in animalium corporibus insunt simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pilis, nihil sentire videntur: quare nec similia. Atqui decebat.

COMMENTARIVS CXX.

Voniam post illa verba (quod nunc dictum est) vicitur statim Philoſophus causali particula (enim) putant Philoponus & Simplicius posita illa fuisse pro eo, quod est, quod nunc dicendum est. Vt hæc sit sententia. Multas quidem dubitationes & difficultates Empedoclis opinionem habere probatum est; sed maximè apparebit ex ijs, quæ dicenda sunt. At quid tandem nos cogat vim hanc Philoſophi verbis inferre, eumque impropria aut corruptæ loquutionis arguere? Referantur illa ad antecedentia: constabit optimè sententia. Cum dubitationes multæ & difficultates oriantur ex Empedoclis opinione corporeis elementis & simili cognosci singula afferentis; fatis fortasse id testantur ea, quæ haecenus dicta sunt.

F

Vt hæc sit quasi superiorum argumentationum conclusio. Quibus tamen plures alias adiungit. Quartaque hæc ex partibus petitur nostrorum corporum. Si simile cognoscitur simili; igne igitur cognosceret anima igne, aëre aërem, aqua aqua, terraque terram; vt in tex. 25. ipsemet loquebatur Empedocles: at in corporibus nostris non pauca sunt partes terræ, quæ non solum non sentiunt terram, quam propter similitudinem sentire deberent; sed omnino nihil; non igitur simile cognoscitur simili; neque propterea ex elementis oportet constare animam, vt cognoscat omnia. Partes porro non sentientes numerat ossa, neruos, pilos: potuisset & vngues.

4. Argu- mentū.

Partes non sentientes.

B b iij

& dentes addere, atque in cornutis animalibus cornua. Ac de pilis quidem, unguibus, dentibus, & verò cornibus, haud magna est difficultas; quòd animatae partes non sunt; neque ubi deest anima, sensus adesse potest. Ossa etiam animam habeant, terrea tamen nimium sunt; nec ea, quam sensus postulat, mediocritate constant. Quare si sentire interdum videntur, dum in morbis quibusdam dolent; doloris & sensus non est ossium, sed vicinarum partium.

De Nervis maior difficultas, quam ab inter-pretibus ferè dissimulatam video. Solus Simplicius nervos dixit inter partes non sentientes numeratos fuisse, quòd non illos, sed spiritum vellet tactus sensorium esse. Id verò à ratione alienum est. Quippe spiritus anima praeditus non est; nec aliud quidquam, quam tenuissimus & purissimus sanguis; sanguis autem animata corporis pars non est, sed partium omnium materia & alimentum: omnique sensu caret, vt est in 3. lib. de animal. hist. cap. 19. & lib. 2. de part. cap. 5. & 10. Nisi fortasse Simplicius de nervis per se & absque spiritu acceptis loquutus fuerit. Terrei namque nimium sunt, minutisque aptè temperati. At dum accedente spiritu temperantur magis, sentiunt optimè, imò Themistij & Philoponi sententia in Commentario tex. 32. huius ipsius libri vim sentiendi praecipuam obtinet. Itaque quod hìc de nervis dicitur, persimile fuerit illi, quod in tex. 104. lib. 2. affirmabitur de lingua, linguam siccam non sentire saporis; quam tamen salivae humectatam meliusque temperatam certum est vnicum esse & optimum gustandi instrumentum. Spiritum hunc necessariamque sentiendo temperationem suscipere ossa non possunt. Sed de his alibi plurius.

Ossa non sentire.

Nervi autem sentiant.

TEXTVS.

Ἐν δὲ ἕκαστῳ τῶν ἀερέων ἀγνοῖα πλείον ἢ σύνεσις ὑπάρχει. γινώσκουσι μὲν ὅτι ἐκείνων, πολλὰ δὲ ἀγνοοῦσι. πάντα δὲ τὰ ἄλλα, συμβαίνει ὅτι βραχυθυμὸν καὶ ἄσφραγίστον εἶναι τὸν θεόν. μόνος δὲ τὸ σοφίσαιον ἔχει καὶ γινώσκει τὸ κείνος, τὰ ὅθι καὶ πάντα. ἐκ πάντων δὲ ἕκαστον.

Tex. 80. Iam verò vnicuique principio inscitia copiosius, quam scientia, inest. Vnumquodque enim cognoscet vnum, multa autem ignorabit. Omnia namque alia. Accidit verò Empedocli & insipientissimum esse Deum. Etenim solus elementum vnum non cognoscet, discordiam; mortalia autem omnia. Quoniam ex omnibus singula.

COMMENTARIVS CXXI.

Duplicem argumentationem verbis hisce contentam coniungere placuit, quod persimilis altera alteri sit solaque materia differat. Argumentatur enim ex eo, quòd Empedoclis haec opinio ignorantiam potius, quam cognitionem, inducat: idque in simplicibus primùm elementis ostendit; tum in ijs quoque, quæ composita ex elementis sunt. Aduersarij verba haec erant in tex. 25. adscripta; Terra terram vidimus, Aqua aquam, aethera aethera diuum, at igne exitiosum ignem; amore autem amorem, & discordiam discordia tristi. Ex his duobus modis vrget Philosophus. Primùm si elementum vnumquodque id solum

5. Argum. mentiu.

A cognoscit, quod sibi simile est, terra terram, aqua aquam, & eodem modo caetera; sanè cognoscet vnum duntaxat aliaque omnia ignorabit: plus igitur ignorantiam & inscitiam, quam cognitionem, ex elementis singulis habebit anima; similitudoque ignorantiam magis, quàm cognitionem, causa fuerit.

Deinde inter ea, quæ ex elementis composita sunt, deterioris conditionis, quam mortalia & caduca animalia, omniumque inscientissimum esset Deus. Etenim sex illis principijs positus, quatuor scilicet elementis concordiaque & discordia; caetera omnia ex omnibus concreta esse voluit Empedocles. Deum immortalem futurum discordia omnis expertem esse, atque ex reliquis duntaxat quinque principijs constare; ex quatuor inquam elementis amicitiae opera conuocatis atque vnitis. Ita fiet Deum discordia omnis necium esse, solamque amicitiam & quatuor elementa cognoscere, discordiam non item: cum tamen animalia caetera ex omnibus composita cognoscant omnia.

Quid verò Deum Empedocles nominaret, incertum; quòd eius scripta non extant. Auerroes autem celestes orbes interpretatur, quos & Deos esse & ex elementis concretos arbitrabatur. Auerroem sequutus est sanctus Thomas. Alios interpretatos fuisse concordiam, quæ discordia velut contrariae particeps non sit; testatur Philoponus. Sed tum ille, tum caeteri interpretes graeci, sphaerum potius intelligunt, velut elementorum omnium permissionem conciliante amicitia factam.

Caeterum Alexander Deum ipsum intelligens posteriorem hanc ratiocinationem dixit esse probabilem, non necessariam. Non enim insipientior esset Deus, quòd deteriorum cognitione careret. Quippe Aristoteles ipsemet in tex. 51. lib. 12. Met. melius esse dixit meliora sola comprehendere & deteriora ignorare satiusque esse affirmare quaedam non videre. Quod Philoponus pulchrè dictum iudicauit. Ego verò non item. Omnis namque cognitio perfectionem quandam cognoscens non significat: atque vt cognitio id efficit, vt cognoscens non cognoscenti praestet; ita plurium rerum cognitio maiorem adducit perfectionem: sine autem meliorum siue deteriorum rerum cognitio sit, perinde fuerit. Quoniam tum omnis cognitio perfectio est intelligenti naturae conueniens, tum non trahit cognoscentem ad rem cognitam, sicut appetitus ad appetitam rem appetentem impellit: sed rem potius cognitam in cognoscentem transfert, illique similem facit. Quocirca quidquid intelligatur, siue bonum, siue malum; siue praestans, siue abiectum; perinde est. Neque Deus cognitionem à rebus extra se positis accipit, sed in seipso videt & contemplatur omnia. Siue quòd omnia in se contineat; siue vt Aristoteli placuit, quia est omnium causa. Qui tamè eum negauit caetera in seipsis cognoscere, quòd indignum iudicaret diuinam mentem aliunde cognitionem quaerere.

Quod verò scribit Proclus Còment. 3. in Platonis Timaeum duplicè sphaerum fecisse Empedoclem, vnum sensilem, alterum intellectuile; Platonici magis videtur, quàm Empedocleum. Neque illud constat; Alterum alterius imaginem esse, atque in sensili regnare discordiam, in intellectuile verò concordiam. Nam si alter alterius imago est, alterum alteri similem esse oportet.

Prior



se inquant aduersarij prima entia esse, ex quibus tum cetera consent, tum anima. Quippe & forma prior est, quam materia; & id, quod continet, eo, quod continetur, prius existit. Quocirca contra prorsus, quam illi vellent, animam euenit priorem esse, quam elementa & velut illorum principium; non elementa priora & anima principia.

*Misti forma ab elementis distincta.*

Quam philosophi argumentationem tum eos considerare iubeo, qui mistorum corpora per substantia formam ab elementis distinctam constitui negant ( nulla enim argumentatio foret, si absque superiore forma vniuersa & continente consistere vniuersa elementa possent ); tum vero illos, qui intellectum rationalem animam ( intellectum enim animam rationis participem vocare philosophum, animamque reliquas; verè Philoponus adnotat & Simplicius censent ) non esse formam nostrorum corporum formatricem volunt. Siquidem animam quidem omnem aptam esse ait ad vniuersa continentiaque elementa, at intellectum aptissimum: vniuersa autem & continere subiectam sibi materiam nature formatricem est forma, non assistentis.

*Anima immobilis formae seruans.*

Porro in his manifestè intellectus separabilitatem atque immortalitatem doceri, Philoponus idem ait: siquidem anima antiquior est: hincque dubitationem eam solui, an animae motus temperamentum corporis sequantur. Sequuntur enim, vbi non dominatur intellectus & homo praeter naturam se habet, neque vivit vt homo, sed vt animal vtens anima. At si dominetur intellectus, homoque secundum naturam habeat, & vt homo agat; secus omnino euenit, corpusque potius sequitur animam. Quod si intellectum rationalem & intelligentem animam dixit; ineptum est quaerere, an de agente intellectu an de patiente loquatur; estque hominis verba philosophi in peiorem sententiam trahere molientis.

*Anima immortalitas.*

Quod autem ad illud attinet, quo elementa inquit vim habere materiae; siue materiae vocem legas ( ύλη ) nominandi casu, siue ( ύλη ) casu dandi; siue inquam elementa dicas materiam esse, siue materiae similem esse; perinde fuerit. Nam & vere sunt mistorum materia, & prima ac generali omnium materiae per similis est. Extantque plurima alia Philosophi loca, in quibus elementa mistorum materia appellat.

*Elementa mistorum materia.*

*Omnes autem, & qui quod cognoscant anima & sentiat entia, ex elementis cum inquant; & qui maxime motuum; non de omni loquuntur anima. Neque enim sentientia omnia motuum. Videntur namque nonnulla esse stabilia secundum locum. Atqui videtur anima hoc solo motu moueri animal. Similiter verè & quot intellectum sensuumque ex elementis factum. Videntur enim Plantae viuere, neque latius, neque sensus participes. Et animalia complura ratiocinationem non habent.*

COMMENTARIUS CXXIV.

**N**ona haec confutatio non solum iam Empedoclem eosuè, qui ex elementis animam esse dixerunt; sed veteres plane omnes complectitur. Omnibus enim commune illud fuisse peccatum inquit, vt generalem & omni animae communem doctrinam non tradiderint; dumque vniuersam animae naturam quaerere & explicare deberent, in parte illius quadam haeserunt: quare aut partem alteram penitus ignorarunt, aut quod partis propriu est de vniuerso genere affirmarunt. Quod ex priori libro de posteriori analysi maximum in demonstrationibus ac scientiis vitium esse constat.

Quod tamen Simplicius addit, intentionem horum verborum esse ostendere aliquid esse omni animae commune, non synonymum, sed vt ab vno & ad vnum; minime videtur ad rem; quamdiu non sua promit Philoponus, sed aliena constat. At cum tres in classes distribuisset antea veteres quorum aliqui motu, alij cognitione, alij demum incorporeo definiissent animam; tertio nunc distributionis membro praetermissis priora duntaxat duo recenset. Quid ita? An, vt inquit Philoponus, incorporeum sub motu continetur? Quod incorporeum illi assererent, vt corpus vniuersum permeando commodius moueri posset. An vt propositioni responderet conclusio? Principio siquidem duo membra fecit in textu, atque hoc totius inquisitionis fundamentum posuit. Animatum inquit ab inanimato duobus maximè differre videtur, motu & sensu. Quo patet non bene Simplicium cognitionem hoc loco rationalem notitiam exposuisse; vbi vniuersè accipitur pro cognitione cum sensus, tum intellectus, quas ipsemet Philosophus statim nominabit.

Verum vtraque differentia in parte est, non vniuersa & generalis. Primum enim plantae adfunt viuentes sanè & animatae; quod nutriantur, augeantur, & semine à se deciso procreent sibi simile: nec tamen sentiunt aut cognoscunt quidquam, nec mouentur loco; sed fixis radicibus haerent immobiles. Quare aut vegetantem illi omnes animam ignorarunt, aut certè neglexerunt; quodque sentientis & intelligentis proprium est, anima vt anima est conditionem & naturam esse putauerunt.

Deinde adfunt Zoophyta, quae vocantur, hoc est plantanimalia; quod inter plantas & animalia mediam naturam habent. Sentiunt enim, vt animalia; sed motu priuantur & affixa manent, vt plantae. Cuius generis spongiae sunt, ostreae, conchiliaque. Nam etsi extendantur non nihil ad capiendum cibum & contrahantur; de loco tamen

TEXTVS.

Πάντες δ' εἰ δὴ διὰ τὸ γνωρίζειν ἢ αἰσθάνεσθαι τὰ φυσικὰ τὰ ὄντα, οὐ τὸ σιγῆσαν λέγοντες αὐτῶν, ἢ εἰ τὸ κινησιώτατον, ἢ περὶ ἀπάντων λέγουσι ἄλλοις. ἔτι δ' τὰ αἰσθάνεσθαι πάντα κινησιώτα. φαίνεται δ' εἶναι πᾶσι μὲν ἡ ψυχή ζῶον κατὰ τὸ πᾶν, καὶ τὸ δὲ καὶ τὰ φύσιν μὲν τὸ κινησιώτατον καὶ τὸ ζῶον. ἰσχυρὸς δ' ἔστι ὅτι τὸν ὄντα τὸ αἰσθάνεσθαι, οὐ τὸ σιγῆσαν πᾶσι. φαίνεται δ' τὰ τε φύσιν ζῶον, ἢ μεταξὺ φύσιν ἢ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ ζῶον πολλὰ διὰ τὸν ὄντα ἔχειν.

ad locū tota nō transeunt. Itaque plantarum anima nec sensu potest nec motu definiti: plantanimālium sensū quidem, at non motu. Et illi quidem, qui motum acceperunt, angustissimam omnino fecerunt animam. Qui verò sensum, plura sanē comprehendunt, nempe plantanimalia, quæ à prioribus fuerant exclusa: neutri tamen de omni dixerunt anima.

Motum autem lationem dixit, ne nutritione & accretione tum plantas tum plantanimalia moveri quis responderet. Namque motum de loco ad locum intelligebāt illi, qui motu animam definiabant. Quocirca verba illa (atqui videtur anima hoc solo motu movere animal) tanquam veterum propositionem accipio; quòd illi solo motu secundum locum animam definiant. Nam si ab ipomet Aristotelē subiecta intelligantur, non parua erit difficultas. Quippe ut verum sit animalium incessum & progressionem de loco ad locum ab anima sola proficisci; moverique à seipsis, ut alibi dicitur, animatorum proprium esse: verum tamen non est animam hoc solo motu animalia movere. Nam & nutritio, & accretio, & procreatio, & sensus, & appetitio, motus quidam sunt. Quibus si respondeat Philoponus, lapides quoque & inanimata augeri; & omnino (quod Themistius ac Simplicius respondēt) omnes alios motus proficisci quidem ab anima, verum alio extrinsecus accedente; alimento inquam aut sensili obiecto mouente; localem verò motum ab anima sola intrinsecus per appetitionem excitata. Primum negabitur inanimata augeri, quæ appositione dumtaxat grandiora sunt, ut pluribus in secundo lib. dicitur. Deinde ab extrinsecus quoque obiecto, quòd motu prosequitur aut fugiunt, moveri animalia ad appetendum & prosequendum vel fugiendum affirmabitur.

Quòd si alteram adiungat Simplicius causam, propterea solo motu locali animam dici movere, quoniam plantalis anima non est manifestum principium à quo, sed magis secundum quod; hoc est non actuum, sed potius passivum; quasi inter animam & naturam media consistat: opinionem illam suam inculcabit nobis, naturam non actuum, sed passivum principium esse: quæ de re in commentario 34. satis diximus. Dabimusque nunc in plantali anima minus quidem vim animæ elucere, quoniam hic sit primus & materialis maxime naturæ que proximus animæ gradus: contendemus tamen in ea ipsa principium inesse actuum; & melius multo, quam in natura. Nec minus in 2. lib. definietur anima principium, quo primum vivimus; quam quo sentimus, mouemur, & intelligimus: vniuersæque animam omnem probabitur viventis corporis causam esse, tum formalem & finalem, tum efficientem.

Ceterum ponderanda item sunt illa verba (neque enim sentientia omnia motiua. Nam si perfectus & absolutus motus intelligatur, quo animal de loco ad locum transferatur persequendo & fugiendo cognitum quidpiam, verissima profus sunt; atque hoc sensu nunc vsurpantur, vbi cum veteribus est sermo, qui de huiusmodi loquebantur motu. At si motus qualiscumque accipitur; planè quidquid sensu præditū est, quomodo mouetur: & plantanimalia, quæ locum non mutant, extendunt scē & contrahunt.

A Quorū enim sensum vtilis ac noxi inseruisset natura, si alterum amplecti & alterum vitare non possent?

Denique dianam Aristoteli obseruabis intellectus actionem significare. Cum enim sensum quid & intellectum nominasset, complura subiungit Aristoteli animalia sentire, quæ dianam, hoc est intellectus ratiocinatione, carent.

Diana  
quid  
Aristo-  
teli.

TEXTVS.

Εἰ δὲ πῶς ἡ ψυχή πᾶσι ζῴων ἐστὶν, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή πᾶσι ζῴων, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή πᾶσι ζῴων, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή πᾶσι ζῴων.

Quid si quis & hæc concesserit & intellectum posuerit partem anime quandam; similiter autem & sensivum; ne sic quidem vniuersè dixerit de omni anima, neque de tota, neque de vna.

COMMENTARIVS CXXV.

Hæc quoque ad illud ostendendum pertinent, quod veteres obiecit non de omni anima loquutos esse. Nam etsi concederetur intellectum & sensum aut vnam & eandem esse animæ facultatem; aut certè ita connexas, ut vbi est vna, sit item altera; nondum tamen de omni dixissent anima, qui cognitione illam definiunt. Adfunt enim plantæ, quæ neque sentiunt, neque intelligunt; & animata tamen sunt. Quare necdum de tota dixissent anima, neque de vna. Non de tota; quoniam præter cognitionem sensus & intellectus, sunt in viventibus nutritio, accretio, procreatio, appetitio, motus. Neque de vna; quippe nulla profus est anima, quæ solo sensu & intellectu vigeat; sed vbiūque hæc adfunt, adfunt & aliæ omnes commemoratæ virtutes; neque sine nutritione vlla consistit vita, neque vllus sensus absque spiritu, qui continetur fluit ac resoluuntur, debetque horis omnibus ex alimento renouari.

Anaxagorā in his subnotari putat Themistius; qui intellectum in animante tota natura voluisset inesse. Certè in tex. 24. dictum est eum affirmasse intellectum ipsum esse animam, atque in animalibus cunctis vel abiectissimis contineri: & tex. 31. eum intellectu & anima ceu natura vna fuisse vsū. Pythagoricos potius Philoponus atque Simplicius; quòd animarum illi nostrarum in omnia corpora vel belluarum ac stripium migrationem posuissent. Atque idè Empedoclem addit Simplicius, quasi eandem in plantas migrationem asserentem. Quod magnoperè dubito an sit credendum, si eam is de anima sententiam habuit, quam Philosophus dixit, animam esse permissionem elementorum quandam. Verum quicumque fuerit sententiæ assertor, is sanè neque de omni anima dixit, quia non in omnibus sensus & intellectus, aut organa, aut certè operationes cernuntur; neque de vlla tota, quoniam pluribus vnaqueque facultatibus atque operationibus prædita est.

Lapidia  
& inanimata  
motu accretio.

Plantæ  
animata.

Animæ  
quæ  
sensus  
habent.

TEXTVS.

Τὸ δὲ πνεῦμα ἢ ὁ αἶμας ἔχειται ἕως λείπει. φησὶ  
ἢ πῶς ἡχρὸν ἐν τῷ αἵματι εἶσθαι, ἀναπνεύτων φε-  
ρόμενον ὑπὸ τῷ αἵματι. ἔχον οἶοντα δὲ τοῖς φουτοῖς ἴσσο συμ-  
κάμειν, ἐδὲ τῷ ζῶον αἰαῖς, εἴτε μὴ πάντα ἀναπνεύσι.

Hoc autem passus est & qui in Orphicis vocatis sermo. Ait enim animam ex vniuerso ingredi, respirantibus deuectam a ventis. Non possibile sanè plantis hoc accidere, neque animalibus quibusdam; siquidem non omnia respirant.

COMMENTARIVS CXXVI.

**P**eccatum hoc, in quod antea commemorati Philosophi lapsi sunt, vt non de omni anima dicerent, commune quoque adfuit fuisse Orpheo antiquissimo Poëta ac Theologo. Quæ enim orphica memorat, siue ab ipso Orpheo scripta fuerint, vt Simplicius & S. Thomas opinantur; siue ab alio quopiam, qui illius dogmata posteritati tradiderit; quod Themistio ac Philopono magis placet; perinde fuerit: Cuius fortasse coniectura erit, quod non Orpheum citat Philo- phus, sed orphica vocata, hoc est quæ Orphei dogmata continere videbantur. In his enim anima dicebatur a ventis cum aëre in animalis corpus deuehi atque immitti dum respiramus: siue quod nil aliud anima sit, quam inspiratus aër: siue quod simul cum eo suscipiatur & credatur.

Quibus verbis Orphei sanè opinio de animæ natura continetur. Sed illius confutatione prætermittam id solum agit Philoſophus, quod agit; vt eodem illa vitio laborare ostendatur, neque animam omnem complecti. Etenim nec planta respirat nec animalia complura; vt pisces & quæcumque sanguine carent. Nam hæc vt minorem calorem continent, sic minore viuunt refrigeratione. Accipit autem opinio illa, sola ea, quæ respirant, habere animam.

Cæterum Orphei verba Philoponus ac Simplicius ad meliorem sententiam trahunt: vt respiratio aptitudinem corporis animam suscipientis symbolice significarit: siquidem respiratio naturæ calorem refrigerans, temperatum & ad obsequium animæ oportunum facit. Ventis autem aërem & animam deuehentes, vniuersales virtutes fuerint, per quas ab vniuersali operatione in generationem deducitur anima, & sine quibus particulares causæ apta corpora nequaquam potuissent animata facere.

Quæ optimorum interpretum expositio tum academicè accipi potest, tum intellectu meliore. Academici namque cælestes animas vniuersi curam habere voluerunt, nec absque illarum imperio inferiores animas apta licet corpora subire animare esse posse; quin ab illis in hæc mortalia deduci corpora & ad cælestia interdum reuocari. Descendere autem, tum diuina prouidentia ob vniuersi bonum compellente; tum alarum casu, aut audacia, aut fuga, inquit in Timæum Proclus. Alarum inquam casu, hoc est propensione intel-

Anima-  
rum ge-  
neratio  
Platoni-  
ca.

**A** lectus ad verum & voluntatis ad bonum relaxatus; vegetalifq; seu genitalis nature procliuitate; ne genitrix vis corporumque administratrix frustra in illis sit.

Verum si antiquior multò Platone & academia Orpheus fuit, quis Platonicæ hæc & academicæ credat illum cogitasse, dum ita de anima loquutus est? Probabilius dicetur, si meliore modo, quam verba sonent, sententiam hominis accipere libeat; præter corporis præparationem aptamque conformationem opus esse tum colorum aliarumque causarum vniuersalium & particularium concursu atque efficientia, vt anima producatur in corpore; præsertim vero intelligens, quæ forinsecus à solo Deo creata accedit.

**B** Aristoteli tamen in veterum sententiis examinandis familiare vbiq; est illorum insectari verba; non reconditum magis ac symbolicum intellectum querere.

TEXTVS.

Τὸ δὲ λέγειν ὅτι οὗτο ὑπεκρίθηται, εἴτερος δὲ πῶς ἡχρὸν ἐν τῷ σαρκεῖον ποιεῖν, ἐδὲν δὲ τῷ ἀπείρῳ, ἔχον τὸ θάπτεσθαι μέσθαι τῆς διασπαστικῆς ἰσότητος καὶ τῆς διασπαστικῆς. καὶ τῷ εὐθείῳ καὶ ἀπείρῳ, τὸ κρημνιστικῶς καὶ κρημνιστικῶς ἔχον τὸ ἀπείρῳ ὁ κρημνιστικῶς, καὶ τῷ κρημνιστικῶς, ὅτι εἰς εὐθείαν, καὶ εἰς ἀπείρῳ, ὅτι εἰς εὐθείαν.

Hoc verò latius ita opinantes; siquidem animam oportet ex elementis facere, nihil oportet ex omnibus. Sufficiens enim altera contrarietatis pars & seipsam indicare & oppositam. Etenim recto & ipsam & obliquum cognoscimus. Index namque amborum regula. Obliquum autem nec sui ipsius nec recti.

COMMENTARIVS CXXVII.

**D** Ecima & vltima confutatio est; qua dimissis cæteris ad Empedoclem redit, aut si qui sint alij, qui animam ex quatuor elementis constare dixerint. Hæcque argumentatio superiori profusè opponitur. Illa defectum criminabatur; hæc redundantiam atque excessum. Illa non de omni anima loquutus fuisse veteres ostendebat; hæc plura, quam opus esset, elementa ad naturam animæ constituendam aduocasse demonstrat.

**E** Esto igitur, ex elementis animam constare oporteat: animaduertente certè illi potuissent elementa omnia necessaria non esse, vt cognoscant omnia. Quoniam per vnum contrariorum cognosci alterum potest, quod illius quasi priuatio est. Priuatio namque ex habitu cognoscitur atque in contrariis illud, quod perfectius est, velut habitus existit; & deterius alterum velut priuatio: calidum velut habitus & forma; frigidumque velut priuatio, vt in tex. 18. lib. 2. de Cælo, & libri 1. de ortu & interitu, & tex. 22. lib. 12. Metaph. legimus. Calido igitur non solum calida, sed & frigida; humidoque tum humida tum sicca cognosci possent. Quocirca in duas rationum argumentatio tota resoluitur. Altera est. Superuacaneum nihil ponere oportet in naturis quæ vt in necessariis non deficit, ita nec inutiliter abundat, summoque in omnibus compendio delectatur: at elementa duo satis sunt ad cognoscendam

scenda omnia; non igitur ponenda quatuor in anima sunt. Quo argumentationis genere alibi saepius reperies vsum cum fuisse praefertim vero in simili ferè causa in 1. phys. lib. tex. 50. & 56. vt numerum principiorum colligeret; tum finitum, quia finitis omnium ratio assignatur; tum ternarium, quoniam vnum subiectum vnaque cōtrarietas satis sunt, & plura essent otiosa.

Altera ratiocinatio prioris huius assumptionem demonstrat. Rectum tum sui tum obliqui regula est & mensura; rectoque tum rectum cognoscitur tum obliquum: at altera contrarietatis pars, quæ melior existit, est velut rectum; altera deterior velut obliquum: alteram igitur inesse in anima satis est; calidum inquam, quo frigidum etiam cognoscitur; & humidum, quo innotescet siccum.

Porro etsi in vnoquoque elemento binæ sint qualitates, hoc est virtutis contrarietatis altera pars; non tamen propterea dixit Philosophus vnum elementum fore satis animæ, vt cognoscat omnia. Quoniam frigus & siccitas deteriorem tenent contrarietatis locum & velut priuationes atque obliquitates sunt, si cum melioribus comparantur: priuatio autem vt propria forma actuque non constat, sed per se est non ens & absentia formæ; sic nec per se cognoscibilis est, nec principium cognoscendi habitum. Et obliquum nec sui nec obliqui regula est. Quò magis sanctum Thomam mireris duo elementa pro animæ compositione, ignem & terram, elegisse; in quibus terra qualitatem vtramque habet velut priuationem atque obliquitatem. In aëre verò meliores ambæ qualitates conueniunt, calor & humor: propterea fortasse nec affirmavit Philosophus elementis pluribus esse opus, sed solum omnia necessaria esse negavit.

Ne quis tamen hinc colligat in his quatuor qualitatibus duas significare formas, calorem & humorem; at duas reliquas, frigus & siccitatem, duarum priorum priuationes esse. Namque tum omnes agendi & pugnandi alteramque sibi oppositam interimendi ac sibi similem procreandi vim habent; atque hae virtute multationes omnes perficiuntur: tum elementorum omnes principia constituuntur in posteriori de ortu & interitu libro. Nec ignis modo dicitur esse primò calidi, & aër primò humidus; sed aqua item primò frigidi, terraque primò siccæ: neque vt habitus & priuatio, sed vt pugnantes formæ opponi existimatur ab omnibus. In quibus si priuatio nominetur interdum; eo intellectu nominatur, quo nigritum quoque priuatio alibi dicitur in tex. 7. lib. 10. Metaph. & naturalis in loco consistentia priuatio motus, & grauitas leuitatis priuatio in tex. 18. lib. 2. de cælo: & omnino imperfectior forma comparatione perfectioris in tex. 18. lib. 1. de ortu, & vnum contrarium alterius contrarij in tex. 32. lib. 2. priuatio esse scribitur.

Propterea non leuis est difficultas, quomodo vnum contrarium ex altero cognosci dicat Philosophus. Nam vt id in priuationibus euenire possit, reales tamen & positivæ formæ, quæ proprio constant actu, per illum ipsum cognosci debent. Laborat hic non parum Philoponus, nec adfert quidquam, quod satisfaciât. Minus etiam alij, qui de solo habitu & priuatione, non de vera contrarietate, loquuntur eum esse dixere; inter quos Simplicius eam rationem habet, quoniam frigidum Phi-

losophus calidi priuationem esse dicere consuevit. Verum quæ in elementis est contrarietas, priuationis non est, sed pugnantis formæ & actus: & omnino in natura constat formarum contrarietatem esse, quam ab anima cognosci oportet. Deinde vt priuatio ex habitu cognoscatur, opus est ratiocinatione, vt alio loco docebitur; soliusque hominis, non belluarum, est.

Bipartita igitur mihi videtur Philosophi argumentatio fuisse. Primum etsi animam ex elementis constare velis, ex omnibus tamen non est necesse, sed satis est ex duobus, igne & aqua, aut aëre & terra: quoniam cum vel in duobus solis qualitates omnes quatuor contineantur; haberet anima rerum omnium similitudines, quibus cuncta cognosceret. Deinde si priuationes ex eorum habitibus & obliquum ex recto cognoscuntur; posset & altera elementaris cōtrarietatis pars imperfectior, quæ alterius comparatione velut priuatio est & obliquitas, ex perfectiore velut habitu & rectitudine cognosci.

Quamquam priori argumentationi maiorem dixerim necessitatem inesse; posteriore probabiliorem potius, quam necessariam, videri. Aut potius respondere licet, priori ostendens necessaria non esse elementa omnia, posteriori opinionis illius fundamentum euerti quod omnia cognoscit, omnia continet. Id verò falsum esse demonstrari, quoniam priuationes cognoscuntur, nec tamen in anima continentur; potestque habitus tum sui tum priuationis cognitionem facere.

Corpora omnia animata non esse.

C A P. VIII.

T E X T V S.

Καὶ ἐὰν τὸ εἶδος ὅ πῶς ἀντὶ τοῦ μετέχουσαι εἰσὶν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ σῶμα τὸ εἶδος πάντα πᾶσι θεῶν εἶναι.

Et in vniuerso autem ipsam nonnulli permissam esse inquirunt. Quare fortasse & Thales omnia ratum esse plena Diis esse.

COMMENTARIUS CXXVIII.

Singularem prorsus hoc loco interpretationem Simplicius facit; dum Philosophum ait etsi de mortalium praefertim animabus proposuisset sibi dicendum, quemadmodum tamen antea de Cælesti quoque anima dixit, ita & nunc de elementari agere. Quibus verbis non solum cæteris omnibus interpretibus aduersatur, verum etiam duobus modis peccat. Primum quòd de Cælesti anima in superioribus dictum fuisse credat: quod antecedenti tota tum nostra tum aliorum expositione apparet esse falsum. Deinde quòd Cælum & elementa corporaque omnia putet Philosophum animata esse iudicasse: cum hoc & aperte confutet, & antea non semel tamquam absurdum deduxerit, fore, vt corpora omnia sint animata: & quidem si non omnibus mistis corporibus genus hoc formæ concessit, sed plantis solis & animalibus; multò minùs agnouit in simplicibus. Et nonne animam vniuersè definit in 2. lib. Entelechiam organici & eterogeni duntaxat corporis. Sed & qualis est illa loci huius pro-

positio: Et in vniuerso, inquit, ipsam nonnulli permistam esse inquirunt. Nonne hoc tanquam aliorum atque à veritate alienam sententiam profert? Nam etsi vim in verbo Simplicius faciat, quod Cœlestis & elementaris anima adsit quidem, at non permisceatur corpori; quemadmodum animæ ceteræ: nihil tamen conficit. tum quia intellectus quoque, quem ipsemet rationalem animam nostram exposuit, impermistus esse antea dicebatur. Tum quia quomodo permistam animam dicat, Thales illud declarat, Diis omnia plena: quod sanè præsentiam, non permissionem veram, significat.

Quid igitur in his agit Philosophus? Ex confutatione superiori, quæ animam ex elementis permistam non esse demonstrauit, occasionem accepit aliam quandam opinionem quoquo modo priori oppositam inducendi; animam non ex elementis, sed in elementis esse: aut non ex elementis velut materia permistam, sed cum elementis velut formam & actum cum subiecto complicatam: immò non cum elementis modò, verùm & cum corporibus cunctis atque adeò per vniuersum totum fufam ac sparsam. Quam opinionem si non habuit Thales, habere certè vilis est: hoc enim sibi vult illud (fortasse) cum omnia Diis plena esse dixit. Cui simile fuit illud, quod Themistius adfert, & Arati fuisse scribit Philoponus; Iouis omnia plena compita, & omne forum: pleni omnes hominum conuentus, & mare plenum, portusque. Et Aristoteles in 1. lib. de partibus animalium cap. 5. Heracliti verba commemorat ad eos, qui cum alloqui eum vellent, quòd fortasse in furnaria quadam casa caloris gratia sedentem vidissent, accedere temperarunt. Ingredi enim & fidenter iussit, quoniam, inquit, ne huic quidem loco Dij defunt immortales; Quæ de re præclare pronuntiauit Simplicius, omnia Deo plena esse vt Creatore, Benefactore, & omnia continente, nullum profectò dubitare posse. Cuius Peripatetici sententia illi fuerit ponderanda, qui Deum Peripatetici neget aut efficientem mundi fuisse causam, aut sublunarium rerum curam & administrationem habere.

Sanè hæc Dei in omnibus rebus præsentiam veteres sacri Doctores ex Diuina essentia immensitate atque infinitate collegerunt: & aliquando ita argumentati sunt. Si aliquid esset extra ipsum, cui non adesset ipse, infinitus non esset, sed terminum ac finem haberet. Verùm & necessaria ostendit ratio, tum Deum in omnibus agere, non solum creandò, sed & conferuando, atque operando cum illis; nihilque agere & operari posse, vbi non est; tum esse, quod in rebus omnibus reperitur, immediatè Dei effectum esse: quippè illius est producere esse; non solum quia virtute indiget infinita, qua producantur ex nihilo; verùm etiam quia esse participatum non nisi illius, quod essentia sua sit ens, effectus esse potest; immediatamque causam oportet effectum adesse suo.

Quocirca si hoc intellectu Thales ac veteres alij Philosophi diuino numine plena omnia esse dixissent, verissimè prorsus pronuntiasent. At Aristoteles perinde proponit dictum, ac si Deum voluissent cum omnibus rebus permistum esse: siuè Deum cogitassent rerum omnium formam esse velut animam; siuè omnibus in sitam Dei partem quandam esse opinati fuissent. Quorum vtrumque tam est absurdum atq; à natura Diuina alienum, vt cù sto-

Elementa esse anima.

Deipra-sentia ubique.

S. Iren. lib. 2. cap. 1. Tertullianus lib. 1. contra Marc. cap. 11.

Deum reuom-niū formā aut animā non esse.

A macho potius respiciendum sit, quam rationibus confutandum. Neque enim diuina natura parte aliqua mutilari potest, neque vilius rei forma & pars euadere, quod imperfecti & dimidiati entis proprium hoc sit. Quoniam igitur meliore fortasse sententia loquutus fuerat Thales; Propterea non omnino asseruit Aristoteles, sed dubitando atque interpretationi meliori locum relinquendo adiecit (fortasse. Certè cupiam illius verba sonare poterunt Deum vniuersi totius velut formam & animam esse. Quare cum aperta hominis sententia non esset, sapienter Philoponus confutationem eam prætermisit, quæ ex diuina natura conditione peti potuisset: vniuersè tantum ostendens elementis & omnino corporibus cunctis animam non inesse.

Zenonem quoque ac Stoicos Deum fecisse corpus substantiam omnem permeans; atque in intellectu quidem esse intellectum, in animali vero animam, in naturali naturam, in affecta affectionem & habitum; commemorat Themistius atque Philoponus. Platonemque Themistius adfert, cuius illa sunt in Timæo verba; cum animam Deus collocasset in medio, per vniuersum infudit atque per omnem globum porrigi iussit & corpus ei exterius induit. Verùm Platoni videas non de Deo, sed de Mundanima sermonem esse: eumque per omnia quidem corpora fufam esse animam affirmaffe (quam ob causam quod hic ait Philoponus, nonnullos ipsam in vniuerso permistam esse dicere, ad Platonem arbitror pertinere huncque respicere Timæi locum) at non Deum; immò Deituisu & opera mundanam animam. Sed nec Deus potest esse corpus; nec si esset permeare sese vicissim & simul esse corpora queunt.

Iam verò quod scripsit S. Thomas ex Thalesi opinione illa, Deum in qualibet esse mundi parte, ortum Idololatriam habuisse & mirandum magis est, quàm credendum. Quippe multò ante Thales tempora & orta est & propagata. Veramque illius originem fuisse reperias, quòd homo peccando recedens à Deo creaturæque rebus & corporis editus, ad eas sensim & quasi per gradus diuinitatem traduxit. Primum enim coluit Cælum, Solè, Lunam, & Astra cetera; deinde æthera, aërem, & alia elementa, tum homines, partim viuentes, partim mortuos. Postea lapides, ligna, plantas, reptilia, aquatilia, & bestias terræ: ac demum ea ipsa, quæ non erant, sed sola ipsius fictione consistebant, quales apud Ægyptios Cynocephali, Ophiocephali, Onocephali fuere. Hos enim gradus fecit S. Athanasius in oratione contra Idola. Alij à stellis descenderunt ad fruges, à frugibus ad homines, ab his ad abstracta quædam, vnde furia, parca, & similia: tum ad Dæmonas, maximè in status atque oraculis. Hominum porro in Deorum numerum referendorum hoc fuit principium: vbi dicitur quòd principes suos ac Reges quosuis bene de illis meritos, reique cuiuspiam vtilis ac necessarii inuētores honorare vellent: vel quòd vt est in lib. sapien. cap. 14. nimio erga parentes, fratres, aut amicos vita functos affectu compulsi eos punxerunt in tabulis picturæque hostias immolarunt, tū postea propter operis elegantiam & artificis petitiā tamquàm Deos coluerunt. Accessit, vt est apud S. Gregorium Nazianzenum orat. 2. de Theologia, partim rei difficultas, partim hominis desiderium cognoscendi Deum. Nimio namque desiderio languens hominis

D S. Athanasius in oratione contra Idola. Alij à stellis descenderunt ad fruges, à frugibus ad homines, ab his ad abstracta quædam, vnde furia, parca, & similia: tum ad Dæmonas, maximè in status atque oraculis. Hominum porro in Deorum numerum referendorum hoc fuit principium: vbi dicitur quòd principes suos ac Reges quosuis bene de illis meritos, reique cuiuspiam vtilis ac necessarii inuētores honorare vellent: vel quòd vt est in lib. sapien. cap. 14. nimio erga parentes, fratres, aut amicos vita functos affectu compulsi eos punxerunt in tabulis picturæque hostias immolarunt, tū postea propter operis elegantiam & artificis petitiā tamquàm Deos coluerunt. Accessit, vt est apud S. Gregorium Nazianzenum orat. 2. de Theologia, partim rei difficultas, partim hominis desiderium cognoscendi Deum. Nimio namque desiderio languens hominis



TEXTVS.

Συμβαίνει δ' ἀμερότερος ἀποποιεῖται καὶ περὶ τὸν αἶρα καὶ τὸν πῦρ, ἢ τὸν ἀέρα, ἢ τὸν περὶ τὸν αἶρα καὶ τὸν πῦρ ἔχει τὸν αἶρα καὶ τὸν πῦρ ἔχει τὸν αἶρα καὶ τὸν πῦρ.

Tex. 87. Accidit autem utroque modo absurdum & à ratione alienum. Etenim animal ignem aut aerem dicere, coram est, quæ magis præter rationem sunt. Et non dicere animalia, cum insit anima, absurdum.

COMMENTARIVS CXXX.

Altera hac aggressione ad eas angustias adigit aduersarios, vt nihil nisi absurdum & à ratione alienum respondere queant. Si enim in igne aut aere insit anima, quæritur num ignem aut aërem liceat animal appellare. Vtrumuis respondeatur, absurda & à ratione aliena responsio fuerit. Præter rationem siquidem est affirmare quidquam, quod ratione nulla nitatur, nec vilo argumento concludas; immò quod vel reclamante sensu facile cõuinci possit. Quippe animalis operatio nulla, nec vllum illius instrumentum deprehenditur in elementis: non sensus, quo primum animal est: non appetitus aut incensus, qui comitantur sensum.

Stolidum ac temerarium esse id dicere ait Philoponus, & sermone stultorum simile Auerroës. At nec minùs absurdum videtur esse corpora hæc dicere anima esse prædita, nec tamen animalia esse. Fortasse autem Philosophus animal tanquam magis notum & quod aduersariorum opinione elementarem mundanamue magis deceret animam. Sed perinde fuerit, siue animal dicas, siue plantam aut stipitem: quoniam non magis plantarum, quàm animalium, operationes apparent: neque certius, quàm ex operatione, ad cognoscendas formas argumentum est.

elementa animalia, sed non animalia.

Quo loco Simplicius magnopere reprehendendus videtur, dum elementa inquit animalia esse, at non animalia; quoniam animal ex corpore & anima inexistente permistaque cum materia sit; elementorum autem anima non insunt nec permiscetur, sed separabiliter adsunt. Nam etsi sapienter duplex agnoscat animarum genus; vnum hærens corpori, alterum non hærens; eadem tamen sapientia non dicitur posteriore anima genere non hærente nequaquam fieri animal. Intelligens namque seu rationalis anima hominis corpori non est hærens neque permista, & tamen homo animal est & animalis species optima. Si enim anima sic adsit corpori, vt vniri cum eo possit, vnum nimirum & animal efficiet, siue corpori hæreat siue per se ipsa co-hæreat. Quòd si non vnitur; nec efficiet vnum, nec animal: vt nec naua cum nauis, nec intelligentia motrix cum cælesti orbe; etsi maximè adsint.

TEXTVS.

Ἐπιλαμβάνει δ' ἕκαστα πῦρ ἀνελεῖται εἶναι ἐν τῷ πῦρι, ὅτι τὸ ἄλλο τῶν στοιχείων ἀποποιεῖται.

Tex. 88. Existimare porro videntur animam in his esse, quoniam totam cum partibus eiusdem speciei.

COMMENTARIVS CXXXI.

Aburdum nimis & ab omni ratione alienum esse dixit elementa facere animalia. Itaque nemiretur quippiam graues alioqui Philosophos ita opinatos fuisse, & fortasse nulli credat in mærem id venire potuisse, Aristotelisq; calumniam esse: ratione nunc subiugit, quæ illi persuasi sunt, vt præter ratione opinarentur. Ita verò ratiocinabantur. Elementa sunt homogenea corpora, in quibus eadem partes animatae sunt; integra igitur elementa quoque sunt animalia. Propositio manifesta est ac certa; Assumptionem incertam probabat: sed probatio duplicem habet interpretationem: Græcorum alteram, Themistij, Simplicij, Philoponi. Alteram Auerroës & S. Thomæ. Illi ex ea elementorum parte quæ nostrorum & omnino misorum corpori, quæ omnium confessione sunt animalia, compositionem ingreditur, argumentum ducunt ad elementorum vniuersitates. Hi ex aëris illa parte, quæ animalia inspirant. Elementorum namque partes, quæ in animalium corporibus misis continentur, animatae nimirum sunt: at eiusdem hæc nature sunt ac speciei cum illorum vniuersitatibus; vniuersitates igitur quoque sunt animalia. Rursum pars aëris illa, quæ in animalium corporibus in inspiratione suscipitur, quoniam animam & vitam corporibus illis adfert, tamdiuque animantur & viuunt, quantum respirando suscipiunt aërè; animalia sit oportet: atqui eadem est partis & totius natura; totus igitur aër animatus est: cumque similis sit elementorum omnium conditio, omnia prorsus fuerint animalia.

Ita verba illa, quæ statim subiunguntur (quòd aliquid à continete accipitur in animalibus) duobus modis exponuntur: aut inquam ad internam corporum permissionem & compositionem, aut ad externum anhelitum & respirationem, qua internus calor temperatur. Omninoque prior interpretatio videtur esse potior. Porro Simplicius in sua illa, quæ antea diximus, opinione persistens, Philosophum demonstrare animalia quidem, at non animalia elementa esse; erroris nunc ait doceri causam, cur illi animalia item esse crederent; quòd eorum partes in animalium corporibus tum animantur tum animalia euadant. Verùm in his immorandum non est; cum iam ostensum sit minùs hæc Aristoteli consentanea esse.

TEXTVS.

Ἐὰν ἀναγκαῖον αὐτοῖς λέγειν ὅτι τὸ πῦρ ἀνελεῖται εἶναι ἐν τῷ πῦρι, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦ πῦρος ἀποποιεῖται τὸ πῦρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὸ πῦρ ἀνελεῖται εἶναι ἐν τῷ πῦρι, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦ πῦρος ἀποποιεῖται τὸ πῦρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὸ πῦρ ἀνελεῖται εἶναι ἐν τῷ πῦρι, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦ πῦρος ἀποποιεῖται τὸ πῦρ ἑαυτοῦ.

Quare necessarium ipsis dicere & animam eiusdem cum partibus speciei esse si ex eo, quòd aliquid à continete accipitur in animalibus, animalia sunt animalia. Quòd si autem quidem diuisus eiusdem speciei; anima verò dissimilium partium; manifestum, quòd hoc quidem aliquid ipsius inest, illud verò non inest. Necessarium igitur ipsam animam esse partium, aut non inesse in qualibet totius parte.

COM.

COMMENTARIUS CXXXII.

**A**rgumentum, quo aduersarij nitebantur; in ipso inmet pulchre retorquet Philosophus. Ex illis autem verbis (si ex eo, quod aliquid a continete accipiatur in animalibus, animata sunt animalia) satis cognoscitur aduersariorum argumeti vim in eo fuisse, quod elementorum partes in animalium corporibus susceptæ non ab illis acciperent animam; sed contra potius illis adferrent, animaliaque ab elementis animarentur. Quod si ita esset, aliqua fortasse vis argumento inesset. At illud accipitur, quod probandum fuerat: quique elementa neget animata esse, negabit quoque corporibus ea mistis animam imperituri: quomodo enim imperiantur id, quod ipsa non habent?

Hoc tamen prætermisit Philosophus; infirmareque maluit argumentum, atque eo aduersus ipsosmet uti. Nam si ex eo, quod in animalibus contentæ elementorum partes sunt animate, conficere velint animatas item vniuersitates esse, quod eadē sit totius & partium natura, eodem nos iure cōficiemus illis, eiusdem speciei animam in toto & in partibus reperiri; & eadem, quæ in animalibus est, in toto elemento esse: præsertim si ab illa elementi totius parte, quæ in singulis suscipitur, hauriunt animam animalia. Hoc si dederint, cur quæso elementorum vniuersitates animalia non appellamus, quemadmodum corpora mista; eam eadem sit in vtriusque anima; vnde tam multæ tamque diuersæ atque inter se discrepantes animalium ac viuentium species? Nāque ut animal genere differt à plāta, & homo, Leo, equus, canis, diuersæ sunt animalium species; plurimæque item arborum & herbarum existunt species; ita diuersas necesse est & plurimas animarum species existere; quarum aliqua non modo specie, sed & genere distinguatur. At numquid eas omnes in quænt à continente accipi, totumque elementum & partes eius in mistis contentas eiusdem esse speciei, eandemque animam possidere; Qui possunt tam multæ tamque discrepantes animæ, quæ in partibus reperiuntur, in elemento toto contineri?

Desinant igitur iactare eandem totius elementi & partium naturam ac speciem esse. Nam si aer diuulsus atque in partes dilectus eiusdem speciei dicatur esse cum elemento toto; anima vero dissimilium sit partium; tot inquam animarum diuersæ species ac naturæ: sanè nō omnes simul inesse possunt in elemento toto; sed inerat fortasse illarum aliqua, cæteræ non inerunt. Neque etiam omnes simul in elementi partibus erunt; sed vna in vna parte, alia in alia; non igitur erunt, vt inquirunt illi, partes omnes eiusdem speciei ac naturæ. Quocirca vel animam quoque coguntur asserere similem esse partium, vt sunt elementa; hoc est animam omnem eiusdem esse speciei; neque animalia & viuentia differre specie, ne dicam genere; quod omnium absurdissimum est atque ab omni ratione sensuque alienum: aut animam fateri non esse per omnes aut elementum aut potius vniuersi totius partes diffusam.

Ex quibus manifestum est, sermonem hic non esse de facultatum animæ diuersitate: neque illud, quod deducitur, animam eiusdem speciei & simillarem fore in toto & partibus, velut ab aduer-

**A** fariis dictum deduci; quorum vtrumque Philosophus asserere visus est. Verum & de essentia diuersitate dici, & ex corporum elementarium similitudine animarum quoque similitudine colligi. Themistius quoque illud (anima verò dissimilium partium) ad illud refert paulò antè ab aduersariis acceptum, elementorum animas meliores & immortales esse, quàm mistorum animas. Quod nobis minùs probari facta interpretatio testatur.

Potuisse quoque Philosophus argumentum ita retorquere. Vos elementorum vniuersitates animatas esse asseritis, quoniam vniuersitatis & partium eadem est natura, partes verò in mistis animatæ sunt: At contra nobis licet ita concludere: partes elementorum, quæ in mistis continentur, eiusdem rationis cum toto elemento sunt; at partes eas inanimatas esse tum lapides ostendunt, ligna, & huiusmodi cætera inanimata, & animalium item demortua vitæque priuata corpora, in quibus non minùs, quàm in animatis, elementorum sunt partes permixtæ inanimatæ; integræ igitur vniuersitates quoque inanimatæ sunt.

TEXTVS.

**C** *Φανερόν οὖν ἐστὶν ἐπινοεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἐστὶν τὸ γνωστικὸν ὑπάρχει διὰ τὸ ἐκ τῶν στοιχείων εἶναι, οὐκ ἐκ τοῦ κινήσεως αὐτῶν κινῆσεως, οὐδ' ἀλλοῦς λόγου.*

*Manifestum igitur ex dictis, quod neque cognoscere inest anima ex eo, quod ex elementis sit; neque moueri ipsam, & cetera ac verè dicitur.*

COMMENTARIUS CXXXIII.

**D**vo ex hac conclusione intelligas. Alterum; haud magnopere ex instituto tractandam opinionem eam suscepisse Philosophum, quæ animam dixerat non in mistis modo corporibus, sed & in simplicibus elementis contineri: verum obiter, illius potius occasione, quæ ex elementis illam constare voluerat. Nam & propterea confutationem paucis absoluit, & conclusionem subiungit, quæ nulla facta postremæ huius disputationis mentione, superiora magis respicit.

Alterum; verè antea fuisse adnotatum de modo potius, quàm de re cum veteribus contendisse Philosophum. Nam & cognitione & motu præditam esse animam libenter admitit; neque concludit demonstratum fuisse animam non cognoscere neque moueri; sed non eam esse cognoscendi causam, quam proposuerat illi; quod ipsa ex elementis & initiis rerum constaret neque ipsam per se moueri, ideoque mouere corpus, quod moueatur ipsa. Sed ipsam mouere quidem, at non nisi ex accidenti moueri cum corpore ab ipsa moto.

Quod verò sanctus Thomas tum motum tum cognitionem ad elementa refert; quasi veteres ex elementis eam constare voluissent, vt & cognitionem haberet & motum; superioribus non consentit: in quibus cognitio quidem tribuebatur elementis, vt similitudo cognoscens adellet & cogniti: at motus illa erat causa, quod ipsa seipsam primum moueret.

*De anima conuenisse Aristotelem re cum veteribus, modo discrepasse.*

Et Themistius rectè quidem alium cognitionis modum querendum esse ait; & alium item, quo anima moueatur: sed dum motum hunc nec eum esse dicit, quo corpus mouetur ab anima; nec eum, qui sit imperfectæ rei actus, vt in 3. Physic. lib. definitur: verùm absolutæ potiùs & perfectæ: videat ne duo illa membra, quæ separauit Philosophus, ipse coniungat; cognitionem inquam & motum: siquidem motus, qui non imperfectum, sed perfectum actum significat, cognitio est; qua anima non mouet corpus, sed ipsa potiùs aut ab obiectis mouetur, aut seipsam alio quodam motus genere mouet. Cæterùm & superior tota de motu disputatio de illo fuit motu, quo anima mouet corpus; huiusque ipsius alius, quàm à veteribus proponeretur, querendus fuerit modus.

IN DIVERSAS CORPORIS partes diuisam non esse animam.

CAP. IX.

TEXTVS.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ γινώσκον ἄλλος ἐστὶν, ἢ τὸ αἰσθάνομαι τε καὶ φερέσθαι, ἢ τὸ ἐπιθυμῆσαι καὶ βελανύεσθαι, καὶ ἕτερος ὀρέξῃς. γινεται δὲ καὶ ἡ κίνησις κινήσει τοῖς ζώοις ὑπὸ τῆς ψυχῆς, ἢ τὸ καὶ ἀνεύθειν τε καὶ ἀκίνητον καὶ ὄλιγον, καὶ πῶτερον δὲ τῆς ψυχῆς τῶν ἑσθον ὑπάρχει, καὶ πῶτερον τοῦ καὶ αἰσθάνομαι τε καὶ κινήσει καὶ ἄλλων ἑσθον τοῦ καὶ αἰσθάνομαι, ἢ κινήσει ἢ πῶτερον ἢ πῶτερον ἐστὶν ἐνὶ τῇ ψυχῇ, ἢ ἐν τῷ σώματι, ἢ ἐν τῷ αἵματι, ἢ ἐν ἄλλο πᾶσι;

Tex. 29. Quoniam verò cognoscere anima est, & sentire item, & opinari, atque adeo concupiscere, & velle, atque in vniuersam appetitiones; sit autem & in loco motus animalibus ab anima, atque etiam accretio & rigor, & decretio: nunquid toti anima horum vniuiquodque inest, totaque & intelligimus, & sentimus, & aliorum vniuiquodque & facimus & patimur; an partibus aliis alia? Et nonquid viuere in horum aliquo est, an & in pluribus, vel etiam in omnibus; an aliqua alia causa?

COMMENTARIVS CXXXIV.

Quorsum hæc pertineant, non videtur costare inter interpretes. Næque Aueroes post veterum sententias confutatas Philosophum putat explicationem suam aggredi; atque inde principium facere, vt quod primùm intelligendum est, duo constituat. Alterum, quot sint genera actionum anima. Alterum; an ex omnes ab vna & eadem anima, an à pluribus & diuersis proueniant. Quinque autem ponit esse actionum genera, intelligere, sentire, appetere, moueri loco, & vegetare; quod nutritionem, accretionem, & decretionem comprehendit. Quas omnes perficit anima per virtutes diuersas vnicumque princeps membrum, & plura subdelegata principifque vicaria. At mendosum habuit textum Aueroës. Meminisse tamen poterat tractationis initio fuisse propositam prius cognoscendam anima substantiam, po-

A stea quæcumque accidit circa illam. Videreque principium explicationis suæ in 2. lib. esse, in quo ea omnia explicantur totumque hunc primùm librum veterum duntaxat examem continere. Sed nec Platonis de Principe membro sententiam est assequutus. Conuenit enim Aristoteli cum Platone animalium vitam ab vno principe gubernari: sed cerebrum Plato, Aristoteles cor principem fecit.

B Ad rem magis loquitur S. Thomas, Philosophum iniquens de anima tota ex veterum sententia egisse hæctenus; nunc de partibus eius partiumque operationibus dicere. Et Themistius ac Philoponus aduersus Timæum Platonemque inducti disputatione putant, quoniam partes & actiones separabât loco. Cuius disputationis occasione iudicio Philoponi præbuit id, quod proximè animam dixerat dissimilium esse partium; quod multiplex illius & varia operatio ostendit. Quapropter quæstione visum est dignum, an vt diuersa est & multiplex operatio; sic varia sit & dissimilis anima: atque vt aliæ & aliæ operationes aliis & aliis corporis instrumentis & partibus perficiuntur; ita in diuersa corporis membra diuersæ ac dissimiles anima partes distributæ sint. An potiùs vna impartibilis & vbi que sibi similis anima repetitur vbi que & exequatur omnia.

Quam ob causam quæstionem ait Simplicius esse, an in quouis animali vna sit anima an plures; & si vna, an simplex an ex pluribus. substantiis coposita vt plures apparent operationes. Cui alia etiam succedit quæstio, an cum omnes corporis partes vita fruantur; ab vna & eadem anima tota vitam habeant vniuersæ, an ab vna quapiam anima parte singulari; an à pluribus, an etiam ab omnibus simul in corporis partes distributis; an verò à nulla, sed alia quæpiam sit viuendi causa.

D Sanè quò dissimilitudo maior appareat, maiorque dubitandi ratio; cunctas animæ operationes colligit, quæ quinque illis ab Aueroës memoratis generibus continentur; ordoque dignitatis seruetur, dum primùm cognitiones ponit, cognoscere, sentire, opinari; in quibus cognoscere ad intellectum spectare intellectiõnemque significare ipsemet statim interpretatur, vbi repetit ( totaque & intelligimus & sentimus ) cognitionemque tum intellectus tum sensus cõplectitur. Deinde appetitiones; in quibus concupiscere ad sentientem, velle ad rationalem appetitum spectant; quod Simplicius quoque fatetur; duplicique cognitioni sensus & intellectus respondent, quibus animalia mouentur ad obiecta partim sensu partim intellectu cognita: cognitionem quippe omnem cognita rei appetitio comitatur. Tum motum de loco ad locum, quem incelsum dicimus; quo volatum quoque, natatum, & reptatum complectimur. Mouentur siquidem animalia perfectiora ad ea, quæ appetunt, persequenda, vel quæ auerfantur, fugienda. Postremò vegetationem, quæ tripartitam habet actionem: primùm accretionem, qua robustior anima plus, quàm perierit, substantiæ reponit: deinde vigorem & statum, quo debilior facta tantumdem recuperat: denique decretionem, qua corpori iam minus accedit, quàm defluxerit.

Porro Aristotelis fuisse sententiam, animam multiplicem esse substantiam atque in plures species & verò genera diuiduam; multis modis

modis ostendit Philoponus. Nam & quandam animam partem pluribus in locis separabilem ait à corpore & immortalem esse, alias verò inseparabiles & mortales; neque idem potest & separabile & inseparabile esse, immortale & mortale. Et in tex. 11. lib. 2. quasdam animas partes dicit esse actus corporis, alias verò nullius corporis actus; sed velut nauta nauis. Et in tex. 21. intellectum esse aliud animæ genus, quod separari queat velut sempiternum à mortali. Neque de intellectu diuino sermo est; sed de humano, qui pars est animæ. Verum & illud mihi videtur manifestum, quod & non semel veteres reprehendit non de omni anima loquutos: & communissimam ipsæ animæ definitionem adferre se proficitur: quod si omni animæ communem, plures igitur animas sunt speciei saltem, si non genere diuersæ. Neque is Platonis illud ignorauit, rationem & sensum persæpè pugnare; neque vnum, & idem sibi ipsi aduersari secumque posse contendere. Etsi enim hoc fortasse non tam diuersas animas, quàm facultates ostendat; eas tamen ostendit ad diuersas animas pertinere.

Quid igitur aduersus Platonem dictum est disputationem institui, si eadem vtriusque sententia fuit? Eadè sanè in pluribus animæ speciebus seu generibus quasi diuersis partibus, distinguendis; & Aristoteles ceu animæ partes, vegetantem, sentientem, atque intelligentem statuit, quarum singulæ pluribus operandi facultatibus sunt instructæ. At in eo præsens disputatio versatur, quod eam, quæ singulorum viuientium est, animam per vniuersum corpus etsi in plurima distinctum membra diffusam esse totiusque organici corporis actum & perfectionem esse contendit Aristoteles; non autem per diuersas corporis distribuitas partes; ut cogitauerat Plato, quasi tribus constantem partibus, intelligente ac sentiente in capite, irascente in corde, concupiscente in iecore. Hoc intellectu animam Peripateticus noster impartibilem esse contendit, hoc est non in plures corporis disceptat partes, non quod vnica & simplici viuētibus omnibus communi essentia constet. Omnino autem Philoponus in cōmēt. tex. 40. lib. 3. ubi quæreret Philosophus, an vis motrix pars animæ sit ab aliis diuersa, Platonem dicturum esse quadruplici nomine fuisse ab Aristotele reprehensum. Primum quod animam vt totum in partes diuiserit: cum ipse non aliam, quàm vnus substantia in facultates plures, diuisionem fecerit. Deinde quod duas animas, rationalem & irrationalem, vt vnā fecerit, moxque in tria diuiserit, rationem, iram, cupiditatem. Is verò tres animas voluerit, vegetantē, sentientē, intelligentem. Tertium quod multas partes prætermiserit. Postremò quod partes eas locis ac partibus corporis separauerit.

Quod si contendat nunc idem Philoponus, verò non sensisse Platonem animam ita in corporis membra distractam esse; sed alias atque alias corporis partes voluisse magis existere aptas vt aliis atque alijs, animæ facultatibus illustrentur: videbitur sanè id confirmare illud, quod alicubi Plato pronuntiauit, putandum non esse plures in animalibus animas contineri, velut in equo Troiano milites. At eas corporis partes certum est actiones illas animæ illustriores non habere. Cerebrum namque voluntario motu immobile est; & sensu aut omni caret aut vix obscurum habet: quod membrum is motus & sensus principium esse vo-

luit. Ex superioribus verò scimus ratione optima ductum Aristotelem consueuisse non tam aliorum sensa, quàm verba, spectare, idque, quod præ se ferunt verba, reprehendere.

Sanè hanc quæstionem conferre inquit Simplicius ad cognoscendum quomodo animentur corpora; num à tota anima, an ab aliqua ipsius parte: & si à tota, an secundum aliquam partem vni adsit corporis parti, & secundum aliam alij, an tota toti corpori & partibus cunctis.

Iam verò in altera quæstione, vtrum viuere ab vnica animæ parte an à pluribus vel omnibus proficiatur; Philoponus ac Simplicius dissentunt.

Alter namque vltimæ atque humillimæ, plantalis inquam, animæ beneficium esse singulare contendit: tum quia planta hæc sola animæ parte viuunt: tum quia nihil, quod huius sit expers, viuere potest. Alter verò omnibus planè animæ partibus committit: quod magnopere consentit cum eo, quod in tex. 13. lib. 2. dicitur, viuere multis modis nominari; & siud intellectus adsit, siue sensus, aut motus, siue nutritio, adesse vitam. A vegetante siquidem parte est viuere simpliciter, à cæteris certa quæpiam vita; ab intellectu vita hominis, à sensu animalis, à nutritione plantæ, & omnino motus omnis interior vitalis est. Verum de hoc pluribus in 2. libro.

*Viuere ab vnica animæ parte an à pluribus vel omnibus proficiatur; Philoponus ac Simplicius dissentunt.*

TEXTVS.

Ἄλλοι δὲ πῶς ἠεὶ ἐκείνῳ εἶναι, ὡς ἀλλοῖο τοῦ σώματος, ἄλλο δὲ ἐπιθυμῶν. ἢ ἂν δὲ ποτε συνήξει τὸν λογικόν, εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος; ἢ ἂν δὲ καὶ τὸ σῶμα. Ἐκεῖ δὲ τὸ πρῶτον μάλιστά, ἢ λογικὸν τὸ σῶμα συνήξει. Ἐπειθὲς γὰρ, διαπεφύκειν δὲ σῶμα. εἰ δὲ ἔτι πρὸς τὴν ἄνθρωπον τοῦ σώματος μάλιστα ἂν εἴη ὁ λογικὸς. Διότι δὲ πάλιν καλεῖται ἄνθρωπος, πρῶτον ἂν, ἢ πρῶτον οὖν, εἰ δὲ ἂν, εἰ δὲ πρὸς τὸν ἄνθρωπον τὸν λογικόν εἶναι; εἰ δὲ μὲν οὖν, πάλιν ὁ λόγος ἔστιν οὗτος, ἢ τὸ συνήξει ἄλλοι; ἢ ἂν ποτε δὲ ἄλλοιαν ἔσται τὸ ἀνθρώπου.

Inquirunt verò quidam partibilem ipsam esse: & alio Tex. 90. quidem intelligere, alio autem concupiscere. Quidnam igitur animam continet si partibilis est? Non enim sanè corpus: quoniam contrarium potius videtur anima continere corpus. Egressa quippe, diffusatur & parteficit.

Si igitur aliud quidpiam vnā eam facit, illud maxime fuerit anima. Oportebit autem rursus & illud quæreret, vtrum vnum an multarum partium? Si enim vnum, cur non continuo & vnum anima sit? Si verò partibile, rursus ratio quæret, quid continens illud? Atque ita procedet in infinitum.

COMMENTARIVS CXXXV.

Quæstiones duas propositas seorsim tractat. Ac primum de priori quorundam sententiam commemorat, qui plures in partes animam sentientes, vna parte intelligere eam inquebant, alia concupiscere, alia nutrire: Timæum Platonem uero potius in Timæo subnotari putant interpretes: quod intellectiois & concupiscentiæ

*vt in anima partibus Aristotele & Plato differant.*

Anima partes et in corpore partes Plato tribuit.

Aristo- teliscon- fuetio.

indicat specialis mentio. Is enim, ut iam diximus, animam in tres partes tribuens corporisque distri- buens partibus, intelligentem in capite tanquam in arce posuit, irascentem in corde ut affectuum ac perturbationum omnium officina, concupiscentem in iecore velut praesepio belluam alligavit. Concupiscentiam enim cibi & potus ac vene- reorum appetentiam dixit, quibus vita & species sustentetur.

Contra vero videt Philosophus eodem prorsus argumento, quo antea quoque usus est in tex. 82. aduersus eos, qui animam ex elementis componebant: quippe perinde videtur esse, siue ex pluri- bus elementis, siue ex pluribus partibus constare illam dixeris. Si anima plures in partes locis dis- sita ita diuisa est, adesse aliquid oportet, quod par- tes eas contineat atque in vnum colligat, ut vna ex illis fiat anima, vnum viuens. Quippe vnum quod- que ideo vnum esse existimatur, quod vnum actum & formam vnam habeat: neque si partes illae dis- sitae relinquuntur, vnum erit viuens. At id, quod eas vniat, non potest esse corpus: tum quia id, quod vnire debet, necesse est sit vnum; corpus au- tem plurimum cum constet partibus, tum homoge- neis, tum eterogeneis, natura & qualitatibus plu- rimum diuersis atque adeo pugnantibus; si per se consideretur, vnum quidpiam non est, sed pluri- morum congeries, quae viuente alio & colligante indigeat. Tum quia cum corpus abeunte anima dissolui ac putrescere conspiciatur, singulis ad sua remaneantibus elementis; manifestum est quamdiu vnitum & colligatum viuunt, a praesente anima vel- lut potiori natura contineri atque in vnum colli- gi. Et omnino corpus comparatione anima est vt materia; magisque rationi consentaneum est materiam contineri atque vniri a forma, quae illius finis est & perfectio; quam contra. Si quidem quod alteri vnionis est causa, melius eo sit oportet. Si igitur anima est, quae corpus continet, hostiles ac pugnaees elementorum vires cohibet & partes tantopere diuersas in vnum colligit; de hac renouatur quaestio, num ea sit vna an in plures discessit partes. Si vnam fateantur & indiuiduam, hoc ip- sum antea dicere potuissent. Cur enim haec potius, quam prior illa, sit indiuidua? Sin vero hanc plures habere contendat partes, aliquid aliud quaerendum rursus fuerit, quod partes eas vniat & copulet: atque ita in infinitum quaestio progredie- tur, quousque vnam & indiuiduam concedat ani- mam. Neque enim si multae sint animae partes, eas responderi licet sibi ipsis esse vnionis causam: Quoniam ea multae sunt & diuisae, & verò etiam dissi- dentes ac repugnantes; cum & perturbationes rationi & ratio perturbationibus aduersentur sibi- que vicissim resistant: vnumque omnino sit oportet id, quod alia vniat atque adeo ab illis, quae vni- unt, diuersum.

Queritur autem in his vnionis causa, non mate- rialis, quemadmodum gluten; neque efficiens vt artifex plura coniungens ligna pluresue lateres; sed formalis, quae vt entitatis perfectione, sic vni- tate adfert ipsaq; corporis aptitudo, vt habet Philo- ponus, ad animam suscipiendam sufficiens mate- rialis causa vnionis est, tum animae cum corpore, vt dicitur in tex. 7. lib. 2. tum ipsarum animae par- tium, dum omnes natua materia potestate vnitas in se suscipit & quasi colligit.

Meliore tamen sententia dici posset anima alio

intelligere, alio sentire, aut concupiscere, & mu- triri: nempe aut anima facultate alia atque alia vntente, aut diuersis animae partibus in imparibi- lem vnam collectis; eademque operante anima, sed alia atque alia ratione, quatenus aut formaliter intelligens est, aut virtute sentiens vel vege- tans. Nam etsi vna sit animae substantia, multi- plex tamen facultas est: & si superior sit anima, virtute continet inferiores.

Denique ex hac tota ratione discant illi, qui se- cius sentiunt, in multis quoque corporibus inani- mis adesse oportere formam ab elementis diuer- sam, quae diuersa & inter se pugnantia elementa contineat; non minus, quam in viuentibus ani- mam: quod in superioribus non semel admonui- mus.

TEXTVS.

Αριστοτελις δ' εν τρις ειναι τας μερους αντης, την δ' αυτην εχει υγρον εν τω κεφαλει. ει δ' ολα η ανη παρ τω κεφαλει, περιχεται εν τω ιερε, υγρον εν τω σπληνι η εν τω σπυνη. ομοιον δ' ειηκεν αδωκετω. ποιοι δ' υγρον, η ανη εν τω κεφαλει, χαλεπον η παλαιου.

Dubitat autem quispiam & de ipsius partibus, quatenus virtutem habeat vnaqueque in corpore. Nam si tota anima totum corpus continet, equum est & vnaquamque partem aliquid corporis continere. Hoc vero impossibile simile est. Qualem enim partem aut quomodo intellectus continet, difficile est & fingere.

COMMENTARIVS CXXXVI.

Dubitatio haec, quae alteram videtur argumē- tatione adducere, ex antecedenti nascitur ratio- cinatione. Cum enim animā potius dixisset conti- nere corpus, quam corpus animā; si huic opinio addatur illa, partibilem animā esse; consequens est, vt quemadmodū anima tota totū cōtinet corpus, ita singulae illius partes aliqua contineant corporis partem. Quod iam Platoni placuisse videtur, cum vna partē in capite, alteram in corde, tertiam in iecore collocauit. At hoc fieri nulla ratione potest. Intellectus enim quā corporis partē & quomodo cō- tineat, nec verbis exponi rationeque ostēdi potest, nec mēte cōprehēdi aut fingi. Quod si Plato cō- tinere caput fortasse dixerit; at modō certē, quo cō- tineat, docere nō potest. Nam de ceteris partibus facilius est & intelligere & dicere. Quoniam ea mate- riales sunt, corporeae, atque cum corpore cōple- ctatū cōstituto corporis instrumētō vtatur, illud- que agēdo mouēt. At intellectus immaterialis est, incorporeus, neque corpore vtitur dum operatur.

Quibus verbis Philoponus Aristotelem ait ma- nifeste intellectū a corpore separabilē atq; immor- talē dixisse; Alexandrumq; cum non haberet quod rēspōderet, silentio locum hunc praeterisse. Quod enim, inquit Simplicius, proximē ac immēdiate aliquid cōtinet, a rē cōtenta inseparabile est; sepa- rabilis autē est intellectus. Atq; illud quidem eius est, quod cōtinet; neq; ipse seipsum, neq; ad praesentia cōuertitur: hic autem sui ipsius est seq; ipsum intelligit & in seipsum cōuersionē facit & praesentia intelligit. Haec Philoponus & Simplicius. A quibus auocare te nō debet dubitationis vox, quae vsus Philosophus est. Quoniam dubitationē quādam mouit,



multo sanè minus in iis fuerit, quàm superiora sunt, A perfectiora, & maximè vna. Quamquam neque ex his poterat argumentum duci; quorum vita tantopere pendet ab vno principe membro, totque membrorum apparatus ac tam copiosam instrumentorum suppellectilem postulat, vt quæcunque diuidantur ac separentur partes, ea pereant illico; aut etiam si paulò fuerint insigniores, extremam toti animali penitentiæ adferant. Quò enim perfectiores sunt formæ, eò magis à partibili materiæ natura recedunt, magisque actus perfectionem atque impartibilitatem allequuntur, qua ad vnitatem supremi actiui actus accedant.

Anima-  
lium in-  
sectorum  
et per-  
fectiorum  
differen-  
tia.

Cæterum quod Auerroes duo visus est facere animalium genera, perfectioraque habere corpora organica plurimis instrumentis diuersis instructa; imperfectiora verò & insecta non item, sed vbique sibi similia esse; eandè omnino legendum est. Nam si absolute pronuntietur, perquam falsum est & Aristoteli aduersatur, qui animam omnem vel etiam plantalem, nedum animale, organici corporis actum esse definiuit. Sed opinor affirmare voluit insecta non eam habere partium diuersitatem ac membrorum tam accuratam conformationem, quam in perfectioribus admiramur cum omnium ab vno dependentia; & ferè in singulis partibus organizationem totam contineri; ideoque singulas posse diuisas aliquandiu viuere.

Partium  
diuisa-  
rum an  
eandem  
numero  
anima.

Denique Simplicius Philosophi verba illa perpendat, quibus plantarum & insectorum animalium partes diuisas ait eandem specie habere animam, non numero. Intelliget enim Philosopho se aduersari, cum & hoc loco & alibi non semel affirmat eandem numero animam in vtrisque diuisis inesse partibus. Argumento scilicet radicum plantarum, quæ numero diuersa sunt & vnam numero habent animam. Et verè ratiocinatur Philoponus, fieri haud posse, vt quæ in diuisis subiectis sunt, ea sint eadem numero. Radices autem plantarum cum proferuntur, possent & manus & pedis proferri digiti. Sed hæc nequaquam numero differunt, verùm vt eiusdem membri atque organi partes: numeri quippe distinctio eorum est, quæ diuisa sunt ac seorsim per se separata subsistunt.

TEXTVS.

Εἶναι δὲ ἕν ἐν τοῖς κερταῖς ἀεὶ τὸ ἴδιον πρὸς εἶναι. μόνος γὰρ πρὸς τοὺς κερταῖς ἔστιν ἡ ψυχή. ἡ δὲ αὐτὴ ἴδιον ἔχει ἑκάστης αἰσθητικῆς ἀεὶ, ἀλλ' οὐκ ἔστι δὲ αὐτῆς πρὸς τὴν ἑτέραν.

Tex. 95.

Videtur autem quod in plantis principium, anima quædam esse. Sola namque hæc participant & animalia & plantæ. Atque hæc quidem separatur à sensu principis; sensum verò nihil sine hac habet.

COMMENTARIVS CXXXVIII.

Manifestum est plantas ostendi animatas esse. At quorsum? Non vna potest adferri ratio. Primùm quòd Plato in commemorata illa partium animæ distributione in intelligentem, irascientem, concupiscentem; & verò veteres ceteri vim animæ in motu aut cognitione ponent.

tes, plantas visæ sunt opinari animatas non esse; perinde quasi vegetantem animam ignorantes. Deinde quòd proximis verbis absque probatione accepit vel diuisas plantarum partes viuere fruique speciei eiusdem anima. Tum verò quia veteres reprehendens quòd loquuti non essent de omni anima, plantas obiecit animatas in tex. 83; & 84. Præterea vt mox aggressurus ipse in 2. libro suâ de anima explicationem, qua cõmuniissimam omni animæ definitionem proponet, constitutum haberet & fixum quàm latè ea patere deberet qualisque completi animas: de animalibus autem constabat atque cum aduersariis conueniebat; de plantis non item. Hoc igitur constituendum ac probandum antea fuit. Ad extremum respondendum supererat quæstioni alteri ex duabus illis, quas proposuit in tex. 89. quàm latè pateret vita, numque intellectu solo, sensu, appetitu, motu, & animalium nutritione atque accretione contineretur, an etiam sese protenderet latius.

Non solum igitur animalia vitæ animataque esse; sed plantas quoque ostendit hoc ipso fructificationis principio. Animam enim intelligimus velut principium eiusmodi in corporibus animatis, quale in naturalibus & inanimatis naturam: velut principium inquam tum eorum naturam constituens atque à cæteris distinguens; tum operationum genus quoddam animatorum proprium edens, nutritionem, accretionem, procreationem, sensationem, appetitionem, incessum, intellectionem; quæ si non adsint omnes in plantis, neque in animalibus cunctis adsunt, sed in homine solo; nec tamen propterea cæteris negamus inesse animam. Cælestique corpus naturale esse fatemur, etsi solius motus, non quietis, principium habeat. Nam nutritionem saltem, accretionem & procreationem, in illis cernimus; quæ animæ operationes sunt, nec aliunde, quàm ab hoc posunt principio proficisci.

Hoc fuit Philosophi argumentum; quo vt in aliis solet, à posterioribus ad priora progrediens atque ex operationibus & effectis priora & causas inuestigans, hanc solam inquit nutrientem, augmentem, & procreantem animam, hoc singulare operationum harum principium tum plantis tum animalibus esse commune. Quoniam non minus hæc, quàm illa, nutriuntur, augentur, & ex quadam sui parte velut semine aliud sibi simile procreant. Cæteras animæ partes animalium proprias esse, quòd illarum operationes in folis animalibus conspiciantur, in plantis earum nulla. Qui verò fieri potest, inquit Themistius, vt ea vis vegetalis alumnæque in animali anima sit, in plantis non sit?

Porro consequentia verba (Atque hæc quidem separatur à sensu principio) duobus modis licet exponere. Altero, vt in plantarum hac & animalium communitate diuersitatem ac discrepantiam ostendant. Nam vegetans hæc anima pars in plantis est solitaria, in animalibus cum sentiente coniuncta. Cum enim ipsa sit infirmus & primus animæ gradus, potest solitarius consistere; ceteri superiores & perfectiores absque illo esse nullam possunt. Et Themistius in his putat obiectionem tolli, qua quis fortasse eam diceret non esse animam, dum à cæteris reparatur. Nam sentiens quoque in animalibus pluribus separatur à motu, & tamen anima appellatur.

Altero; vt alterum quoque habeant argumentum, quo

quo vegetans illud principium animam esse probetur, quod & Simplicio placuit & Philopono. Si enim absque vegetante sentiens esse nequit; manifestum est, & ipsam vegetantem esse animam: nec modo vbi cū superioribus & melioribus iungitur vitis, sed etiam vbi solitaria consistit; in quibus absolutam se animam esse probat.

Neque putes hæc superioribus aduersari, in quibus animæ partes ostendit separatas non esse. Quoniam ibi de vno & eodem viuente fuit sermo, nunc in aliis atque aliis viuentibus dicitur se-

parari. Sed vbi sensus asseritur sine vegetante parte non esse, minimè necessarium erat Simplicium monere id non de omni, sed de passiuo sensu affirmari, qui à sensilibus permouetur atque ad sentiendum prouocetur. Quis enim alius apud Aristotelem sensus reperitur? Omnem is sensum eiusmodi esse vniuersè docebit in 2. libro. Quod si cœlestem fortassè sensum Simplicius proferat, academicum, non peripateticum, dogma sectabitur.

*Primi Libri finis.*

